Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm

Calepino, Ambrogio

Basileae, 1616

C

urn:nbn:de:bsz:31-107476

Visual Library

Bŭtŭmum. [βούτομον. Pol. Sytmiedky.] Frutex est in paludibus nascens, folia ferens iridis proxima, ex una radice non singulos scapos, sed plures veluti virgas emittens, ad vitilium nexus utiles. Frondibus autem boves maximè oblectãtur: unde & nomen accepit. Vulgus hodie *Iuncum cabarinum* appellat, quòd ex foliis ejus sportulæ texantur, quibus ficus & uvę passæ ad nos afferuntur. Vide Ruell. lib. 2. cap. 127.

Bŭtŭrbūtŭm. [Ger. Es ist nicht anter bnem oder schmalzin wärt. Pol. *Pierdolenie.*] Veteres usurpaverunt pro eo quod nugatorium est, & nullius valoris. Festus ex Nævio. Vide ibi Scalig.

Bŭtyrum. [חמאה *chomeäh*, βούτυρον. Gall. *Beurre.* Ital. *Butiro.* Venetiis *Onto fottile.* Alibi *Smalcz.* Ger. Anken/butter. Belg. Botter. Hisp. *Manteca.* Pol. *Masło.* Vng. Vay. Ang. *Butter.*] Portio lactis pinguior, quæ frequenti agitatione, à sero separatur dictum Butyrũ, quasi βοὸς τυρὸς: hoc est, bubulus caseus. Fit enim (teste Plin. lib. 28. cap. 9.) ex lacte bubulo utplurimum. Habet autem penultimam syllabam indifferentem, quanvis apud veteres poëtas non temerè invenias. Macer & Serenus corripuerunt: Sidonius verò aliique nonnulli produxerunt.

Bŭxŭs *fi.* [πύξος. Gall. *Boux.* Ital. *Bosso.* Ger. Buchsbaum. Hisp. *Box.* Pol. *Bokszbaum.* Vng. *Puszpán fa.* Ang. *Boxe or the boxe tree.*] Arbor exigua semper virens & tonsilis. Producit ex se viscum, & semen, seu granum, quod Cartegon dicunt omnibus animalibus invisum. Lignum habet adeò durum, ut cariem non sentiat, & tam ponderosum, ut in aqua subsidat. Hoc Buxum appellatur. Nam in plerisq; nominibus arbores sunt fœminini generis: fructus verò & ligna neutri. Virg. Dat arbuta sylvæ: Cruentaq; myrtha: & Cera pruna, Volubile buxũ. ¶ Quãdoq; tamen Buxus dicitur pro ligno. Virg. lib. 9. buxoq; vocat Berecynthia mater. Ex Buxo fiunt tibiæ multiforatiles, & pectines ad capillos explicandos, & pyxides ad usus plurimos. ¶ Buxum quidam non aliud quàm guajacum lignum esse volunt, quòd pluries compertum sit, ejus decocto etiam feliciùs eos sanatos esse, qui Gallica lue affecti erant.

Bŭxĕŭs, a, um, Quod ex buxo est, vel quod buxi colorem imitatur. [πύξινος. Gall. *De bouys.* Ital. *Di bosso.* Ger. Buchsbaumin/aus buchsbaum gemacht. Hisp. *Cosa de madera è de color de box.* Pol. *Bokszpanowy.* Vngar. *Puszpánbol valo, puszpáni.* Ang. *Of boxe or bik boxe.*] Martialis: Et tres sunt tibi Maximina dentes, Sed planè piceique, buxeique.

Bŭxĕtum, n. s. Locus buxis consitus. [πυξεών. Gall. *Boscage de bouys.* Ital. *Luogo doue sono molti bossi.* Germ. Ein ort da buchsbaum wachsen. Hisp. *Boxedal, lugar de aquellos arboles.* Pol. *Miesce gdzie buksszpan rosnie.* Vngar. *Ajhol sok puszpán fa vagyon.* Ang. *A place setts with boxe trees.*] Mart. Non otiosis ordinata myrretis, Viduaque platano tonsilique buxeto Ingrata lati spatia detinet campi.

Bŭxĕŭs, a, um. Quod buxo simile est. [πυξοειδὲς. Gall. *Plein de bouys, ou fort ressemblant à bouys.* Ita. *Pieno di bossi simile al bosso.* Ger. Das dem buchs gleich ist. Hisp. *Lleno de box, à semejante al box.* Pol. *Tebbny bokszpanowy.* Vngar. *Puszpán fabol hasonlatos.* Ang. *Full of boxe trees or lik boxe trees.*] ut, Lignum balsami buxosum. Plin. lib. 12. cap. 25: Ex hoc Buxosum est optimum, quod est odoratissimum.

Bŭxĭfĕr, Ferens buxum. [πυξοφόρος. Ang. *Which beareth boxe trees.*] ut Buxifer Cytorus, Catullo.

B ante Y

Byne. [Pol. *Sład.* Vng. *Szalad.*] Ex conjectura Cornarii qui in commentariis in 2. lib. Galeni de Compos. medic. secundũ locos hęc scribit: Byne velut nos ex Aetio vertimus, est hordeũ madefactum quod germen emisit, & deinde unà cum enasis ligulis tostũ est. His verbis Aetius planè describit, hordei præparationem, quomodo per omnem Poloniam & Germaniam ad zythum sive cervisiam, ut vocant, coquendam parare solent. Neque scio alium qui bynem, hunc parandi modum appellet, vulgò Polonis *Sład* appellatur digno literis nomine, utpote cujus beneficio fit, ut Bacchi indignationem ac numẽ à nostra Polonia aversum mitiùs feramus. Alludit autem ad bynem appellatio Germanica ipsius cervisiæ. Vna enim litera mutata *Byre* dicunt.

Byrsă. [βύρσα. Gall. *Cuir.* Ital. *Cuoio.* Ger. Läder. Belg. Leer huyt oft vel. Hisp. *Cuero.* Pol. *Skora.* Vng. *Bőr.* Ang. *The hide or skinne of a beast.*] Corium ac tergus Græcis dicitur: unde & βυρσεὺς coriarium appellarunt. Hinc arx in media Carthaginiensium urbe Byrsa appellata. Dido enim quum fratrem fugiens in Africam pervenisset, emit ab Iarba rege tantum solũ quantum taurino tergore posset circundare. Dissecto deinde tergore in minutissimas laminas, tantum loci eo circundedit, quantum arci extruendæ sat esset. Ad hanc fabulam alludit Virgilius quum ait:

Mercatique solum facti de nomine Byrsam,
Taurino quantum posset circundare tergo.

Byssŭs. [βύσσος. Gall. *Cresse, fin lin.* Ital. *Bisso.* Germ. Köstliche und reine leinwat. Hisp. *Cierto genero de lino muy delicado.* Pol. *Płótno cienniuchne.* Vng. *Tiszta.* Ang. *Silk, fine flaxe.*] Tenuissimi lini genus, proximã ab asbeto dignitatẽ obtinens, ex quo subtilissimæ fiunt vestes, quæ mulieribus olim præcipuè in deliciis erant. Plin. circa Elim Achaiæ nasci eredidit. Pollux verò ex India & Aegypto gigni prodidit. Philostratus autor est, byssum ex quadam arbore nasci, quæ altitudine populus æquat, foliis autem salicibus æquiparatur. Quam quum vidisset Apollonius, gavisus est, quòd fusco amictui, quem gestabat, non dissimilis admodum esset.

Byssĭnŭs, a, um, Quod ex bysso est. [βυσσινος. Gal. *De cresse ou de fin lin.* Ita. *Che è di tal lino.* Ger. Das aus köstlicher vñ reiner leinwat gemacht ist. Hisp. *Cosa de materia de aquel lino.* Pol. *Zegniuchne y płótnowe biony.* Vng. *Tiszabol valo.* Ang. *Of silk or fine flaxe.*] ut, Byssinę vestes, q̃ lutei coloris erãt, & fulgore aurũ imitabant: quãquã postea invẽta est ratio byssũ quovis colore inficiẽdi.

C

LITERA muta est, quę ante n, sequente vocali in eadem syllaba ponitur, sed profertur sub voce g, ob cognationem literarum, ut Cnidius, Cneus. Transit etiã per compositiones & derivationes in g, ut Quadringenti, pro quadrincenti. In s, ut Parco, parsi. In x, Duco, duxi, Nocco, noxa. Litera tristis appellatur, quòd nota condemnandi esset, quã Prætor in publicis judiciis dare judicibus solebat in tabella cerata scriptam, ut si reus damnandus videretur, eam in urnã conjicerent. ¶ C tertio loco ponitur à Latinis, variato à Græcis & Hebræis ordine, Medium est inter G & CH. Vnius horum cognita natura, facilè noris reliquarum duarum. Dum profertur, extremæ linguæ pars anteriores dentes percutit, fitque ex eo repercussu obtusior sonus. Diversæ regiones diversimodè pronunciant, aliæ ita proferunt, ut magis ad sonũ S videatur accedere: aliæ verò nonnihil de sono G admixtum habent. Sed nil mirum, quando nulla apud nos est recta elementorum pronunciatio, ut facilè percipi potest. Sed diffusiùs ubi de elemento H verba fecerimus. Auget hæc litera sonum & minuit eadem ratione qua & B. In fine dictionis producit syllabam, præterquam in donec, nec & hic, quæ corripiuntur. ¶ In notis antiquorum C. comitia, comitialem diem. C. causa, causat, centum, con, contra, cum, cornibus, condemno, condemnatio, Caio. C. vel C A. A M. causa amabilis. C B. Corymbus. C. con, Caia. C. C. calumniæ causa. C. C. E. causa conventa est. C C. circum. C C C. D P. tercentum duplex. C C C, T. P. tercentum terræ pedes. C. C. F. Caius Caii filius. C S. causa. C A. vel C A M. Camillus. C AE. Cæsar. C AE S. A V G V. vel A. Cęsar Augustus. C AE S. A V G. Cęsaris Augusti. C AE S. A V G G Cæsares de tribus. C A R. C O I V. carissimæ conjugi. C A R I S. charissimus. C. B. commune bonum, civis bonus. C C. ducẽti. C. C L. R. causam clara regi. C R. contrarius. C C. consilium cepit, vel cessit calumniæ, causa contractus. C S. cujus. C. D. C. Quadringentis condemnatus. C D. condegnum.

Caballĭtio sive Caballatio, onis, in Constitutionibus munus alendi equos publicos, à caballis dicta, Festum autorem habet Alciatus, unde apparet exemplaria in hoc variare.

Căballŭs, Equus. [κόβαλος, ἵππος. Gall. *Cheval.* Ital. & Hisp. *Cauallo.* Germ. Ein Ross/ein caball/ein hengst. Belg. Een paert oft Hengst. Pol. *Koń, siadowk.* Vng. *Kabala lo.* Ang. *An horse.*] Lucil. lib. 21. -succussator terri tardique caballi. Varr. in Parm. Alius caballum arboris ramo in humili alligatum reliquit. Senec. Epist. 87: O quantum erat dies ejus seculi Imperatorium, triumphalem, Crassorumque super omnia: hoc est, Catonem uno caballo esse contentum.

Caballus ab equo distat, quòd caballus ferè nunquam sine derisione dicitur: equus verò semper de apto & probato. Pomponius de Fund. instr. l. Si ita caballus, *ait*, qui in pistrinis *esset*, tanquam dicat malus.

Căballĭnŭs, a, um, pen prod. [κοβαλικὸς. Gall. *De cheval, appartenant à cheval.* Ital. *De cauallo.* Ger. Das zu dem Ross gehört. Hisp. *Cosa de cauallo.* Pol. *Końskij.* Vngar. *Kabalabol valo.* Ang. *Of an horse, or belonging to an horse.*] ut Caballina caro, Plin. lib. 28. cap. 20. ¶ Caballinus fons, est in mõte Helicone Bœotiæ, quã Pegasus in eo loco saxũ ferẽs, aperuit. ἱππουκρήνη. Vnde & Pegaseus vocat. Autor Strabo. Vide infrà in dictione HELICON.

Cabus, Frumentaria est mensura: unde Cabasi qui expiari nequeunt.

Cācĭbo, pen. cor. Propriè est vocis perdicum. [κακκαβίζω, κνισάζω. Gall. *Chanter la perdrix.* Ital. *Cantar de starne.* German. Hunden wie ein rebhun Hispan. *Cantar de la perdiz.* Polon. *Tetlikame przypuszczy.* Vngar. *Az fogoly madar szana meggyárasszolok.* Angl. *To sing like a partrich.*] Ovid. de Philomela (si modò id carmen Ovidii dicendum sit:) Cacabat hinc perdix, hinc gracat improbus anser.

Cacabos lingua Pœnorum Solanum somniferum, apud Dioscorid. lib. 4. cap. 74. cacabulum.

Cacĭbŭs, pen. corr. Vas æneum in quo pulmentarium coquimus. [ἀνὴρ ἀνὴρ λέβης, χυτρόπους. Gal. *Chaudiere ou chaudron, marmite.* Ital. *Lavezzo, caldarone.* Germ. Ein Kessel. Belg. Een panne/pot. Hisp. *Caldera para cocer al huego.* Pol. *Kocziel.* Vng. *Vas fazek, fuzik.* Ang. *A great pan or pottage pot.*] Plin. lib. 23. cap. 6: Succus in cacabo novo coquitur mellis crassitudine. Paul. Iureconsult. Inter ahenum quod supra focum pendet, & cacabum nō multū interest. Nam hoc pulmentarium coquitur, in illo aqua ad potandum calescit. Antiqui enim calidam & frigidam cœnis adhibebant. Apicius: Capita porrorum simul elixabis in cacabo novo, ut aqua ad tertiam deserveat.

Cacalia, κακαλία, Herba est quæ & Leontice vocatur, in montibus ferè nascens, folia ferens candida & magna, inter quę semen dependet ejusdem nominis, minutis margaritis simile. Autores Plin. lib. 25. cap. 11. & Diosc. lib 4. cap. 108. Officinis Coni agreste vocatur, teste Ruellio lib. 3. cap. 128.

Cācēmphātŏn, κακέμφατον, vel Cacophatō, κακόφατον, Durior in oratione sonus, ex malā ut plurimum compositione nascens: quale est illud: -numerum cum navibus æquat. Item illud: O fortunatam natam me consule Romam. ¶ Huic contraria est Euphonia, εὐφωνία.

Cāchēxĭă, f. p. κακχεξία, A medicis appellatur malus corporis totius habitus, quo alimenta corrumpuntur: [Pol. *Złe trawienie, złe sukcy.*] quod fit quū longo morbo vitiata corpora, etiamsi illo vacāt, alimentū tamē in sui substantiā nō cōvertunt. Qui hoc vitio laborant, Cacechici, κακεκτικοί appellantur.

Cāchinnŭs, m. f. Solutus risus, à sono risus fictum vocabulū. [κάχκαβος, κατάγελως. Gall. *Rire desmesuré, mocquerie, risée à pleine gorge.* Ital. *Risò immoderato.* Ger. Das vnzimlich lachen/tückeren/das gaffen. Belg. Een vnmatierlick gelach Hisp. *Risa con carcajada.* Pol. *Szyrokie pusczony.* Vng. *Kacagás hahatalan.* Ang. *A loude laughter.*] Iuvenalis: Sed facilis cujus rigidi censura cachinni. Persius: Ingeminat tremulos naso crispante cachinnos. Hinc Seneca præcipit ut risus sit sine cachinno, vox sine clamore. Apud antiquos non de risu tantùm dicitur, sed & de quovis alio sono vehementiore. Catullus: Procedunt, leviterque sonant clamore cachinni.

Cāchinnōr, ātŭs, deponens: & Cachinno, ās, neutrum. Immodeātè rideo. [צחק *tsachak*, κατακαχάζω. Gal. *Rire à pleine gorge ou desmesurément.* Ital. *Ridere immoderatamente.* Germ. Vnzimlich vber laut lachen. Belg. Zo lachen dat ick schatere Hisp. *Reir demasiadamente, o dar carcajadas de risa.* Pol. *Rzegocze śmie.* Vngar. *Kacagok.* Ang. *To laugh a loude or vnmeasurable.*] Cic. 5. Verrina: Ridere conviva cachinnari ipse Apronius: nisi fortè existimatis eum in vino ac luxu non risisse, qui nunc in periculo ac exitio suo risum tenere non possit. Lucret. lib. 4: Quam famulæ longè fugiant, furumque cachinnant. ¶ Dicitur & de alio quovis sono vehementiore. Accius: Sæva sonāndo crepitu clangentes cachinnant.

Cāchinnātĭo, f. t. dissolutior risus. [κατάγελως. Gall. *Grand ris, risée.* Ital. *Risò dissoluto.* German. Das gaffen/das vnmässig vnstätig lachen. Hisp. *Reir demasiado.* Pol. *Szyrokie wielky.* Vngar. *Kacagás.* Ang. *Vnmeasurable laughing.*] Cic. 4. Tusc. Vt ridere concessum sit, vituperetur tamen cachinnatio.

Cachĭă, [Polon. *s. Lana gelie.*] Plin. lib. 25. cap. 8: Herba est quæ alio nomine Buphthalmus appellatur. Vide suprā.

Cachryes, κάχρυες. Sunt oblonga paniculatum modo nucamenta, quæ squamatim compacta propendent è ramis. Crescunt hyeme, vere dehiscunt in flaventes squamulas, & folio prodeuate decidunt: qualia multa in abiete, picea, cæterisque id genus arboribus conspiciuntur. Vide Plin. lib. 16. cap. 7.

Cāckĭă, f. p. [מריבה *mirmah*, κακία. Gal. *Malice, malice.* Ital. *Malutia, Vitiosità.* Ger. Bösheit/böslichkeit. Hisp. *Malicia, malutia.* Polon. *Złość, złośliwość.* Vng. *Gonoszság.* Ang. *Malice.*] Græca dictio in Latinorum usum non recepta, quam Cicero vitiositatem interpretari mavult, quàm malitiam: quum vitiositas nomen sit generalius ad omnia vitia pertinens, malitia specialius. Apud veteres malitia inter adiaphora: hoc est, indifferentia connumerabatur, quasi sit & bona & mala: ut Dolus bonus & malus. Vnde apud Plautum dicitur cum laude: Te civem summa omni malitia.

Cāco, Alvum exonero, ventris onus depono, excerno. [הלך חוץ *holich chuts*, χέζω. Gallicè, *Chier, aller à la selle.* Italicè, *Cacar.* German. Scheyssen/sein notturft thun. Belg. Ick doe mijn poorch. Hisp. *Cagar.* Pol. *Wypróżniam się, kakam.* Vng. *Szarom.* Ang. *To shyte.*] Martialis: Ventris onus misero (nec te pudet) excipis auro: Basse bibis vitro, cariùs ergo cacas.

Cācātŭs, a, um, Excrementis fœdatus. κεκακαρδωμένος. Catullus: Annales Volusi cacata charta.

Cacaturio, ris, n. q. desyderativum à Caco. [κατζουρᾶν, κατζᾶν. Gall. *Avoir faim de chier, vouloir aller à selle.* Ital. *Hauer voglia di andar del corpo.* German. Scheyssen/einem zu scheyssen nohtthun Hispan. *Auer gana de cagar.* Pol. *Chcieć się kakać.* Vngar. *Szarhaimám.* Ang. *To haue a desire to shyte.*] Martial. lib. 11. in Vacer. Cœnaturit Vacerra, non cacaturit.

Cācōchylĭă, sive Cacochyma. κακόχυλα, καὶ κακόχυμα, Dicuntur illa quæ malum succum habent: quibus contraria sunt Eychyla εὔχυλα, & Eychyma, εὔχυμα.

Cācōdæmŏn, malus genius. [שד *sibedh*, κακοδαίμων. Gall. *Esprit malin, foullet, phantosme.* Ital. *Spirito notturno, spirito maligno.* German. Ein böser geist/ein böß gespenst. Hispan. *Fantasma que parece de noche, Angel male.* Pol. *Złydzich.* Vng. *Bráhog genoz lélek.* Ang. *An euill spirit.*]

Cācōēthēs, dictio tetrasyllaba, neutrius generis, & penultima prod. [κακοήθης. Gal. *Mauuaise nourriture, mauuais coustumes.* Ital. *Cattiua creanza, mala consuetudine.* Germ. Ein böse gewonhait/böse sitten. Hisp. *Mala costumbre.* Pol. *Złe y zmiczay, złe mal'oz.* Vngar. *Gonosz szokás.* Ang. *Euill costome and maners.*] Mala & præposterа consuetudo. Nam κακὸς malum, & ἦθος morem vel consuetudinem sonat. Iuvenalis pro ambitione sumpsisse videtur per translationem, quæ quum semel animo insederit, non facilè amoveri potest: -tenet (*inquit*) insanabile multos Scribendi cacoethes. Hermolaus in Castig. Bud. in Pandect. Politianus miscel. c. 49. ¶ Cacoëthe præterea à medicis appellantur ulcera maligna, quæ quum omnia rectè atque ordine feceris, non tamen curantur: quia in ipso ulceris loco, Galeno teste, inest malignitas, sanari ea prohibens, quum in aliis ulceribus malorum humorum influxus aliunde recipiatur.

Cācōstōmăchŏs, [κακοστόμαχος. Gall. *Qui à mauuais estomac.* Ital. *Quello che ha debole stomacho.* Germ. Der ein böden vnd bösen magen hat Hisp. *El que tiene estomago enfermo.* Polon. *Maiacy ſ'y albo napsowany żołądek.* Vng. *Gyenge gyomrú.* Angl. *That hath an euill stomack or disease d.*] Qui malum ac debilitatū stomachum habet: hoc est, vēnticulum. Os enim ventriculi, qui stomachus dicitur, pro ipso ventriculo sumi solet. Cicer. ad Tironem: De medico & tu bene existimari scribis, & ego sic audio: sed planè curationes ejus non probo: jus enim dandum tibi non fuit, quum κακοστόμαχος esses.

Cācōsynthĕtŏn, κακοσύνθετον. Mala, seu deformis cōpositio: ut apud Virgilium lib. 9 Aeneid. Terga fatigamus hasta.

Cācŏtĕchnĭă, κακοτεχνία, ars mala interpretatur, & ad perniciem inventa. Quint. lib. 2. cap. 20: Cacotechniam quidam nominaverunt artis pravitatem.

Cācōzēlĭă, [κακοζηλία. Pol. *Złe naśladowanie.* Vng. *Gonoz követés.*] Dicitur mala & indecora affectatio, quoties inscitè virtutem aliquam imitantes, in vitium labimur. Veluti si quis, Atticismum affectans, jejunus fiat & aridus: aut contrā copiæ studens, in inepram incidat loquacitatem. Cacozeliæ genere peccare, Quintil. lib. 2. cap. 3.

Cācōzēlŭs, pen. prod. κακοζηλος, Ineptus imitator.

Cāctŏs, [κάκτος. Ger. Artischock/Weischdistel. Pol. *Wlerki oset.* Vng. *Gonoz követö.* Ang. *Artechokes, an hearbe so called.*] Herba est, teste Plin. lib 21. cap. 16, in sola Sicilia nascens, quæ caules habet à radice emissos, & in terra serpētes, quos etiam Cactos vocant. Athenæus eam esse credit, quæ Latinis Carduus, Græcis *Cinara* vocatur.

Cacubalum, Herba acinos ferens nigros, quæ à Græcorum nonnullis *Strychnos*: à Latinis verò, quod strumis medeatur, ab affectu Strumum appellatur. Vide Plin. lib. 27. cap. 8.

Cācŭlĭă, pen. cor f. p. Militis servus, fustibus, clavisq; ligneis armatus ad tutelam dominorum. [משא כלים *mosé chelim*, τῶν ὁπλοφόρων ἀκόλουθος. Gall. *Vn gouiart d'homme de guerre.* Ital. *Ragazzo, seruitore, mastimamente in guerra.* Ger. Ein gwardybrecht/ein trosbub. Belg. Een knecht/eenen jongen. Hisp. *Moco à rapaz del esculdero.* Pol. *Giermek.* Vng. *Katona inas.* Ang. *A man of warres slaue.*] Dictus ἀπὸ τοῦ κόλου: hoc est, à lignis quæ ferebat Plaut. Video caculam militarem me futurum. Vnde & Calones dicti.

Cācūmĕn, penultima producta, n. t. Summitas cujusque rei: [ראש *rosh*, κορυφή. Gallicè, *Sommet ou coupeau de quelque chose.* Ital. *Cima, summità.* German. Ein giyffel/Das oberste theil eines jeden dings. Belg. Een opperste top Hisp. *Cumbre ò alturas.* Pol. *Wierzhoł'ek.* Vng. *Tető.* Ang. *The toppe or hight of any thing, the ridge of an house.*] ut, Cacumina montium, cacumina arborum. Cæsar 7. bell. Gall. Itaque truncis arborum, aut admodum firmis ramis abscissis, atque horum delibratis atque præacutis cacuminibus, perpetuæ fossæ quinos pedes altæ ducebantur. Virgil. 6. Aeneid. -dehinc summa cacumina linquunt.

Cācūmĭnārĕ, Acutum reddere. [ἀκονᾶν. Gall. *Faire poincture ou aigu.* Ital. *Far' acuto, apuntato.* Ger. Spitz machen. Hisp. *Encombrar,*

beat, à calcar, à empinar. Pol. *Sasz, szyemac, Zaostrzyc.* Vng. *Tabeni, hegyes.* Ang. *To make pointed and sharpe.*] Ovid. 3. Metamorph. Dat spatium collo, summasque cacuminat aures. De Actæone loquitur in cervum mutato.

Cĕsĭus, Inānĭs, a, um, adjectivum. [*Κενεωνόδης.* Gallicè. *Aigu, pointu.* Italicè. *Acuto, pontuto.* German. *Spitz.* Hispan. *Agudo, empinado.* Polon. *Spozally, Zaostrzony.* Vngar. *Hegyes, tarkos.* Ang. *Pointed, sharpe, that hath a sharpe toppe.*] Plinius libro 10. cap. 52: Avium ova ex calore fragilia, serpentium ex frigore lenta, piscium ex liquore mollia, aquatilium rotunda, reliqua ferè fastigio cacuminata.

Cādāvĕr, penult. prod. Corpus mortuum, à cadendo (ut inquit Hieronymus) ab eo quòd post mortem ceciderit. Sic Hebræi: נבלה *nebelah* à radice נבל *nabal*, cecidit: & Græci *πτῶμα* *πεσόν* & *πτῶμα*, cadere, deducunt. [*τὸ πεσὸν ἀπὸ τοῦ πίπτειν, καὶ πτῶμα.*] Gall. *Vn corps mort, charongne.* Ital. *Corpo morto.* Germ. *Ein todt cörper.* Belg. *Ein doot lichaam.* Hispan. *Cuerpo de animal muerto.* Pol. *Trup.* Vng. *Oby holt test.* Ang. *A carcage, dead bodie or carcase.*] Cæsar 7. bel. Gall. Quid hominum millibus octoginta uno loco interfectis, propinquis, consanguineisque nostris animi fore existimatis, si pene in ipsis cadaveribus prælio decertare cogentur? ¶ Transfertur & ad alia, ut etiam de oppidis solo æquatis quandoque dicatur. Serv. Sulp. Cicer. Tot oppidorum cadavera projecta jacent. Servius etiam à Carendo deducit. ¶ Vivum cadaver, *ἐμψυχος θανὼν.* Proverbiali figura dixit Sophocles in Antigone: *ἐγὼ δὲ τοῦτον, οὐκ ἐμψυχον νεκρὸν κρίνω τεθεὶς,* hunc ego vivere Haud arbitror, vivum at cadaver judico. In eos dicetur, qui sic vivunt ut nihil dignũ vita agãt.

Cādāvĕrōsŭs, a, um, [*νεκρώδης.* Gal. *Pourry comme charongne, hideux.* Ital. *Vieno de carogne.* Germ. *Das einem cörper gleich ist.* Hispan. *Cosa semejante à cuerpo muerto.* Ang. *Deadlie fare or countenance, a deadlie looke.*] Quod cadaveris similitudinem habetur. Cadaverosa facies, apud Terentium in Hecyra.

Cādĭscŭs, Vasculum quo suffragia colliguntur: [Græcè *κυαθίσκος.* Pol. *Dzban wkiorym na fortunne kładzą.*] diminutivum à cadus. ¶ Fuerunt autem duo apud veteres cadisci, in quos calculos mittebant judices, alterum *κάταγνον*, in quem condemnationis, alterum *ἄπαγνον*, in quem absolutionis calculos projiciebant. Hic *ἀπόλυσις* id est, misericordiæ, vocabatur, in quem *ἀπόλυσιν* mittebantur: alter *θανάτου*: hoc est, mortis erat, priore loco posita. Bud. Com. ¶ Est etiam Cadiscus mons Cretæ, Plin. lib. 4. cap. 12. (cingunt.

Cādmĭtēs, *καδμεία*, Gemma, quam cæruleæ interdum bullæ

Cādmĭā, *καδμία*, Corpus est metallicum: cujus duo sunt genera: alterum, quod in rivis & montibus reperitur earum regionum, in quibus æris sunt metalla: idque cadmiam lapidosam vocat Galen. lib. 9. Simpl. Nam re vera nihil aliud est quã pyrites æroſus, ex quo excoquitur æs. Atq; hoc quidem cadmiæ genus etiam Plinio cognitũ fuit: qui ejus sic meminit lib. 34. cap. 1: Fit & æs è lapide æroso, quẽ vocant Cadmiam. Item capite 10. ejusdem libri: Nanq; ipse lapis, ex quo fit æs, Cadmia vocatur. ¶ Alterum est genus cadmiæ quod in ærariis officinis invenitur: idque rursus duplex. Nam quod ex fuligine sive favilla, quæ ex fornace perpetuò egeritur, sensim colligitur, altioribusq; ædium partibus, in quibus æs excoquitur, adhæresci, Botryitis appellatur, quòd uvæ quandam imaginem repræsentet. Alterum in fornacibus ipsis invenitur supra diphryges, crustæ similitudine: unde & Placitus appellavere. Vide Gal. lib. 9. Simpl. & Agricolam de metallica.

Cĭdo, is, cecidi, casum, n. t. Concido, labor, corruo, præcipito. [*נפל nafal.* *πίπτω.* Gall. *Cheoir, tomber.* Ital. *Cadere, morire, cafare.* German. *Fallen.* Belg. *Vallen.* Hispan. *Caer, morir, y acontecer.* Pol. *Vpadam.* Vngar. *Eldobni.* Ang. *To fall.*] Cic. in Orat. Si semel constiterit, nunquam cadet. Ponitur autem cum dativo. Plaut. in Menah. Quid clamas? quin taces? Quot eras annos natus quum te pater à patria avehit? M E N. Septuennis: nam tum dentes mihi cadebant primulum. Plin. lib. 16. cap. 22: Cadunt plurimis autumno: de foliis loquitur, quæ maximè illo tempore arbores amittunt. ¶ Cum præpositione Ab. Plin. lib. 16. cap. 18 de avibus: Impingi putes aliquas, aut rursus ab alto cadere has, illas salire. Cicero peradverbium dixit: Magnum tamen periculum non adibit: altè enim cadere non potest. ¶ Cum præpositione De. Cic. de Fato: Si Daphitæ fatum fuit de equo cadere, atque ita perire. ¶ Cum præpositione Ex. Plin. lib. 17. cap. 20: Perfringi solùm debet supra ex Novemb. mense in Februarium: quo solutæ, sponte cadunt ex arbore, atque subnascuntur. Habet hoc verbum multas egregias & venustas translationes, locutionesq;. Terent. in Adelph. Laudatur te audit libenter: facio te apud illum deum: Virtutes narro. C T E S. meas? S Y. tuas: homini illico lacrumæ cadunt Quasi puero, gaudio. Virg. Aegl. 1: Et jam summa procul villarum culmina fumant, Majoresque cadunt altis de montibus umbræ. Idem: Cadit & Ripheus justissimus: pro Occidit, moritur. ¶ Item Cadere commodè, opportunè, optatè: pro evenire, contingere. ¶ Cadere in suspicionem, in cogitationem, in deliberationem, in offensionem, pro incidere, venire. ¶ Cadere causa, vel à causa: pro Amittere litem. ¶ Cadere formulas pro Rem ipsam per formulas non rectè explicare. ¶ Cadere animum, cadere oculos, vultus, verba, ὀφθ. pro Frangi, debilitari, opprimi, perire. Et Cicero in Orat. Quòd verba meliùs in syllabas longiores cadunt, pro Terminant, desinunt. Idem ad Atticum: Accedit illud, si maneo, & illum comitatum optimorum & clarissimorum civium defero, cadendum in unius potestatem: pro Venire, redigi, poni. Tracta est metaphora à ludo talorum. Tunc enim talus fœliciter cadere dicebatur, quum in summitate Venerem: hoc est, numerum septenarium ostenderet, aut etiam senionem: contrà sinistrè vel infeliciter cadere dicebatur, quum unionem, quem illi *Canicularem* vocabant, in summo latere ostenderet. ¶ Hinc etiam res nobis feliciter cadere dicuntur, quoties aliquid nobis pro voto obtingit. Cicero ad Atticum: Nihil mihi fœliciùs cadere potuit. ¶ Cadere in cursu M. Tullius libro de Clar. Orat. dixit, pro eo quod est, expetita laude frustrari. Metaphora sumpta est à publicis certaminibus pedibus aut equis currentium. ¶ Hujus composita sunt, Accido, Decido, Excido, Incido, Intercido, Occido, Concido, Procido, Recido, & Succido, quæ habent penultimam correptam. ¶ Derivativa sunt, Casa, Caso, as, & Casito, de quibus infrà.

Cāsŭs, us, m. q. propriè idem quod ruina, à cadendo. [*מפלה mappileth* *נפל nafal.* *πτῶσις.* Gall. *Cheute, ruine, cas, fortune.* Ital. *Caso, fortuna, ruina.* German. *Ein fal, oder gluckfal.* Belg. *Een gheval.* Hispan. *Caso y fortuna, ò cayda.* Pol. *Treff, przypadek.* Vngar. *Esés.* Ang. *A fall, chance or fortune.*] Curtius: Inopinato rheda casu oppressus. ¶ Interdum idem quod fortuna, vel inopinatus eventus, *αὐτόματον, τύχη.* Cicero de amic. Vt si in ejusmodi amicitias ignari casu aliquo inciderint. ¶ Modò calamitas & infortunium *συμφορά.* Virgil. 2. Aeneid. Sed si tantus amor casus cognoscere nostros. ¶ Casus temerarius à Græcis *αὐτόματον* dicitur: à Cicerone Temeritas. ¶ Item casus dicuntur vocabulorum formæ, quibus in aliam atque aliam cadunt effigiem. Hinc etiam veteres Cascum, antiquum dicebant, quasi jam cadentem. ¶ Casus item Latinus dicitur sextus. Ablativus quo Græci carent, cujus vis apud Græcos per genitivum explicatur. Sic appellatur à Varrone, authore Diomede Gram. l. 1.

Cāsŭālĭs, [*πτωτικός.* Polon. *Przypadkowi.*] ut Casuales declinationes apud Probum: & Casualis forma apud Diomedem Grammatices lib. 1: In singulari numero nominum formę Casuales sunt sex.

Cāso, sas, are, Frequenter cado: à quo fit aliud frequentativum Casito, as, [*πτώσκω, πτωτάζω, πτώσσω.* Gall. *Cheoir souvent, cheoir par le menu.* Ital. *Cadere spesse.* German. *Stäng fallen. Oft fallen.* Hisp. *Caer muchas veces.* Polon. *Często vpadam.* Vng. *Gyakran esdem.* Ang. *To fall often.*] Paul. Iureconf. de servit. urb. præditor. l. Servientes: Si antea ex tegula casitaverit stillicidium, postea vel ex tabulato, vel ex alia materia casitare non potest.

Cāsŭs, ūs, f. p. [*πτῶσις.* Pol. *Vpadanie.* Vngar. *Esés.* Ang. *Falling.*] Casus seu cadendi actus. Hieron. Totum amisit in casitu, quod erat ædificatum in sabulo.

Cādŭcŭs, a, um, penultima prod. Fragilis, mobilis, mortalis, à cadendo. [*πτώσιμος.* Gall. *Caduque, corruptible, ruineux, allant en decadence.* Ital. *Caduco, mortale, fragile.* German. *Hinfellig / zerbruchlich / vergänglich.* Belg. *Vangelandich / vergandelick.* Hispan. *Debil, que legeramente puede caer.* Pol. *Vpadli y, smiertelny.* Vngar. *Romlando, vesszenö.* Ang. *Falling into decaie, which falleth, which do not last.*] ¶ Item Caducus dicitur is, qui morbo eo laborat qui hominem cadere facit. Firmic. lib. 7: Si luna in horoscopo fuerit inventa, stultos, lentos, fatuos & caducos efficiet. Plin. lib. 17: In drupis quoque, quæ maturescentes tunc sunt præcipuè caducę, id riguis magis evenit, etiãsi non ceciderint, fastidiendis. ¶ Quandoque Caducus mortuus dicitur. Virgil. libro 6: Hinc multum fleti ad superos, belloque caduci Dardanidæ. ¶ Caduca hæreditas dicitur, & caduca bona, quæ ab eo cui jure debebantur in alium ceciderunt. ¶ Caduca auspicia veteres dicebant, quum aliquid in templo ceciderit, veluti de manu virgæ. ¶ Caducæ literæ, *γράμματα ἀναγνωστέα*, quæ obscuriores sunt, & visum propemodum fugiunt. Plinius libro 13. capite 12: Scabritia levigatur dente, conchâve, sed literæ caducæ fiunt.

Cādŭcĭtĕr, adverbium antiquum, teste Nonio, idem significans quod præcipitanter, [*σφοδρῶς.* Polon. *Neglie.* Vngar. *Vesszendöen / tremlendöul.* Ang. *Rashelie.*] Varro: Frigidos nimbos aqua ista caduciter ruentes pertimuerunt aquatiles querquedulæ natantes.

Cādīvŭs, pen. prod. Quod per se cecidit: [*ἀναγκαίως.* Gall. *Qui chesit aisement & de lay mesmes.* Ital. *Caduto da per se.* Germ. *Das von sich selbs hinfellt.* Hispanicè, *Cosa que por si se cae como fruta.* Polon. *Sam przez sie vpadł y.* Vngar. *Le esés.* Angl. *That falleth by the self, sanfaione.*] unde Cadiva poma dicũtur, quę ũ

mana

manu collecta, sed sua spōte in terram cecidēre: & Cadiva folia, quæ per se ex stirpibus cadunt. Plinius: Colligi mala post æquinoctium autumnale, cadiva separari, stramentis, floribus, paleisve sterni.

Caduceum, n. s. Mercurii virga fuisse fertur, qua ille ad dissidia & discordias tollendas utebatur: à cadendo dicta, quòd contentiones & bella cadere faciat. [κηρύκειον. Gal. *Une verge blanche que portoyent ceux qui alloyent en ambassade pour la paix.* Ital. *Una verga picciola che portavano gl' ambasciadori & mediatori di pace.* German. Ein Ruten oder Scepter des Mercurij / mit welcher die streytigen befriedget hat. Belg. Een Heerstaff. Hispan. *Vara del Embaxador.* Polon. *Lasska ktorej vderzeniem pokoi gnaszi:* item *Laska laska maszyck nasienie noszy.* Vng. *Bikeneg szerecsö pöltzye, vesszö.* Ang. *A white wand which messengers or ambassadours that goth for peace do beare.*] Nam quemadmodum per Fœciales bella indicebantur, ita per Caduceatores finiebantur. Nō immeritò itaq; Mercurio qui orationis deus, & deorū nuntius habebatur, assignatum est caduceum, quòd dissidentium animi oratione præcipuè sedentur. Caduceum Aegyptii in speciem duorum draconum, maris & fœminæ figuraverunt, qui parte media sui voluminis, nodo, quem *Herculeum* vocant, sibi allegantur, primisque partibus reflexi, in modum circuli oscula jungunt. Hanc virgam Apollo dicitur invenisse, & Mercurio donavisse, lyra vicissim ab illo accepta. De draconibus autem caduceo additis hanc afferunt rationem: Mercurium, quum hanc virgam manu tenens in Arcadiam proficisceretur, duos serpentes pugnantes invenisse, virgaque interposita dicto citiùs prælium diremisse. Ad cujus rei memoriam posteri caduceum duorum draconum similitudine fecerunt, qua etiam in palæstra, reliquisque certaminibus utendis usi sunt. ¶ Hasta caduceum: δόρυ κηρύκειον. Dici solitum quoties aliquis simul minaretur & ad concordiam invitaret.

Caduceator, m. s. dicitur legatus qui pacem petebat: à caduceo quem manu gestabat. [עד. κηρυξ. Gall. *Ambassadeur de paix.* Ital. *Ambasciadore.* Ger. Ein Friedbott / ein Legat so man ausschickt friedens zu machen. Bel. Een Heraut. Hisp. *Embaxador.* Pol. *Legat pokoy stanowiący.* Vng. *Bekesség szerzöbe iaro követ, Bekesség vetö hirdetö.* Ang. *An ambassadour of peace, an herauld.*] Cato: Caduceatorem nemo homo nocet. Liv. 6. bell. Pun. Asdrubal, ne in arcto res esset, caduceatorem misit, &c.

Caduciser, nomen quo Mercurius vocitatus est. Quum enim Mercurius lyram in Cyllene monte Arcadiæ septichordem ad Atlantidem numerum instituisset, quòd Maia mater ejus illarum numero esset: ac non multò post deprehensus fuisset ab Apolline boves suas abigere, quò faciliùs veniā ab eo impetraret, Apollini traditur concessisse, ut lyram à se primò inventam prædicaret. Quamobrem Apollinem ferunt virgam eandem Mercurio dedisse: quam quum manu tenens, in Arcadiam proficisceretur, inventos ab eo fuisse dracones duos simul ligatos, & inter se mutuò pugnantes: quo viso virgam interposuisse, & dicto citius prælium diremisse. Qua re conspecta, hujusmodi virgam pacis gratia creditum est constitutam. ¶ Unde factum est, ut legati pacis Caduceatores dicerentur, pollenq; ejus rei exemplo Mercurio virgā deinceps duorum draconum similitudine ubique affinxerint. Hujus virgæ potestatem describit Virgil. Aen. 4:

Tum virgam capit, hac animas ille evocat Orco
Pallentes, alias sub tristia Tartara mittit:
Dat somnos, adimitq; & lumina morte resignat.
Illa fretus, agit ventos, & turbida tranat. Nubila.

Cādūrcum, [Germ. Ein Krämerdecke. Bel. Een Deckset der cramen. Pol. *Pokrowiec* item *Namiotek nagłowskiem.* Vn. *Mochar födel, (nagy) födel.* Ang. *A cortayne, a quilte, a vaule.*] Tentorium, sive culcitra, qua merces teguntur: à Cadurcis Galliæ populis, ut inquit Plinius, apud quos lini præstantia palmam obtinet in culcitris. Iuvenalis: Institor hybernæ tegetis, niveique caduci. Sunt qui putent esse vela illa pensilia, quæ lecto obtenduntur: aut etiam tegmen quoddam quadratum, quale est illud, sub quo principes in solennibus pompis vehi videmur. Iuven. -violato pena caduco.

Cādūs, [ד. nadh. κάδος. Gal. *Une cacque.* Ital. *Barile, botta.* German. Ein Weinfass. Hisp. *Vasija de vino.* Pol. *Winna fassa.* Vng. *Kadhordo.* An. *A wine vessell, a pipe, a barell.*] Vas vinarium, quo vinum conditur, ut vult Acron: cujus prima corripitur. Martialis in Vaticanis condita musta cadis. Continet congios decem, vel (ut alii volunt) duodecim. Primi in Alpibus rustici cados ligneos circulis cinctos excogitarunt.

Cæcĭas, κακίας. Ventus qui ita flare dicitur ab Aristotele, non ut nubes propellat, sed ut ad se vocet. Flat inter Aquilonem & exortum Aequinoctialem. Plin. libro 2. cap. 47: Narrant & in Ponto Cæciam in se trahere nubes. De hoc vide multa apud Erasm. in Adagiis.

Cæcĭlĭa, f. p. Genus serpentis cæci, unde & nomen accepisse videtur. [Polon. *Wężgemia.* Vngar. *Korta vak kigyo.* Ang. *A slow worme being blinde.*] Colum. lib. 7: Est & magnorum animalium noxium virus. Nam & vipera, & cæcilia sæpè quum in pascua bos improvidè supercubuerit, lacessita oncre morsum imprimit. Vide ejusdem cap. 17. lib. 6.

Cæcŭbum, [κεκάβον. Pol. *Winno przybrane.*] Straboni, Vinū generosissimum: sic dictum à Cæcubis Campaniæ populis, apud quos nascitur. Plin. lib. 4. Setivi & Cæcubi obtenduntur agri. His junguntur Falerni, Caleni. Martial. lib. 13: Cæcuba Fundanis generosa coquuntur Amyclis.

Cæcŭs, m. s. Oculis captus, visu carens. [עור. *hivvr.* τυφλός. Gal. *Aueugle.* Ital. *Cieco.* Germ. Blind. Hisp. *Ciego.* Pol. *Slepy, niewidomy.* Vng. *Vak.* Ang. *Blinde.*] ¶ Quandoque idem est quod insidiosus, occultè malus, latens, tacitus, qui videri non potest. κεκρυμμένος. Columel. lib. 1: Ex quibus sæpè contrahuntur cæci morbi, quorum causas ne medici quidem perspicere queunt. Cicero contra Rullum: Cur hoc est tam obscurum atque cæcum! Idem de Orat. Res cæcæ, & ab aspectus judicio remotæ. Sic Virgilius etiam Vada cæca, & Cæcos scopulos vocat, qui ita sub aquis occultantur, ut oculos fallant. ¶ Trāsfertur etiam ad animum: ut quum aliquem Cæcum esse avaritia, furore, amore aut odio dicimus. Cicero pro Sexto Roscio: Ipsos cæcos reddit cupiditas, atq; avaritia. ¶ Sic dicimus Cæcam noctem, in qua non videmus. ¶ Vestigia quoque cæca dicuntur, quæ in obscura aut incognita via versantur. Virgil. 6. Aeneid. Cæca regens filo vestigia. ¶ Idem Locus cæcus dicitur, in quo non videmus. Cæcæ fossæ, cæci aditus, qui sunt obsepti. ¶ Cæcum vallum, in quo præacuti pali affixi herbis vel frondibus occuluntur. ¶ Item Cæcum intestinum, quod inter ileon, & colon situm, parvo oblongoq; ventri simile est: cæcum appellatum ab eo, quod ingressum exitui adversum non acceperit, sed hos tam vicinos habeat, ut plerunque in unum coire, & exitu carere videatur. ¶ Vel cæco appareat, proverbialis hyperbole frequens apud autores, de re vehementer perspicua. ¶ Cæcus cæco dux, τυφλὸς τυφλῷ ὁδηγός. Adagium evangelicis quoque literis celebratum, quo uti licebit, quoties indoctus indoctum docere, inconsultus imprudenti consilium dare conabitur. Allusit ad proverbium M. Tullius lib. de Finib. ultimo: Cæci præscriptio, τυφλὴ παραγγελία, dicitur absurda, quoties iple qui præscribit, non intelligit quid dicat. Socrates apud Platonem in Theeteto. ¶ Huic prorsus simile est, Cæca speculatio, ἀλογοσκοπία. ¶ Neque cæcum ducem, neq; amentem cōsultorem, μήτε τυφλὸν ὁδηγόν, μήτε ἄνοιαν σύμβουλον. Subaudiendum, adhibeas, Disce, sed à doctis: Consilium pete, sed à consultis. ¶ Quid cæco cum speculo? τί τυφλῷ καὶ κατόπτρῳ; Citatur à Stobæo versiculus ex Epicharmo: τί χρὴ κατόπτρου τῷ τυφλῷ κεκτῆσθαι; id est, Luminibus orbo cum speculo quid est rei! Quorsum opus est libris illiterato? quò regnum juveni stulto? quò divitias ei qui nesciat uti?

Cæcŭlus, diminutivum à Cæcus. ¶ Est & nomen proprium filii Vulcani: hujus mater quum juxta ignem sederet, forte fortuna scintilla quædam in ejusdem gremium evolavit, ex qua mulier concepit: peperitq; filium, quem postea ob oculorum parvitatem Cæculum vocavit: à quo Cæcilios ortos putant, quorū familia Romę nobilissima fuit. Hic collecta multitudine, postquā diu latrocinatus esset, Prænestinam civitatem in montibus condidit: & quum ad ludos vicinos populos invitasset, cœpit eos admonere, ut secum habitarent, & pro gloria jactare se filium Vulcani: Quod quum illi non crederent, invocato Vulcano ut se filium comprobaret, omnis illius multitudinis chorus est flamma circundatus. Quo facto commoti omnes, simul habitaverunt, & Vulcani filium esse crediderūt. Hæc Servius in illud Virg. lib. 7. Aeneid. Nec Prænestinæ fundator defuit urbis: Vulcano genitū pecora inter agrestia regē Inventumq; focis, omnis quem credidit ætas Cæculus, &c.

Cæcĭtas, atis, f. t. Privatio visus: Tam ad corpus, quām ad animum refertur. [עורון. *hivvarön.* τυφλότης. Gal. *Cecité, aueuglement.* Ital. *Cecità, l' esser cieco.* German. Blindheit. Hisp. *Ceguedad.* Pol. *Slepota.* Vng. *Vakság.* Ang. *Blindnesse.*] Cic. de Arusp. resp. An tibi luminis obesset cæcitas plus quām libidinis? Idem pro Dom. sua: Pœna omnis oculorum ad cæcitatē mentis est conversa.

Cæcĭgĕnus, ni, m. s. Qui cæcus natus est. [τυφλόγενης. Gall. *Aueugle né.* Ital. *Nato cieco.* Germ. Ein geborner Blinder. Hispan. *Nacido ciego.* Polon. *Slepo narodzony.* Vngar. *Vakon született.* Angl. *Borne blinde.*] Lucr. libro 2: Nam quum cæcigeni, solis qui lumina nunquam Aspexēre, tamen cognoscant corpora tactu.

Cæco, as, act. p. Cæcum facio, excæco. [עור. *hivvér.* τυφλόω. Gal. *Rendre ou faire aueugle.* Ital. *Acecare.* Ger. Blind machen / blenden. Bel. Verblenden. Hisp. *Cegar à otro, hazer ciego.* Pol. *Oślepiam.* Vn. *Meg vakitom.* An. *To make blinde.*] Plin. de viris illustrib. Potitios Herculis sacerdotes pretio corrupit, ut sacra Herculea

servos publicos edoceret: unde cæcatus est. Cicer. 4. Philipp. Sed spes rapiendi atq; prædandi cæcat animos eorum. Idem pro domo sua: Argenti & supellectilis meæ cupiditate esse cæcatum. Cujus cōpolita sunt, Excæco, quod est valde, seu perfectè cæco. Plin. Vt quum lavatur, si oculos attingat, excæcet. Obcæco, de quo infrà.

Cæcūtĭo, is, n. q. Parum video: [ἀμαυρόω.] Gall. *Estre aueugle, ne voir goutte, ou ne voir pas clair.* Ital. *Veder poco, esser bernio.* German. Vbel oder nicht ein wenig sehen / ein bild und abneküend gesicht haben. Belgice. Niet voet sien. Hispanice, *Cegar à cegueras.* Polon. *Pocpuaon sjuiecz.* Vngar. *Vaklok.* Ang. *To be dimme sighted, to see but à little or not cleerelie.*] & Cæcutiens, quasi semicæcus. Varr. Virum oculi mihi cæcutiunt, an ego vidi servos in armis contra dominos? Hieronymus ad Paul. Vt rarus sit, qui non earum cæcutiat lectione.

Cæcūlto, as. Obtusum visum habeo, cæcos imitor. [ἀμαυρόω.] Gal. *Ne voir pas fort clair, Auoir les yeux comme esblouys.* Ital. *Veder poco, contrefare i ciechi.* Germ. Ein bild vnd schwach Gesicht haben. Hisp. *Contrahazer à algun ciego.* Pol. *Sjuiecie.* Vng. *Vaklok, homaly esen látok.* Ang. *To be dimme in sighte.*] Festus: Cæcultare, est cæcos imitari. Plaut. Nūmnam mihi oculi cæcultant? est'ne hic noster Hermio?

Cædĭtĭæ tabernæ, Dictæ sunt à Cæditio quodam, qui eas in via Appia ædificavit.

Cædo, is, cecidi, penult. prod. cæsum, verbum activum. Percutio, ferio, verbero. [הכה *hichchah.* κόπτω, τύπτω, παίω.] Gal. *Frapper, couper, trancher, tuer.* Ital. *Percuotere.* Germ. Schlahen / streichen. Belg. Slaen / geessten / doodem. Hisp. *Herir à matar à hierro.* Pol. *Bjie.* Vng. *Meg verdm, el mereszdm, el tördm, öldozatra le vágom.* Ang. *To beat, to whippe, to cutt, to strike, to kill.*] Terent. in And. Verberibus te cæsum in pistrinum Dave dedam. ¶ Interdum idem quod amputo, præcido. Cic. 3. de Divin. Arbores simul cum luna senescentes tempestivè cædi. Et paulò post: Qui robur illud cecidit, dolavit, inscripsit. ¶ Item Occido. Virgil. 2. Aen. Cæduntur vigiles. ¶ Ponitur quandoque pro immolo, sacrifico: ut apud eundem: -cædunt binas de more bidentes. ¶ Item pro frango. Cicer. 3. Verr. Cædere januam saxis, instare ferro. ¶ Cædi testibus, apud eundem ad Qu. Fratrem, est testium multitudine urgeri, premi, convinci. ¶ Hujus composita sunt Abscido, Concido, Circuncido, ἀφαιρέομαι, Decido, Excido, Incido, Intercido, Occido, Præcido, Recido, & Succido: quorum pen. producitur. ¶ At Cedo sine diphthongo, cessi præteritum: & supinum cessum facit, multaque significat. [לכ *far yaqiim.* Gal. *Se retirer, donner lieu, ceder, obeir.* Ital. *Ritrarsi, dar luogo, accordarsi con alcuno.* Germ. Weichen. Belg. Wocken / plaetse geven. Hisp. *Ir, dar lugar libre.* Polon. *Vstępuie.* Vng. *Engedek.* Ang. *To give place, to obey.*] Nam quandoq; Cedere significat abire, & locum victori dare, ἴκκειν. Cicer. Cui quidem exercitus nostri, imperatoresque cesserunt. ¶ Quandoque discedere, evitare, atque subterfugere rem aliquam. [Pol. *Stępęgysie.*] Plaut. Cedamus imbri. Hinc cedere iræ, ὑπείκειν τῇ ὀργῇ, dare locum iræ, & quasi ab ira discedere. Cedere bonis, Discedere à bonis, & quicquid nostrum erat, tradere creditori, ἐκχωρεῖν τοῖς δανείσι. ¶ Cedere in jure, Jus quod habemus alteri tradere: quod & De jure cedere, dicimus. ¶ Cedere item, Est in jus alicujus venire: ut Cedunt mihi ea bona: id est, in jus meum veniunt. ¶ Et cum accusativo mediante In. Hier. super. Mat. Ita fiebat, ut oblatio liberorum subocasione templi & Dei, in sacerdotum lucra cederet. ¶ Cedere lite, pro victum se fateri, & à judicio victum abire. ¶ Item cedere, ponitur pro accidere, evenire. Omnia ex sententia cedunt, In magnopere fortunatos, quibus & rectè & secus instituta feliciter cedunt. ¶ Item cedere, ponitur pro dare. Enn. Salvete optima corpora, cedite manus vestras, measque accipite. ¶ Pro concedere, obsequi, non repugnare. παραχωρεῖν. Virgil. 2. Aeneid. Cedo equidem, nec nate tibi comes ire recuso. ¶ Pro succedere, seu in sortem contingere. Idem: Cesserit Ausonio si fors victoria Turno. ¶ Pro incidere. Plaut. Aulul. In hostem absolutus cedas. ¶ Invenitur & Cedò imperativum, Dic, φέρε δή, ἄνα: nec habet aliam personam, nisi tantùm Cedite pluraliter, habetque primam correptam. Terent. in Andr. Cedò, cujum puerum apposuisti hic ante januam? Cicer. in Caton. Cedò, qui vestram Remp. tantam amisistis? id est, dic. Terent. in Phorm. posuit pro Da: Quin tu mihi argentum cedò? PHOR. imò uxore tu cedò. ¶ Invenitur cette, pro cedite. Nævius, pro industria ne te regem prognatum patrem Lycurgum cette. Ennius in Medea: Salvete optima corpora, cette manus vestras, measque accipite. Vide Nonium. ¶ Cedere diem, χρόνῳ τινὸς ὑπείκειν, inquit Vlpianus, significat incipere debere pecuniam: sicut Venire diem, significat eum diem venisse, quo pecunia peti possit. ¶ Cedere è vita, est mori. Cic. de Clar. Orat. Hortensius è vita cessit. Hinc Cessicus tutor dicitur in jure, cui tutela cessa est, & Cessitia tutela, quæ ita cessa in jure & translata est.

¶ Item Cessim ire, pro retrò cedere, vel retrò redire. Alfenus in L. 52. D. ad leg. Aquil. Item Iustinus libro 21: Commisso prælio ite cessim, inhibete remos, &c. Hujus verbi composita sunt, Abscedo, Accedo, Antecedo, Concedo, Decedo, Discedo, Excedo, Incedo, Intercedo, Præcedo, Procedo, Recedo, ἀφίστημι, Retrocedo, & Succedo, quæ habent penult. productam.

Cæsĭlis, participium à Cædo: [κεκοπωμένος.] Gal. *Taillé, haca, tué.* Ital. *Tagliato, battuto.* Ger. Geschlagen. Hisp. *Cosa herida à muerte.* Pol. *Vbity, Zmalczony.* Vn. *Le vágatot, verettetbe.* An. *Cutt, killed, beaten.*] Cæsis copiis, Cic. ad Brut. lib. 10. Cæsis victimis, Idem ad Attic. lib. 2. Cæsæ arbores, Plin. lib. 16. cap. 12.

Cæsum. Vide CAESA.

Cæsūrā,ræ. f. p. propriè Incisura. [מחתך *machteh* קצב *keitzeb.* ἀφανισμός. Gal. *Coupe, taillade, incision.* Ital. *Taglio.* Ger. Erhawung / beschneidung. Hispan. *Cortadura.* Pol. *Przerzuenie, odcięcie, odrzynanie.* Vng. *El metszés, el vágás.* Ang. *A cutt, a gash.*] Plin. libro 17: Ante Calendas Martias crescit ad brumam usque, definitque quum durescere incipit hoc signum, quod tempestivam habet cæsuram. ¶ Cæsura item in carmine dicitur, quum in medio versus vox pronuntiantis quasi inciditur, pedis alicujus principio finem dictionis terminante. Hæc quadrifariam dividitur, alia Penthemimeris dicitur, sive semiquinaria, alia Hepthemimeris, sive Semiseptenaria: tertia Trochaica: quarta Bucolica. ¶ Penthemimeris est, quum post duos primos pedes superans syllaba invenitur, quæ dictionem terminet: ut, Arma, virumque cano. &, Italiam fato: habet enim ex quinque dimidium. ¶ Hepthemimeris est, quum post tres pedes similiter syllaba dictionem terminans invenitur: ut, Arma virumque cano Trojæ. Continet enim septenarii medietatem. ¶ Trochaica est, quum post duos pedes trochæus partem orationis perficit: ut, Nil nostri miserere. ¶ Bucolica, quum post quatuor pedes syllaba superat in partem orationis desinens, & invenitur trochæus partem orationis terminans: ut, Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.

Cæsūrātim, Succinctè, breviter. [συνεστάλμενος.] Gal. *Succintement, brieuement.* Ital. *Succintamente, breuemente.* Ger. Beschneidigtuerg / behawtich. Hisp. *Cortando, breuemente.* Pol. *Krotce.* Vn. *Rhuidelon.* An. *Shortlie, in few words.*] Vtitur hac voce Sidonius in Epistola quadam ad Claudianum.

Cæsim, adverbium significat cædendo, sive per incisionem gladii: [κατὰ κρεουργίαν, κρεωτομικῶς, κρεουργικῶς.] Gal. *Par membres.* Ital. *Appezzi, à minuto, à brano à brano, di taglio.* Germ. Durch beschneiden oder hauen. Belg. Met houwende / met stekende / met stoinde. Hisp. *Cortando, à cuchilladas, de miembro en miembro.* Pol. *Znarzniemu, rąbaniem.* Vng. *Vágna, meszsze.* Ang. *By cutting in partes or members.*] sicut Punctim. κατὰ ἀραιόστιξιν, pungendo. Liv. 2. bel. Pun. Hispano punctim magis quàm cæsim assueto petere hostem. Colum. lib. 5: Major autem pars operis in vineam ductim potiùs, quàm cæsim facienda est: id est, cum maturitate potiùs, quàm uno impetu. ¶ Cessim vero gemino ss: & sine diphthongo aliud significat: de quo vide infrà suo loco.

Cæsĭo, onis, verbale, Incisio. [מחתך *machteh* קצב *keitzeb.* τμῆσις. Gal. *Coupure.* Ital. *Tagliatura.* Ger. Erhawung. Hispan. *Cortadura.* Pol. *Nacięcie, narzynienie.* Vng. *Metszés, vágás.* Ang. *Cutting.*] Colum. lib. 4 cap. 33: Et post quinquennium cæsa, more salicti recreatur, atq; in pallum formata, scilicet usq; in alteram cæsionem perennat.

Cæsĭtĭum, tii, n. s. [Pol. *Tubella biała.* An. *A handkerchief.*] Linteolum erat purum & candidum: dictum quòd cædendo ad candorē pervenireret: vel quòd oras circuncisas haberet. Plaut. in Epid. Linteolum cæsitium. Ex Nonio.

Cædēs, dis, f. t. Mors ferro, aut alia vi illata, præsertim ab eo qui occidere, aut ferire volebat. [הרגה *rotzach.* φόνος. Gal. *Meurtre, tuerie.* Ital. *Vccisione, morte violenta.* Ger. Todtschlag / mordt. Belg. Eenen doodtsloch. Hispan. *Muerte con fierro, ò matança à hierro.* Polon. *Mord, Zabyczye.* Vng. *O'ldöklés, fegyuer meat vaio halál.* Ang. *Slaughter, murther, killing.*] Cicer. in Bruto: Nam quum in sylva ita facta sua cædes esset. Ovid. 8. Metamorph. -modo vulnera fratrum Ante oculos mihi sunt, & tantæ cædis imago. Plin. lib. 14. cap. 13: Invenimus inter exempla Mecenii uxorē, quòd vinum bibisset è dolio, interfectam fuste à marito, eumq; cædis à Romulo absolutum. ¶ Inde dicimus aliquem commisisse cædem. ¶ Hujus diminutivū est Cædicula. ¶ Cædes [Pol. *Rąbanie.* Vn. *Fa vágás.*] de Cæsura lignorum, talium que. Gellius libro 19. cap. 12: Cur tantàm ligni atque frondium cædem faceret, percontatus est.

Cædŭus, adjectivum, κοπτός, ut Cædua sylva, quæ scilicet religiosa non est, sed quoties opus est, ad ignis vel ædificiorum usum cæditur. [κοπτόξυλον: ὕλη ὑλοτομία, ὑλοτομία.] Gallicè. *Taillis.* Ital. *Bosco da tagliare.* German. Der juh amen ist. Hispan. *Bosque que se corta à puede cortar.* Polonice. *Korabowie polny.* Vng. *Vago, ac mit szabad le vágni.* Ang. *A wood that is cutt at pleasure*

[illegible] Plin. lib. 13. cap. 4: Cæduæ palmarum sylvæ. ¶ Contrà Incidua sylva dicitur, quæ non cæditur.

Cælatura. Vide CÆLO.

Cælebs, generis communis, Vir sine uxore, aut mulier sine marito vivens. [ἄγαμος, ἄνυμφος. Gal. *Qui n'est point marié, sans femme.* Ital. *Huomo suor donna, non maritato.* Germ. Der oder die ausserhalb den Ehestand lebt/ein Mann ohn ein Weib/ein Weib ohn ein Mann. Belgice. Ongehoudt. Hispanicè. *Varon soltero ò muger soltera.* Polonice. *Mąż bez żony albo żona bez męża, mieć odpuszcz.* Vngar. *Özvegy, nőtlen, férj nélkül.* Ang. *Chaste, unmarried, that is single.*] Dictus cælebs (ut inquit Hieronymus) quòd cœlo dignam vitam agat, qui coitu careat. August. Cælebs qui non habet uxorem, vel quæ non habet maritum: qualia sunt numina in cœlo, quæ absque conjuge sunt, si agapetas non attendamus. Hi accipiunt Cælibes non tàm pro uxore carentibus, quàm pro castis & omni venere abstinentibus. Sed propriè dicitur Cælebs, qui uxorem non habet, etiamsi concubinas habeat. Nam Cælebs & maritus contraria sunt. Matt. lib. 12: Corrumpis sine talione cælebs. Hoc est, corrumpis alienas uxores, quum ipse vivas in cælibatu, nec habeas uxorem, quam illi vicissim possint corrumpere. Quint. Num clarus, an obscurus magistratus, an privatus: civis, an peregrinus: liber, an servus: maritus, an cælebs: parens liberorum, an orbus sit. Cicero de Legib. Cælibes esse prohibento. Inde dicimus Totum cælibem, & vitam cælibem, actam in cælibatu. Ovid. Quæ si non fuerat, cælebs te vita deceret.

Cælibatus, us, m. g. Pro vita, quæ agitur sine uxore. [ἀγαμία. Gal. *Estat d'un homme non marié.* Ital. *Lo stato di castità ò di non esser maritato.* Germ. Der lebig Standt ausserhalb der Ehe. Hisp. *Soltera de ser casado.* Pol. *Żywot bez żony, panieństwo, wdowieństwo.* Vng. *Özvegység, férj nélkül.* Ang. *Chastitie, singlenesse, or the estate of one unmarried.*] Mart. Costitui Mercurius pellere cælibatum. Sueton. Verùm amissa uxore Lepida, duobusq; ex ea liberis, mansit in cælibatu.

Cælia, genus ex frugibus confecti: cujus meminit Plin. lib. 22. cap. 25.

Cælibaris hasta, dicebatur, qua caput nubentis comebatur, quæ in corpore gladiatoris occisi stetisset, ut sicut illa conjuncta fuerat cum corpore gladiatoris, sic cum viro nova nupta esset copulata. Festus.

Cælo, as, n. p. Sculpo, incido. [חקק *pitcách*, γλύφω. Gal. *Graver, engraver.* Ital. *scolpire, intagliare.* Ger. Ausgraben/ ausstechen/ gravirt arbeit machen. Bel. Beeldsteen. Hisp. *Labrar de buril ò fuzel, fuzelar.* Pol. *Wierzgować, wierzgać.* Vn. *Kimetszöm, kivésem.* An. *To carve, grave or intagliate.*] Cic. 1. de Divinat. Hanc speciem Praxiteles extant argento, & noster expressit Archias versibus. Virg. -cęlatq; in auro Fortia facta virûm. ¶ A' quo cælata vasa dicuntur, quæ veteres *Anceſa* vocabant, quòd circuncidendo fiant: & cælum, γλυφεῖον, ipsum instrumentum, quo quippiam cęlatur. Plin. lib. 33. construxit hoc verbum instar eorũ, quæ prenum signant. L. Crassus, inquit, orator duos scyphos habuit Mentoris artificis manu cælatos, sestertiis centum: confessus est tamen, nunquam se his uti propter verecundiam ausum.

Cælatura, f. p. Ars est cælandi, aut ipsa scalptura & incisio. [חקק *pitcách*, γλυφή. Gal. *Graveure ou estaffeure, metier de graveur.* Ital. *Intagliamento, l'arte di tal lavore.* Ger. Die kunst den ausgrabens/ausstechens/ oder Bildwercks zu machen. Hisp. *Obra de fuzelo ò la arte de fuzelar.* Pol. *Wierzgowanie, wierzgać.* Vn. *Metszés.* An. *The art of graving or carving.*] Plin. lib. 19. cap. 4: Superq; pistrinarum operibus, & cælaturis vivere. Idem lib. 35. ca. 12: Qui plasticen matrem statuariæ, sculpturæq;, & cælaturæ esse dixit.

Cælator, oris, [חקקן *mephattcách*, γλύπτης. Gal. *Graveur ou estaffeur.* Ital. *Scultore, intagliatore.* Ger. Ein Ausgraber/ Ausstecher. Hispan. *El que labra de fuzel.* Pol. *Wierzgacz.* Vng. *Metszö, faragó.* Ang. *A graver, carver or intagliator.*] Quint. lib. 2. cap. 4: Cælator eximium desiderat, & pictor penicillum. ¶ Argenti cælatores, Plin. lib. 34. cap. 8.

Cælamen, inis, idem quod cælatura. [γλυφή. An. *Engraving, entaglig.*] Ovid. 13. Metamorph. -neque enim clypei cælamina noui Oceanum, & terras cumq; alto sydera cœlo.

Cælo, cęlis, diphthongo, & gemino l, scriptum, Verbum antiquum, & quo solùm in compositis utimur, significat percutio, aut frango. κόπτω, τύπτω. Præteritum facit Ceculi, vel culsi, & supinum Culsum. ¶ Hinc fiunt cõposita Percęllo, Procęllo, & Recęllo: Percęllo idẽ est quòd percutio, pulso, frequenter ad animũ transfertur. Terent. in And. Perculsus illicò animum. Procęllo idem est quod propello, vel everto. Inde Procella: de quo suo loco dicemus. Item Recęllo idem quod reclino. Est & Cello, sine diphthongo scriptum, de quo vide infrà.

Cælos, i, n. est instrumentum ad sculpendum aptum. [Polon. *Wiertło.* Vn. *Véső.*] Quidã à cælo, alii à cælio deducũ putãt.

Cælimã, ulcus in oculi cornea tunica, latius quàm bothryum, sed profundum minus. Avicenna Lilimic vocat.

Cælus. Vide CELSVS.

Cælum, n. s. Instrumentum, quo utuntur argentarii, dum vasa sculpunt, aut quo sculptores, aut fabrili utuntur in ligneis, aut lapideis simulachris scalpendis. [חרט *chéret*, γλυπτήρ, γλυφίς. Gal. *Burin ou autre instrumẽt à graver.* Ital. *Scalpello.* German. Ein Ausstecher / ein Schrotersen/ein Grabmessel. Belg. Een stockyser est graesbeytel. Hisp. *Suzel ò buril.* Pol. *Dłuto, kiesień, wierzgacz.* Vn. *Véső, poncczolo vas.* Ang. *A graving or carving instrument.*] Vnde est illud: -cælo fabricata Myronis.

Cœlum, [שמים *shamaim*, οὐρανός. Gal. *Le ciel, les cieux.* Ital. & Hisp. *Cielo.* Ger. Der Himmel. Belg. Den Hemel. Pol. *Niebo.* Vn. *Menny, Ég.* Ang. *The heaven, the firmament.*] Vno nomine dicitur tota illa mundi pars, quæ est supra elementum ignis, quam philosophi Aethera appellant: ita dictum à celando: hoc est, occultando: quòd inferiora omnia celet, & tegat: sive à stellarum imagine, quæ in eo quodammodo cælatæ apparent. Ambrosius lib. Hexam. Cælum, quòd impressa stellarum lumina habeat, quasi Cælatum appellatur: sicut argẽtum, quod signis eminentibus refulget, cælatum dicimus. Varro cœlum, quasi κοῖλον: hoc est, cavum, dictũ putat: & sic per œ diphthongum scribendum videretur. Cic. pro Pomp. Pompeiũ omnes, sicut aliquem non ex hac urbe missum, sed de cœlo lapsum intuentur. ¶ In cœlum ferre vel tollere, Est summis honoribus afficere. ἐξουρανόω. Cic. Attic. lib. 3: Salaminii nos in cœlum decretis suis sustulerunt. ¶ De cœlo detrahere, Est de summo honoris gradu deturbari. Cicer. 6. Philipp. Collegam de cœlo detraxisti. ¶ Philosophi, decem cœlos esse dixerunt, quorum septem à planetis appellavere: octavum, sydereum, seu stellatum: nonum verò, quum nescirent cujus conditionis esset, vocaverunt cœlum aqueum, crystallinumve, non à frigiditate, sed transparentia, quod per illud sydera apparent, & pelluceant. Decimum locum sibi vendicat cœlum illud, quod ultimum philosophi putantes, Primum mobile vocaverunt. Vndecimum cœlum beatorum sedes, ab Ethnicis philosophis ignoratum, quod idcirco theologi *Empyreum* vocaverunt, non quòd calore, sed splendore & claritate cæteris antecellat. ¶ Sunt igitur undecim cœli, scilicet cœlum empyreum, primũ mobile, cœlum crystallinum, cœlum stellatum, cœlum Saturni, cœlum Iovis, cœlum Martis, cœlum Solis, cœlum Veneris, cœlum Mercurii, & cœlum Lunæ. Hæc fusiùs tractantur in lib. de Cœlo ab Aristotele. Cicer. 4. Tuscul. Cœlum hoc in quo nubes, imbres, ventique coguntur, quod & humidum, & caliginosum est propter exhalationes terræ. ¶ De cœlo sci. est fulmine afflari. Cicero lib. 2. de Divinat. Summanus de cœlo ictus. ¶ De cœlo servare. Est cœli statu observato, auspicia inde sumere. Auspicia enim non nisi sereno cœlo rata erant: cõtrà fulmine aut pluvia turbabantur. Cic. in Vatiniũ: Quòd eo die scires, de cœlo esse servatum. Idem Attico lib. 2: Milo proscriptus se per omnes dies comitiales de cœlo servatum. ¶ Plin. lib. 11. cap. 37. cœlum capitis, cranium videtur appellasse, eò quòd caput totum eo tegatur, ut inferiora hac cœlot. Hoc (inquit) est viscerum excelsissimum, proximumq; cœlo capitis, sine carne, sine cruore, sine sordibus. ¶ Interdum Cœlum sumitur pro aëre. Virg. 1. Aeneid. -maria ac terras, cœlũq; profundum. Idem Georg. 1: -& varium cœli prædicere morã. Vbi Servius, Cœli: id est, aëris. Lucret. In hoc cœlo qui dicitur Aër. Plin. libro 2: Et hoc cœlum appellavere majores, quod alio nomine Aëra. Hinc grandines sunt, & pruinæ, imbres, procellæ, turbines ventorum. ¶ Cœlum pro vivorum regione, id est, terra, sumitur etiam, ut in illo Virg. lib. 6. Aeneid. Sed falsa ad cœlum mittunt insomnia manes: quia sicut Dii nobis, ita nos inferis superi habemur. Macrob. in Somn. Scip. capite 3. ¶ Cœlum ἐξοχὴν antiquissimum deorum fingunt Poëtæ, qui Terra sorore in matrimonium ducta, Saturnum, Rœcillum, Dogana, & Atlanta genuit. A' cujus nomine formosissimum supremum corpus Cœlum dicunt fuisse appellatum. ¶ A' cœlo ad terram, ἀπὸ οὐρανοῦ μέχρι γῆς. Proverbialis figura, perinde valens ac si dicas, quacunq; de re, ab extremo initio usque ad supremum finem. Plaut. in Persa. ¶ Neque cœlum, neq; terram attingit, Οὔτε γῆς, οὔτε οὐρανοῦ ἅπτεται. De re vehementer absurda atque aliena, quæque nulla vicinitate pertinet ad id, de quo agitur: Lucian. in Pseudomante. ¶ Cœlum digito attingere, proverbiali hyperbole dicuntur, qui longè supra mortalium conditionem, ac dũ proximi esse videntur: Cicero ad Attic. lib. 2. ¶ In cœlo esse aliquem, proverbiali hyperbole dicimur, qui est supra modum fortunatus ac gloriosus. Cicero ad Attic. libro 2. ¶ In cœlum expuis, ἐς οὐρανὸν πτύεις. Est. Facis quod in tuum ipsius recidat caput. Aut obloquentis iis qui facilè possint lædere. ¶ In cœlum jaculatis, ἐς τὸν οὐρανὸν βάλλετε. Est apud Zenodotum & Suidam, de iis qui frustrà laborant: aut qui audent eos lacessere, quos non possunt lædere: nihil enim ferire potest, qui cœlum sagittam torquet, nisi quòd divos videtur petere. ¶ Cœlo ac terræ loqui proverbii specie dicuntur, qui frustrà vociferantur. Sic enim solent, qui diffidunt hominum præsidiis, exclamare, ô cœlum, ô terra. Theognetos apud

tus apud Athenæum. ¶ Mare cœlo miscere, Proverbialis hyperbole, pro eo quod est, omnia perturbare, nihilq; non facere. T. Livius: Quid est quòd cœlo terram, terræ cœlũ misceant? Lucianus in Dialogo Promethei & Mercurii. ¶ Cœlum territat: Proverbialis hyperbole apud Virg. & cœlum territat armis. Convenit in minaces & feroces, Thrasonesq; magniloquos. ¶ Toto cœlo errare, proverbium est, in eos qui vehemẽter aberrant, quod usurpat Macrobius Saturnal. lib. 3. ¶ Adhuc cœlum volvitur, Proverbium quo uti licebit, quoties significabimus adhuc superesse spem, & nondum omne tẽpus, quod melioris fortunæ solet occasionem adducere, exactum esse. Theocr. in Charit. Οὔπω πάντας ἄγας ἔφαν· ἀφανὲς, οὐ τὰ κάνωνες: id est, Nondum defessus provolvere desiit æther Menses atq; annos. Quod enim unus annus negat, alter ultrò defert. In masculino genere usus est Ennius: Quem cœlos genuit. Idem: Cœlus profundus, autor est Solipater lib. 1.

Cœlĕstis, ste, Divus, divinus, è cœlo proficiscẽs. [ἐπουράνιος. Gal. *Celeste, de l'air, du ciel, divin.* Ital. *Celeste.* Germ. Himmelisch. Belg. Hemelsch. Hisp. *Celestial.* Polon. *Niebiesky.* Vng. *Menyei.* Ang. *Heavenlie.*] Virgil. 1. Aeneid. -tantæne animis cœlestibus iræ? Liv. 4. ab Vrbe: Siccitate eo anno plurimum laboratum est: nec cœlestes modò defuerunt aquæ, sed terra quoque ingenito humore egens. Cœlestes etiam substantivè dicimus pro cœlitibus, & diis superis. Cicero 6. Philipp. Quid est, quod de voluntate cœlestium dubitare possimus? Idem 3. Offic. Hercules, quem hominum fama beneficiorum memor in cœlestium concilio collocavit.

Cœlĕstissĭmus, superlativus. [Vng. *Fölöttse igen menyei:*] Velleius Paterculus Hist. 2. Cœlestissimorum ejus operum pro captu mediocritatis meæ adjutor fuit.

Cœlĭcŏlă, Qui vel quæ cœlum habitat. [οὐρανίων. Gall. *Celeste, qui habite au ciel.* Ital. *Habitatore del cielo.* Germ. Einwohner des Himmels. Hisp. *Morador del cielo.* Pol. *Mieszkaiący.* Vng. *Menyei, egbe lako.* Ang. *That dwelleth in heaven.*] Virgil. 2. Aeneid. Me si cœlicolæ voluissent ducere vitam.

Cœlĭcŭs, a, um, οὐράνιος, Cœleste: ut, Cœlica regna.

Cœlĭfĕr, Atlantis epitheton est, quem poëtæ ob insignem Astrologiæ peritiam finxerunt sustinere cœlum. οὐρανοφόρος. Virgil. 6. Aeneid. ubi cœlifer Atlas Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.

Cœlĭtēs, cœlitum. pen. corr. Dii cœlestes, qui cœlum inhabitãt. [οὐράνιοι. Gall. *Celeste, habitans au ciel.* Ital. *Dei celesti.* Germ. Die Himmelischen, die im Himmel sind. Hisp. *Los dioses ò sanctos del cielo.* Pol. *Niebiescy.* Vngar. *Menybeliek.* Ang. *They which dwellath in heaven.*] Cœlum autem appellabant veteres, illam mundi partem, quam nos Aethera, sive Aethereum mundum vocamus: hoc est, omne illud, quod est supra elementum ignis. Vnde Solem & Lunam, & cæteros planetas inter deos cœlestes numerabant. Cic. 2. de Divin. Ego Deùm genus esse semper dixi, & dicam cœlitum. Idem in Somn. Scipion. Et grates, inquit, tibi ago summe Sol, vobisq; reliqui cœlites. ¶ Legitur & apud Ovid. 5. de Ponto, singulare Cœlite: Quale tamen potui de cœlite, Brute, recenti Vestra procul positus carmen in ora dedi. Vbi vocat Augustum Cœlitem.

Cœlĭtŭs, pen. corr. adverb. Significat è cœlo: sicut Divinitus, à Deo. [οὐρανόθεν. Vng. *Menybül.* Ang. *From heaven.*] Hieronymus: Tandem cœlitus inspiratus præcisam morsu linguam in osculantis se faciem expuit.

Cæmĕntum, n. s. [חומר *chomer*, χάλικες. Gal. *Moilon, blocaille.* Ital. *Pietre & simile materia da murare.* Ger. Allerley vngemachte Steine zu den Mauren. Bel. *Metrescen.* Hispan. *Cimiento ò pared de piedra manpuesta.* Pol. Wszelaky kamień do muro mania sposobny. Vng. *Mészkö kövel együt leöre valo egyeb szerszám.* An. *Mortar, parget, rubbish.*] à Cædo, ut quidam putant. Sunt enim Cementa, omnis rudior materia, à qua ædificia construuntur: quales sunt rudes lapides nulla arte ad ædificium accommodati aut politi, sed quales inveniuntur temerè congesti. Fodinas quoq; rustici Campaniæ *Cementarias* appellant. Livius 1. bel. Pun. Nec erat difficile murum subruere, quòd cæmenta non calce durata erant, sed interlita luto, structuræ antiquæ genere. Colum. lib. 9. Sub porticibus quadratæ aræ cæmentis, vel etiam laterculis extruuntur. ¶ Aliquando ponitur pro ipso opere: id est, ædificio, quod structo lapide erigitur. Plinius lib. 26. cap. 22. Et reliquis pallidus in cæmento raro utilis: Globosus contra injurias fortis. ad structuram tamen infidelis est. ¶ Interpres utitur in Bibliis pro calce, aqua fabuloq; fermentata. Habuerunt lateres pro saxis, & bitumen pro cæmento.

Cæmĕntārĭi, [χαλικοδόμοι. Vng. *Kö mivei.* An. *Rough masons.*] Dicuntur Cæmentorum: hoc est, ædificiorum, quæ ex lapidibus sunt, structores, quos Fabros murarios appellant.

Cæmĕntĭtĭŭs, a, um, Quod ex cæmento est: [χαλικῶδες. Gal. *Fait de moilon.* Ital. *Fatto de rotame di calce.* Ger. Von allerley zusam mengeflossen Steinen gemacht. Hisp. *Cosa edificada de tal manera.* Pol. Zwyczaiakiego kamienia zbudowany. Vng. *Mészkövel alto.* Ang. *Made of mortar or parget.*] ut Parietes cæmentitii. Vitr. li. 2. cap. 8: Itaq; pilis lapideis, structuris testaceis, parietibus cæmentitiis altitudines extructæ.

Cæpĕ, gener. neut. & indeclinabile, à capitis magnitudine dicitur: unde & prima vocalis diphthongum accepit. [Βολβὸς, κρόμμυον. Gal. *Oignon.* Ital. *Cipolla.* Ger. Zwybel. Hisp. *Cebolla.* Pol. *Cybula.* Vng. *Vereshagyma.* Ang. *An onyon.*] Plin. lib. 19. cap. 6: Ergo omnibus annis separatim semen cæpe causa seritur, separatim cæpe seminis. ¶ Dicitur & Cæpa, cæpæ. Ovid. 4. Fast. Cædenda est hortis eruta cæpa meis. ¶ Cæparum plura sunt genera, nobilissima Ascalonia, ab Ascalone oppido Iudææ. Nam ut refert Strabo lib. 16. Ascalonicensium regio præcipuè fert cæpas. Columella: Pompeiam vel Ascaloniam cæpam eligito, & componito in fidelia. Cepa oculos mordet, unde à Græcis nomen impositum κρόμμυον, quasi pupillam oculi cõprimi cogeret, sicut scribit Aristoteles in Problematibus. Vnde Lacrymosa dicitur à Columella. ¶ Cæpas edere aut olfacere, κρόμμυα ἐσθίειν, dicebantur joco proverbiali, qui lacrymari viderentur. Ductum est hinc proverbium, quòd cẽparum odor ut est acris, consueverit lacrymas oculis excutere. ¶ Quis usus cæpis putridi? τί χρῆμα πυθόμενα κρόμμυα; De rebus aut etiam hominibus ridiculis, & quorum nusquam est usus. Etenim quum cæpe sit herba per se vilissima, simul atq; computruit, nihil esse potest abjectius.

Cæpŭlă, diminutivum à Cæpa. [Vng. *Vereshagymácska.* Ang. *A little onyon.*] Pallad. Hoc mense cæpulas feris.

Cæpĭtĭŭs, a, um. [Vng. *Hagyma féle.* Angl. *Of onyons.*] & Cæpitium substantivum, secundum Prisciannm, pro eo quod est ex genere cæparum.

Cæpētum, penult. prod. [κρόμμυον. Vng. *Hagyma féle.* Ang. *An onyon bed.*] Gell. lib. 20. cap. 7: Cæpetum revirescit, & congeminat decedente luna. Quo loco legitur & cæpitium: id est, teste Prisciano, cæpe.

Cæpīnă, pen. prod. est locus cæpis cõsitus, vel ipsarum cæparum uno in loco cõsitarum multitudo. [ὁ κρομμυών, κρομμυόκηπος, κρομμυοφυτία. Gall. *Le lieu où croissent les oignons, oignonniere, cives, civeti, oignons.* Ital. *Luogo seminato de cipolle.* Ger. Ein Zwybelgarten, wo man da vin Zwybel stehen. Hisp. *Cebollino, ò sementera de cebollas.* Polon. *Ogrod cebulny.* Vng. *Vereshagymás kert, ahol sok hagyma vagyon.* Ang. *A place planted with onyons, a bed of onyons.*] Col. lib. 11. cap. 3: Cæpina magis frequenter subactam postulat terram, quàm altiùs conversam. Et paulò post: Sed Cæpina vel sæpiùs, certè non minùs debet quàm quater sarriri.

Cæpus, facio satyro similis, cætera inter canem & ursum, nascitur in Aethiopia. Strabo lib. 17.

Cærĕ, & ejus derivata, Vide CERA. ¶ Malè enim quidam per æ scribunt, quum nec origo quæ est Græca, nec libri veteres id suadeant. Vide Manutii Orthographion.

Cæragŏ, liquor vel succus ex favorum concavitatibus, saporis amari, Græci *erithicem* dicunt.

Cærĕmōnĭæ, pen. corr. [חקות *chukkoth*, θρησκεία, τελετή. Gal. *Ceremonies.* Ital. *Ceremonie.* Ger. Allerley heilige Bräuch, Kirchengebräuch. Hisp. *Las ceremonias.* Pol. *Obrzędy.* Vng. *Ceremonia.* An. *Ceremonies, rites.*] vel ab oppido Cære, vel à cærendo dictæ sunt. Nam Vrbe à Gallis capta, quum Vestales virgines simulachra deorum ex hostibus erepta traducerent, in oppidum Cære potissimum convenêre, ubi benignè fuerunt hospitio susceptæ, donec à Gallis civitas per Camillum liberata fuit. In cujus beneficii memoriam Romani præstiterunt, ut omnis divinus cultus Cæremoniæ à Cære diceretur. Liv. lib. 5. scribit: L. Albinum de plebe virum, virgines sacerdotes, sacraque plaustro Cære pervexisse: unde Cæremoniis sit enatum nomen. Macrob. lib. 2 cap. 3. innuit Cæremonias à cærendo dictas. Servius Sulpitius (inquit) Religionẽ esse dictam tradidit, quæ propter sanctitatẽ aliquam remota & seposita à nobis sit: quasi à relinquendo dicta, ut à cærendo Cæremonia. In quo exemplo illud notandũ est, dici etiam Cæremonia in singulari. Cæsar 7. bell. Gall. Quod more eorũ gravissima cæremonia cõtineret.

Cærete, Vide CAERE.

Cærŭlĕŭs, a, um. Quod cœli puri, & nubibus vacui colorem imitatur: quasi cæluleus. [κυανοῦς. Gal. *De couleur bleu comme le ciel.* Ital. *Color verdino ò d'azzurro.* Germ. Himmelfarb. Hisp. *Color verde ò azul obscuro.* Pol. *Bławatny.* Vng. *Kék, egszínű.* Ang. *Skie coloured, or blew like azure.*] Vnde & mare, quòd à cœlo colorem suum accipit, propriè Cærulcum dicimus. Virg. 12. Aeneid. Fontesque fluviosque voco quæque ætheris alti Religio, & quæ cæruleo sunt numina ponto. Sic etiam Cic. lib. 1. de Nat. deor. Neptuni oculos dixit esse cæruleos, ad maris nimirum colorem respiciens.

Cærŭlĕātŭs, cæruleo colore infectus. [Vng. *Megkékített.*] Velleius Paterculus Hist. 2: Cùm in omnia & in omnibus venalis, cùm cæruleatus & nudus genibus innixus glaucum saltasset.

Cærŭlŭs, a, um, pen. corr. Quod cærulei coloris est per se sutq; natura.

natura. [ἐκλαμπρότ. Vng Kék, eeg fejiwö. Angl. Which is skie colored by nature.] Catullus: Cærula vertentes abiegnis æquora palmis. Et apud Virg. li. 10. Aeneid. Freta cærula. Interest igitur inter cærulum & cæruleum, quòd Cærulus naturæ color est: Cæruleus naturâ fingit & imitatur. Cornelius Fronto lib. de diff. vocab.

Cærulum, substantivum, seu potiùs in plurali numero Cærula, pro mari frequentissimè accipitur apud poëtas. Virgil. 3. Aeneid. Adnixi torquent spumas, & cærula verrunt.

Cærullĕum, Arenæ genus est, quæ in auri atq; argenti metallis nascitur pictorum usui: cujus tria sunt genera, Ægyptium, Scythicum, & Cyprium. Vide Plin. lib. 34. cap. 12. & 13.

Cæsĭ, quæ & incisa vocantur, sunt particulæ orationis, quæ Græci κόμματα vocãt: differuntq; à membris, quæ κῶλα. Membrum enim est pars periodi ex pluribus verbis absolutè aliquid significans, hoc modo: Etsi vereor, judices, ne turpe sit pro fortissimo viro dicere incipientem. Cæsum autem pars orationis ex duobus aut pluribus verbis nondum quicquam absolutè significans, hoc modo: Etsi vereor, judices, ne turpe sit. Cæsa oratio dicitur quum non efficiuntur membra ex cõnexione verborum, sed singula verba aliquid significantia proferuntur, hoc modo: Quis est ille Gellius? Armiger Catilinæ, stipator sui corporis, concitator tabernariorum, latrator fori. ¶ Veteres etiam Cæsa vocabant, quæ postea Gæsa dicta sunt: quæ erant tela Gallis peculiaria, sicuti Romanis pila, & Macedonibus sarissæ. Varro: Qui gladius cincti sine scutis, cum binis cæsis essent.

Cæsile, quod hic corruptè legebatur, vide CASEALE.

Cæsĭtĭes, ĕi, f. g. Coma. A' crebra cæsione: ideoque propriè virorum est. [צִיצִית tsitsith פֵּרָאָה pérah צַמָּה tsamma, ἀκρωμία, κομή. Gall. Perruque. Ital. Zazzera. German. Das Haar der Mannspersonen, welches man offt abschneidet. Hisp. Cabelladura. Polon. Włosy mężcy. Vng. Wöllök. Ang. The heare, or bushe of head heare.] Plaut. in Mil. Vide cæsaries quàm decet. ¶ Cæsaries promissa est, longa, apud Liv. bel. Pun. 8. ¶ Vnde Cæsariam, comati dicuntur. Plaut. in Mil. Qui miles admutiletur cæsariatus.

Cæsĭĭātŭs, [Vng. Wöllökö.] Cum Plauto utitur ita Apuleius libro de Mundo: Videas & viridantibus comis Cæsariatam esse comam.

Cæsion, Cæsum. Vide CAEDO.

Cæsĭus color, Oculorum proprius est, quem & Felineum à felium oculis nonnulli appellaverunt: [γλαυκὸς χρῶμα. Gal. De couleur de ciel, pers. Ital. Color del cielo, azurro. Germ. Himmelblaues farb der Augen besonders. Bel. Hemmels blau/teseuer. Hisp. Tur quesado, color del cielo. Pol. Al'amotny mysok. Vngar. Matrka szöm szinnagy kékes. Ang. Gray of colour.] quemadmodũ & Graeci γλαυκὸς quod nocturnorum oculorum similitudinem repræsentet. Est autem hic color subviridis, igneo quodam splendore intermicans: qualem in leonis oculis potissimum conspicimus. Hujusmodi oculos Minervæ Poëtæ tribuerunt, bellorum prælidi, utpote præferocis animi judices: unde & γλαυκῶπις à Græcis, à nostris Cæsia peculiari epitheto appellatur. Est autem hic color diversus à cæruleo, manifestè eos distinguente. Cic. 1. de Natur. deor. ubi sic habet: Apollinem semper imberbem, cæsios oculos Minervæ, cæruleos Neptuni.

Cæsŏnes, pen. prod. Qui cæso matris utero nati sunt. Plin. li. 7. cap. 9. Primusq; ex Cæsarum familia, à cæso matris utero dictus quasi de cauta & Cæsones dicti.

Cæspĕs, gener. mascul. t. à Cædo fit, & significat terram cum herba avulsam, seu in modum lateris cæsam. [רִגְבוֹ rigbób עִרְעֹרָה ἀκρόφυλλα. Gal. Motte de terre glazon, bloste de terre herbe. Ital. Cespo, zeffite, zoppa. Ger. Ein Wasen/ein Grasbusch. Belg. Eenen turf/een zoffe. Hisp. Cespol, tierra con yerges. Pol. Darn. Vn. Pisson haut. An. A sodde, or turffe.] Virg. 1. Aeglog. Paupertatis & tuguri congestum cæspite culmen. ¶ Ex cæspite agger extruitur. Lucan. lib. 1: Et subitus rapti munimine cæspitis agger Præbet securos intra tentoria somnos. Docet Veget. li. 3. qua altitudine, ac latitudine cæspes circuncidi debeat.

Cæspĭtĭtĭus, a, um, Quod fit ex cæspitibus. [ἐκ βώλων πεποιημένος. Gal. Fait de mottes de terre. Ital. Fatto di terra & di herba. Germ. Das aus Wasen gemacht ist. Hispan. Cosa hecha de cespedes. Pol. Darnitsky. Vng. Az mi hantbol áll. An. Of sodden or turffs.] Vnde Tribunal cæspititiũ, vocatur suggestum ex cæspitibus factum. Flavius Vopiscus: Deinde concursus ad cæspititium tribunal. ¶ Aræ cæspititiæ, ex cæspite congestæ. Iulius Capitol. Centum aræ uno in loco cæspititiæ extruuntur.

Cæspĭto, as, penult. correpta. act. p. Pedem offendo ut quasi ruere cogar, ad cæspitem offendo, vacillo. [כָּשַׁל chaschal. πταίω, σφαλλω. Gal. Broncher, trebucher. Ital. Scapucciare, inciampare. German. Stürchten/sich mit den Füssen stossen. Hispan. Tropezar con el pie. Polon. Szwankuie. Vngar. Botlom. Angl. To stumble, falter.]

Cæspĭtŏsus, [Vng. Botló lunak. Ang. Which stumbleth, which stumbleth, falterth.] equi, qui sæpè in cæspitem, vel lapidem, aut aliquid hujusmodi impingunt.

Cæstrum, n. g. Instrumentum, quo ebur cavatur. Plin. lib. 35. cap. 11: Lala Cyzicena perpetua virgo M. Varronis juventa, & penicillo Romæ pinxit, & cæstro in ebore imagines mulierũ maximè, &c. Ibidem: In encaustice pingendi duo fuisse antiquitus genera constat, cera, & in ebore cæstro: id est, viriculo, donec classes pingi cœpêre.

Cæstŭs, us, m. g. Genus clavæ pilas plumbeas lõris bubulis appensas habens, quo Daretem & Entellũ pugnasse legimus: à cædendo dictum. πύγμη. Virg. lib. 5. Aeneid. Sin crudo fidit pugnam committere cæstu. ¶ Cestus verò, cesti sine diphthongo sumitur pro cingulo, & zona illa virginea, quam maritus prima nocte dissolvebat: & est fœminini generis, quamvis & masculini reperiatur: à variis punctis sic dicta. κεστὸς enim pungere est. Vnde cingulum illud Veneris, quo ipsa Martem, & Iuno Iovem conciliabant, à Poëtis Cestus, κεστὸς dicitur. Martialis: Vt Martis revocetur amor, summique tonantis; A' te Iuno petit cestos, & ipsa Venus. Vnde cestum veneris, τὸν κεστὸν Ἀφροδίτης, habere dicuntur, qui novis modis quemlibet in amorem sui pelliciunt. ¶ Sed & lorum, aut opus interpunctum, acúve pictum, commune ornamentum fœminarum, Cestos Græci vocant. [שִׁתִּיל pethighil חֲגוֹרָה chaghoráh. Gal. Centure d'estoufe. Ital. Centura di donne. Ger. Allerley hübsche Band so die Weiber zu der zierd brauchen. His. Corea ò cinta de la muger. Pol. Opassanie, iakie cudownie, niewieszyie. Vng. Czifrás öv. Ang. A brides girdle.] ¶ Proinde Celsus Africanus, contra quem scripsit Orig. 24. libros edidit, quos à rerum varietate κεστοὺς appellavit. Hinc incestus: & Cestilus diminutivum.

Cæsŭlæ, A' vetustissimis dicti sunt, qui cæsiis sunt oculis. Festus.

Cæsum, Cæsi. Vide CAEDO.

Cæsurĭ, Cæsuratim, Cæsus. Vide CAEDO.

Cætĕrĭ. Cæterum absq; recto masculino in singulari numero usitato, ex Græco, καὶ τὰ λοιπὰ: id est, & alter [אַחֵר achér משאר mischeár. Gall. L'autre, la reste. Ital. Il resto, l'altre cose. Germ. Das vberig. His. Lo restante. Polon. Ostatek, zabedye. Vng. Az ibbi. Ang. The rest, that remaineth.] Ter. in Hec. Quàm fortunatus cæteris sum rebus. Cic. 4. Acad. Cætera series deinde sequetur. Idem 6. Ver. Argentum illi cæterum purum apposuerat. ¶ Cætera doctus, figurata locutio, derivata à Græcis, qui καὶ præpositionem frequenter subaudiunt. Cic. 1. de Natur. deorum: Non solùm enim poëta suavis, verùmetiam cætera doctus, sapiensque traditur, in quo tamen Ciceronis loco in plerisque exemplaribus, Cæteroqui legitur. Martialis: Visceribus bonus est, cætera vile sapit: id est, quantum ad cætera. ¶ Nominativo singulari Cęterus in masculino genere usus est Cato de Re rust. cap. 22, ubi sic habet: Cæterus ornatus domi Pompeii emptus est.

Cætĕrŏ, adverb. [אַחֵר achar. τὸ λοιπόν, δὲ τὸ λοιπόν. Gal. Au reste, au demeurãt. Ital. Quanto al resto. Ger. So viel dz vberig. His. Allende de esto. Pol. Naostatek, ostatnie. Vn. Egyébkor, avjtan. An. Moreover, as touching the rest.] Plin. lib. 10. cap. 58: Palumbes fœmina incubat, post meridiana in matutinum, cæterò mas: hoc est, quod reliquum est temporis.

Cætĕrŏquīn vel Cæteroqui, pro alioquin. [ἄλλως τε, ἀλλὰ μέν. Gall. Sans cela, autrement. Ital. Altramente, altre di questo. Germ. Sunst. His. En otra manera. Pol. Aij. Vng. Egyéb aránt, avagy kimondi. An. Otherwise.] Cic. de Orat. Illam autem concinnitatem adhibet quidem hic subtilis: quem, nisi quòd solum, cæteroquin rectè quidam vocant Atticum.

Cætĕrum, [אבל abál, ἀλλὰ. Gal. Toutefois, neantmoins. Ital. Ma, quanto al resto. Ger. Aber. His. Mas. Pol. Naostatek. Vng. Továbba. An. Moreover: nevertheless.] conjunctio, significat Alioqui, aut Reliquum, sive in posterum. Salust. histor. 4: Scio equidem tibi magnas opes vitorum, armorum & auri esse, & ea re à nobis ad societatem ab illis ad prædam petieris. Cæterùm consilium est Tigranis regno integro procul à domo per nostra corpora bellum conficere: ubi scribit Sosipater pro alioquì positum esse. Plaut. Pœn. Dehinc cæterùm valete: id est, in reliquum & posterum tempus.

Cætĕrŭm, etiam quandoq; adverbialiter capitur pro deinceps. [τὰ λοιπὰ. Vng. Ezután.] Virgil. 9. Aeneid. Cæterà parce pi er bello. Curtius: Cæterà opimam prædam fore; id est, in posterum.

Cāi. Caianus. Vide CAIVS.

Cālæ, [Ang. Sticks.] teste Servio, à majoribus dicebantur fustes, quos portabant servi sequentes dominos ad prælium: unde etiam Calones dicebantur. Nam consuetudo erat militis Romani, ut ipse sibi arma portaret, & vallum: vallum autem dicebant Cala[illegible]. Lucil. Scinde calam, ut caleas: id est, scinde lignum, & focum accende, ut calefias.

Cālabrĭ curia, Romæ erat, prima casa Romuli, à calando: id est, vocãdo dicta, quòd ibi ante fastorum cognitionẽ Põtifex convocata plebe pronuntiabat, quot dies inter Calendas & Nonas

Nonas intercederent. ¶ Hinc Curia ipsa, teste Macrob. lib. 1, cap. 15, Calabra dicta est, quòd in ipsam populus calarcitur.

Caladrius, pro avis nomine, vide CHALADARIVS.

Cālāmā, æ, f. p. est hasta seu spica ipsius frumenti: dicta ἀπὸ τοῦ καλοῦ, quod est lignum, vel ἀπὸ τοῦ καλάμου, sic appellatum, Suidas.

Calamagrostis, καλαμάγρωστις, Graminis genus, foliorum magnitudine ad arundinem penè accedens, jumenta apud Babylonem (ubi juxta vias copiosè nascitur) necās. Latini Græcorum imitatione Gramen arundinaceum appellant.

Cālāmārium, Theca, sive repositorium calamorum, Theca calamaria. [קסת kesith, καλαμοθήκη. Gal. Calamar, ou escritoire. Ital. Pennaiuole. Ger. Ein Schreibzeug/ein Federrohr. Hisp. Cava de escreuanias. Pol. Kalamarz. Vn. Penna tartó, penna valo. Ang. A pennar, a case for pennes.] ¶ Calamariæ thecæ Suet. in Claudio: Sero enim ac vix remisit, ne cuivis comiti, aut librario calamariæ & graphiariæ thecæ adimerentur. Mart. de his lib. 14: Sortitus techam calamis armare memento.

Cālāmēnthā, pen. prod. apud Colli. 4. cap. 27, ponuntur pro fragmentis veterum calamorum: hoc est, pedamētorum, quæ ex calamis: hoc est, ex arundine fiebant.

Cālāmīnthē, æ, [καλαμίνθη. Gal. Poulior sauuage, ou l'herbe au chat. Ital. Nipetella. Germ. Bergmana/Steunmuntz. Hispan. Lanuada. Pol. Polei na chalach rosnacz. Vng. Lámenta. Ang. Wild penniall or poddling grasse.] Herba est montibus familiaris folia habens ocymi incana, surculos aridos, caules angulosos, & florem purpureum. Hoc autem calaminthæ genus officinæ, servata propemodum antiqua appellatione, Calamentum vocant. ¶ Sunt & aliæ duæ Calaminthæ species: quarum altera pulegio est similis, & figura & odore, licet aliquanto major sitiunde & polegium sylvestre à vulgo appellatur. ¶ Altera menthastro similis, foliis oblongioribus, caule & ramulis majoribus, quàm superior. Vide Dioscor. lib. 3. cap 34. & Ruell. lib. 3. cap. 30.

Cālāmīster, vel calamistrum, tri, Tenue ferrum, quo in cinere calefacto crispantur capilli, unde sunt illi tanquam annulli, qui cincinni vocantur. [חרים charit, καλαμίς ἐθ-. Gal. Vn instrument ou fer pour griller ou friser les cheueux. Ital. Ferro da increspares capilli. Ger. Ein Pfriemb/mit dem man das Haar krauß machet. Hispan. Hierro para encrespar los cabellos. Pol. Spilka iaka kedyerzemia wlosy. Vng. Hay fodaritó vas. Angl. A frizling yron to frizle the hoare with.] Cicer. in masculino genere usus est in Orat. id quod & Sosipater Grammaticus annotavit. Removebitur omnis insignis ornatus quasi margaritarum, ne calamistri quidem adhibebuntur. Et Varro de scenicis originibus in masculino quoq; posuit, teste eodem Sosipatro lib. 1. In neutro genere usus est Plaut. in Curculione: Pecten, speculum, calamistrum meum. ¶ Hinc Calamistratus, a, um, adjectivū, id quod calamistro inustum, & ornatum est. [Ang. Frizled or crispel.] Cicer. post reditum: Calamistratus saltator. Idem pro Sextio: Calamistrata coma. Plaut. in Asin. Quisnā istuc tibi accredat, cinœde calamistrate?

Cālāmīrē, f. p. [καλαμίστρια. Gal. Petites grenouilles. Ital. Ranochi piccioli. Germ. Ein kleinfrosch. Hisp. Ranas pequeñas que se hallan en el camaueral. Pol. Zolna żabka. Vng. Zöld béka, vagy szent katalin szegen béka ja. Ang. Little frogges.] Ranæ minimæ sunt, & viridissimæ, quæ à quibusdā Driopetæ vocantur: sic dictæ quòd inter calamos versentur. Plin. lib. 31. cap. 7.

Cālāmītēs, Gemma, à Calamo nomen habens, quòd plures simul junctæ inveniantur. Plin. lib. 37. cap. 10.

Calamochnus, καλαμόχνους, ἀδάρκης, Est salsa quædam lanugo in locis palustribus calamis tenuioribus adnascens, ex aqua dulci & marina, ubi se miscent. ¶ Alio nomine Adarca dicitur. Vide Plin. lib. [illegible]. cap. 10.

Cālāmūs, m. f. Frutex aquaticus ex quo quum multæ res fierent, multa significat. [קנה kaneh, κάλαμος. Gal. Roseau ou canne, tuyau de blé, chaume, chalumeau, gluet. Ital. Canna sottile, penna da escriuere. Ger. Ein Rohr/ein Schreibfäder. Belg. Een schacht. Hisp. Canna, ó paja como de trigo, cana para escriuir ó otra. Pol. Piora, trzcina. Vn. Nád. Ang. A reede, a stalk, a wheate or oaten straw, a pipe or whistell, a penne.] ¶ Primùm significat sagittam. Virg. Aeglog. 3: -quum Daphnidis arcum Fregisti, & calamos. Plin. lib. 16: Calamis populi Orientis bella conficiunt. ¶ Deinde instrumentū quo scribi solet. Primi enim calami ex arundine conficiebantur. Martialis in distichis: Dat chartis calamos habiles Memphitica tellus: Texantur reliqua tecta palude tibi. ¶ Ponitur aliquando pro fistula. Virgil. Aeglog. 5: Nec calamis solùm æquiparas, sed voce magistrū. Hujus primum inventorē fuisse Pana volunt poëtæ. Idem Aeglog. 3: Pan primus calamos cera conjungere plures Instituit. ¶ Calamus item est virga, cui hamus filo longo alligatur ad capiendos pisces, similiter virga ad capiendas aves visco illita. Martialis: Galbula decipitur calamis, & retibus ales. ¶ Aliquando accipitur pro stipula, & pro quacunque re tereti, ac fistulosa ob similitudinem arundinis. Vnde arborum quoque ac vitium calamos dicimus: id est, teretes particulas & virgas ad serēdum in terra aptas. Plin. Qui si longius efferantur pomorum calami, lapis infixos optimè custodire succum arbitrantur. ¶ Est etiam calamus mensura sex cubitorum & palmi. ¶ Calamus odoratus, καλαμόθυμιαμα. Dioscoridi, arundini similis est aspectu multis geniculatus nodis, casiæ sapore, tactu mollis, & quum frangitur, scissilis, intus araneosus, locum in quo nascitur, suavissimo replens odore. Provenit in Arabia, India, & in Syria juxta Libanum montem. Vide Plin. lib. 12. cap. 20. ¶ In officinis appellationem retinet.

Cālāmītās, tis, f. n. propriè significat calamorū fractionē, quę fit grādine aut tempestate. [רעה איד rahah edh שואה שאה sibiah שאמה sibemamah. καλαμίτα. Gal. Calamité, malheurtre, perte, malheur, misere, proprement grosse qui rompt le tuyau doublé. Ital. Grandine, calamità, miseria. Ger. Ein Hagel der die Saat zerschlecht/arbeitseligkeit/jammer/noht. Hisp. Danno que haze la tempestad, generalmente dauno, ó de saltre ó perdida qualquiera. Polon. Nedza, psota, grad kamyszto tłucze. Vngar. Nyomorulsag, nyomoruságos. Ang. Misorie, calamitie, the breaking of the stalkes of cornes by tempest.] Plaut. Calin. Profectò hercle non fuit quicquam olerum, Nisi quicquid erat, calamitas profectò attigerat nunquam. Terent. in Eunuch. Ipsa egreditur nostri fundi calamitas. ¶ Translatè, pro omni miseria, & pernicie ponitur. Cicero ad Attic. Nemo majorem calamitatem morte Pansæ accepit. ¶ Alterius calamitatem & afflictionem ut suam quenque putare debere, atque ferendo quantum in se est adesse decere Ethnicus Poëta Euripides hoc voluisse versu admonere videt, dum inquit: ἐν πόνοις ἀνδρὸς πάντες ἐλπίδων κοινά.

Cālāmītōsus, penult. product. adjectivum. Quod calamitate lædi solet. [ἀλοιγός. Gal. Suiet à grosse & à estre gasté par le mauuais temps. Ital. Rouinato dalla tempesta, dalla gragnola & mali tempi. Ger. Das vom Hagel mag zerschlagen werden. Hispan. Perdido por danno que haze la tempestad. Pol. Rzeczą wyżelka kiora grad może potłuczą. Vn. Nyanalya alá vetetett. Ang. Broken and cast downe by tempest.] Plin. lib. 18. cap. 7: Hordeum ex omni frumento minimè calamitosum: quia tollitur antequam triticum occupet rubigo. Calamitosus ager apud Catonem: & calamitosum cœlū, cap. 1, & 35. ¶ Calamitosus etiam, ærumnosus est, malus calamitatibusq; prægravatus, inquit Nonius. [שואמה sibemamah, רע rah, κακόμοιρος, πολυάθλιος, ἄθλιος. Gal. Miserable, poure malheureux, calamiteux, affligé d'inuin & fascherie. Ital. Pieno di miseria, disgratie, auersità. Ger. Elendhafft/arbeitselig/jamerhafft/mitleht beschweret. Hisp. Cosa perdidosa ó desastrada. Pol. Nędzny, upadły, utrapiony. Vng. Nyanalyás, nyomoruságos. An. Miserable, full of misorie, wrest ched.] Cicer. 1. Verr. Et honoris amplissimi puto esse, & accusare improbos, & miseros, calamitososque defendere.

Cālāmītōsē, adverbium, Miserè. [ἀθλίως, ἀθλίως. Gal. Malheureusement, miserablement, pitoyement. Ital. Meschinamente. Germ. Arbeitseligklich/jamerlich. Hisp. Perdidamente. Pol. Nędznie. Vng. Nyomorultul, nyanalyásságessan. Ang. Miserablie, wretchellie.] Cicer. 3. Offic. Nam quod ajunt minima de malis: id est, ut turpiter potiùs, quàm calamitosè: an est ullum majus malum turpitudine?

Cālāntīcā, f. p. Tegmen muliebre quod capiti accommodatur. [מגבעת tsenipheh, κεκρύφαλος. Gal. Sorte de couurechef ou chaperon de femme, calote ou Chāpaigne. Ital. Cuffie di donna. Ger. Ein Hüchte der Weiberen/Schirm. Hisp. Vn cierto tocado de mugeres que se dize cofia. Polon. Rantuch, podwika. Vng. Kontyi, fore vala gyöt. Ang. An hoode or kerchief for a woman.] Cicer. in Clod. Tunc, quum vincirentur pedes fasciis, quum calanticam capiti accommodares, &c.

Cālāsīs, autore Festo, Vestis genus fuit apud veteres, quod Græci καλάσιρις vocant. Sunt qui dicant tunicæ muliebris nodum esse, quo circa cervicem connectitur.

Cālātā comitia, Vide in dictione COMITIA.

Cālāthūs, pen. cor. ab aliquibus Qualus, & Quasillus: ab aliquibus Fiscella. Vas vimineum, secundum Porphyrionem, in quo mulieres pensa vel tramam revolvunt: aut in quo flores, vel fructus, aut aliquid id genus ferunt. [סל sal סלסלה sallsalah, κάλαθος, κάλαθος. Gal. Panier de osiere ou d'osier. Ital. Sesta, panniere. Ger. Ein Korb/ein Zinnen auß Weyden oder Garten geflochten. Hispan. Canasta de varas. Pol. Kosyk. Vng. Kosár. Ang. A panier, a cayle, or basket.] Virg. in Alexi: tibi lilia plenis Ecce ferūt Nymphæ calathis. Ovid. lib. 4. Fastorum: Hæc implet calathos lento de vimine nexos: Hæc gremium, laxos degravat illa sinus. Erat autem calathi forma superiōrē latior, paulatim in angustū desinens, qualem etiam in turbine cōspicimus. ¶ Accipitur interdum pro calice ad sacrificium apto. Virgilius in Daphnide: Vina novum fundam calathis Arvisia nectar. Servius ait esse vas æneum in quo lac, vel recens caseus distrahitur.

Cālāthīscus, diminutivum. [καλαθίσκος. Vngar. Kosárka, (avagy) kosárcska. Ang. A little cayle, or basket.] Parvus calathus. Catullus:

Catullus: Ante pedes autem candentis mollia lanæ Vellera virgati custodiebant calathisci.

Calathiana viola, Flos est præter violarum naturam Autumno provenies, luteo colore, foliis minutis, sine odore: à calathi figura ita appellatus. Vide Plin. lib. 21. cap. 6.

Cālātōrēs, κλητοί, Dicebantur servi, ἀπὸ τοῦ καλεῖν, quod est vocare, quòd semper vocari possent ob necessitatē servitutis.

Cālbĕi, Autore Festo, dicebantur apud veteres armillæ, quibus triumphantes utebantur, & milites ob virtutem donabantur.

Calcēndix, Festo conchæ genus est.

Calcifrāgă, æ, Herba est in maritimis petris serè nascens, à calculis frangendis ita dicta: λιθοκαυστὶς, de qua vide Plin. lib. 27. cap. 9. & Ruell. lib. 2. cap. 129.

Calciolis (quod hic corruptè legebatur) Vide CARFIOLI, & CARSEOLI.

Calco, & calceus, Vide CALX.

Cālculŭs, m. i. Lapis brevis terræ admixtus: sic dictus, quòd molestiam calcantibus exhibeat: vel, quòd calcem: hoc est, pedem offendat. [מעשן mechaschen. כרור ikrur. ψῆφος, λιθίδιον. Gall. Petit pierre, grauier, la pierre en grauelle, mouran en gyrtem à cuisse ou iambe. Ital. Sassolino. Ger. Ein Sandsteinlein. Belg. Een Kesselsteen. Hisp. Pedrezuela. Pol. Kamyk. Vng. Kövecske, köbörzsök köuecs. Ang. A pebble or grauell stone, the stone in the bladder, a chessie or table man.] Virg. 2. Georg. Tenuis ubi argilla, & in dumosis calculus arvis. Cicero de Orator. Demosthenes conjectis in os calculis summa voce versus multos uno spiritu pronuntiabat. Est item Calculus, Lapillus in renibus, aut vesica generatus, meatum urinæ prohibens, asperrimumq; gignens cruciatum: quod morbi genus Græci λιθίασιν appellant. Plinius lib. 11. cap. 37: Sed hominum quibusdam diro cruciatu subinde nascentes calculi, & setarum capillamenta. ¶ Qui autem eo morbo laborant, Calculosi dicuntur. Plinius libro 40. capite 17. Hic & calculosis, & inflationi, & tormina illinitur. Celsus libro 7. capite 26. de curatione calculosorum. A' Græcis λιθιῶν, λιθῶν. Plinius lib. 21: Vruntur ad alopecias, lithanicos, epistonicos. ¶ Item Calculus, ψῆφος dicitur, quē Latronem seu Latunculum antiqui appellaverunt, vulgus scacum vocat. Martialis: Hic mihi bisseno numeratur tessera puncto, Calculus hic gemino discolor hoste perit. Quoniam autem calculis subducere rationes solemus, calculus pro ipsa rationibus ponitur. Hinc Revocare, sive Reducere ad calculum, est aliquid exactiùs supputare. Cicero de Amicitia: hoc est, quidem nimis exiguè & exiliter ad calculum revocare amicitiam, ut par sit ratio acceptorum & datorum. Idem: Itaque ubi concedo, ut si te alicujus dati pœniter, ad calculū reducas. ¶ Calculis olim Græci sententias & suffragia collegebant, candidis absolutionē, nigris cōdemnationem significantibus, unde factum est, ut Calculum pro suffragio, sententia, & judicio ponamus. ¶ Hinc q; proverbialiter: Album calculū addere, λευκὸν ψῆφον προσθεῖναι, pro approbare, subinde legimus apud doctos. ¶ Connæ calculus, Κόννου ψῆφος. In hominem aut rem nihili nulliusque momenti. Proverbium manavit à Conna quopiam citharœdo. ¶ Calculos mordere, ψῆφον δάκνειν, dicuntur, qui suffragio lædunt aut ulciscuntur hominem. Aristoph. ἐν ἀγορᾷ ἐστι. ¶ Plotium calculus vincit omnes ψῆφος νικᾷ. Quoties in consilio ceditur multitudini.

Cālculo, as, are, ψηφίζομαι. [Angl. To compte, to call accompte.] Rationem facio. Inde

Cālculātōr, A' Calculis: id est, lapidibus minutis, quos antiqui in manu tenentes, numeros componebant. [מחשבן mechaschēn. Gal. Calculeur, conteur, dressoir de conte. Ital. Chi fa conto, calculatore. Germ. Ein Rechnemeister. Hisp. Contador como contador. Pol. Rachmistrz. Vng. Számvető. Ang. Which casteth accompts.] Martial. lib. 10: Nec calculator, nec notarius velox Majore quisquam circulo coronetur.

Cālculōsŭs, a, um, Calculis plenus. [λιθιᾶν, λιθιῶν. Gall. Pierreux. Ital. Pieno di pietrucie. Germ. Von Steinlinen. Hisp. Pedregoso. Pol. Kamienisty. Vng. Köuetsi. An. Full of grauell or small stones.] Colum. Loca aprica calculosa, glareosa, interdum & cretosa amat. Et apud Plin. lib. 35. cap. 14: Calculosum solum.

Cālēndæ. [חדש chodesch. νουμηνία] Plutarcho. Ger. Der erste Tag eines jeden Monats.] Primus dies mensis: ab eo quòd hoc die calentur dies mensis Nonæ à pontificibus, quintanæve an septimanæ sint futuræ. Quinque calo Iuno Novella. Septem calo Iuno Novella. Hæc Varro libro 5. de ling. Lat. Macrobius autem in 1. Saturnal. totam hanc rem copiosè tradit. Fasces, inquit, temporibus antequam fasti à Cn. Flavio scribarentur patribus in omnium notitiam proderentur, pontifici minori hæc provincia delegabatur, ut novæ lunæ primum observaret aspectum, visumque regi sacrificulo nuntiaret. Itaque sacrificio à rege & minore pontifice celebrato, idem pontifex calata: id est, vocata in capitolium plebe, quot numero dies à Calendis ad Nonas superessent pronuntiabat, & quintanas quidem quinquies dicto verbo Calo, septimanas repetito septies prædicebat: Et hunc diem qui ex his diebus, qui calarentur primus esset, placuit Calendas vocari. Hæc Macrobius. Eam autem ob causam populo quotnam dies Calendarum essent prædici necesse erat, ut sciret, quinam Nonarum dies esset futurus, quo confluere in Vrbem populus solebat, ut addiscerent quid eo mense in divinis, humanisq; rebus facto opus esset. ¶ Sciendum, quum dico Tertio Calendas, certum semper diem me significare: Ad tertium verò Calēdas, etiam incertum, ut qui est citeriter tertium Calendas. ¶ Græci autem Calendas non habent, unde proverbiali forma dicere solebat Augustus, ut refert Suetonius: Ad Calendas Græcas soluturos eos quos nunquam soluturos significare volebat, cap. 87.

Cālēndārĭŭs, re, Quod ad Calendas pertinet, ut Iuno Calendaris dicta, quòd Calendarum dies ei sacer esset. Macrob. li. 1. ca. 15: Idus, inquit, Iovi dedicatæ, Calendæ Iunoni: unde Laurentes Calendarem Iunonem appellavēre.

Cālēndārĭŭs, a, um, idem est: ut Calendarius liber, λογιστικός, ἐφημερίς.

Cālēndārĭŭm, [Ang. Calendar, Almanacke.] Dicebantur tabulæ, ab observatione singulorum mensium, ut Diaria, à singulorum dierum ratione observata. ¶ Accipitur etiam Calendarium apud Iurisconsultos pro negotiatione nominum facienda. Vlpianus: Calendarii quoque curatio & quæstura in aliqua civitate inter honores non habetur, sed personale munus est. Africanus: Itaque ipsæ pecuniæ si adhuc calendario: id est, nominibus faciendis destinatæ essent, fideicommisso cedere solent. Bud.

Calculus. Vide CALIX.

Cālĭēndrum. Ornatus est muliebris capitis, vel ceriè coma ascititia, ut interpretatur Acron in illud Horat. 1. Serm. -altum Saganæ caliendrum excidere, atq; herbas, atq; incantata jacentis Vincula cum magno risuq; jocoq; videres.

Cālĭgă, pen. cor. Tibiarum tegumentum. [κνημίς. Gal. Chausse, botine & chaussure de guerre iusques à my-iambe garnie de clous. Ital. Armatura dalle gambe, gambiere, calze. German. Stuffel/Hosen biß auff die Waden. Belg. Een couse. Hispan. Calca ò cierta armadura à vestidura de piernas. Pol. Nogawica, pończoch. Vng. Harisnya, salavári, Nadrág. Ang. An hose, or weather stock.] cujus diminutivum est Caligula. Cic. 2. Phil. Cum caligis & lacerna cucurristi. Plin. lib. 7. cap. 43: Quanquam Massurius autor est, bis in triumpho ductum. Cicero multionem castrensem suffianesū fuisse: plurimi inventam inopem in caliga militari tolerasse. ¶ Caliga Maximini, vulgò dicitatum est in homines insulsos & immodicæ proceritatis. Id Adagii refert Iulius Capitolinus in vita Maximini imperatoris.

Cālĭgātŭs, ta, tum, adjectivum, Caligis indutus. [κνημιδοφόρος. Gall. Portant botines, chaussé de telle chaussure. Ital. Calzato di tali calze. Ger. Mit solchen Hosen oder Stiffeln angethan. Hisp. Cosa armada de aquella armadura. Pol. Wnogawice obuty. Vn. Harisnyás, nadrágos. Ang. That hath hose on.] Iuven. -veniam caligatus in agros. ¶ Dicebantur autem milites caligati, tenuissimæ sortis, & postremarum classium milites ocreas æneas gestabant. Autor est Liv. lib. 1. ab Vrbe condita.

Cālĭgārĭŭs, a, um, Quod pertinet ad caligas. [ὁ τῶν κνημίδων. Gal. De botines, servant aux botines. Ital. Che serve a tali calze. Ger. Das solcher Hosen oder Stiffeln ist. Hisp. Cosa para aquella armadura. Pol. Nogawicowy. Vng. Az my harisnyahoz való. An. Belonging to hose or weather stocks.] Plinius libro 10. cap. 18: In quibus pisces omnibus annis Virgiliarum ortu existunt squamis conspicui crebris atque præacutis, clavorum caligariorum effigie. Idem lib. 34: Aliud brevitate sola placet, clavisque caligariis. ¶ Caligarius, artifex caligarum apud Lampridiū in Alex. Severo: Corpora omnium cōstituit vinariorum, lupariorum, caligariorum & omnino omnium artium. Iulius Firmicus Mathesecos lib. 3: Coriorum confectores, aut caligarii.

Cālĭgārĭŭs, & hoc caligare. [Vng. Nadrághoz harisnyához való. Ang. Belonging to hose or weather stocks.] Idem Plin. lib. 22. cap. 22: Si enim caligaris clavus, si ferri vel chalybis aliqua rubigo, &c.

Cālĭgo, pen. prod. Tenebræ, obscuritas, opacitas, aëris spissitudo. [עפל ophel. ערפל haraphel. ἀχλύς. Gal. Obscurité, ténébrosité, ombrosité. Ital. Nebia folta. Germ. Finsternuß/ Dunckle. Belg. Duysterheit. Hisp. Espuridad ò tenebrad. Pol. Zatymienienie. Vngar. Homály. Ang. Darknesse, slummnesse, the mist.] Virgil. 4. Aeneid: Quis globus, ô cives, caligine volvitur atra?

Cālĭgĭnōsŭs, a, um, Obscurus, caligine tectus. [עפל. γνοφώδης, ζοφώδης. German. Dunckel/ finster Wetter. Polon. Ciemny. Vng. Homályos. Ang. Darke or verie obscure.] Cicer. 1. Tusc. Vt penetret & dividat omne cœlum hoc, in quo nubes, imbres, ventiq; cogunturquod & humidum, & caliginosum est, propter exhalationes terræ.

Cālīgo, as, Cæcutio. [חשך chasché.] Gal. Estre esbloui, ne voir guères clair. Ital. Offuscarsi. German. Finster sehen/ dunckle Augen haben. Belg. Niet wol sien. Hisp. Escurecerse, o cegarse. Polon. Cpiemnieie. Vng. Homályosan látok, vakiok. Ang. To be darke or dimme.] Plin. lib. 20. cap. 22: Inungunt quoque scabras genas, aut caligantes oculos cum melle. ¶ Caligare in sole apud Quint. lib. 1. cap. 2. legitur, vel eleganter, ita & proverbialiter dictum, pro eo quod est in re clarissima cæcutire: idque solet accidere vitiosis oculis qui nihil vident in luce quàm maximè perspicua, videlicet sensum debilem obruente vi splendoris.

Cālīgāns, partic. [ἀμυδρόων.] German. Dunckel / finster. Ang. Dimme, darke.] Virg. 4. Georg. Et caligantem nigra formidine lucum Ingressus.

Cāmpus, m. f. Est grande atque amplum spatium terræ planę, ut plateæ ateæq;. [אין כרמל שדה אדמה chirmel sadheh, πεδίον. Gal. Va champ, vne plaine. Ital. Campo. German. Ein feld. Belg. Een veld. Hisp. Campo raso, ò vega para labrar. Pol. Polie. Vng. Mezö. Ang. The fielde or the plane.] Oppius 3. bell. Civil. Sed quū esset inter bina castra campus circiter millium passuum sex, Dominus castrii Scipionis aciem suam subjecit. Virgil. 7. Aeneid. Filius ardentes haud secius æquore campi Exercebat equos. ¶ Dictus Campus à capiendo, quòd animalium, seu rerum aliarum multitudinem facilè capiat: seu quòd veteres ex agro tantum plano capiebant fructus: vel potius, ut Scaliger in Varronem notavit, à verbo Siculo, qui Circum aut Hippodromum κάμπους vocabant, à flexu equorum & quadrigarum quæ ibi certabant. Inde omnia plana κάμπους dicti. Solet tamē accipi pro qualibet re, in qua quis studium habeat. Cicero 2. Acad. Quum sit enim campus in quo possit exultare oratio, cur eam in tantas angustias, & in Stoicorum dumeta compellimus? Latissimum dicendi campum alio loco dixit Cicero, pro ubertate materiæ, quam vocant. ¶ Martis campus, Ἄρεος πεδίον, Suidas ex Alexandridis Pisandro. In eos torquebatur, qui militari confidentia præditi viderentur, quique rem vi nō judicio gererent: & quibus jus est in armis: quos Hesiodus eleganter composita voce χαλκεγχέας vocat. Cæterùm in quo qua valet, id Græci campum illius vocant. ¶ Oblivionis campus, λήθης πεδίον. Dicetur vel de vehementer obliviosis, vel de rebus commentitiis, ac frivolis quæ nusquam sint. Aristoph. ¶ Famis campus, λιμοῦ πεδίον. In civitates dicitur ingenti fame pressas. Eū autem locus quispiam hoc nomine. ¶ Venti campus, ἀνέμου πεδίον. In hominem instabilem, levem & inconstantem dicebatur. Refertur à Diogeniano. Nam in planitie venti liberius huc atque illuc divagantur, nullo coërciti obstaculo.

Cāmpēstrĭs, stre, denominativum à Campo formatum: [πεδινός. Vngar. Mezö. Ang. Belonging to the feel des or plane.] ut, Cāmpestres operari, qui in campo Martio servilem operam candido impertiebantur. ¶ Campestria, Loca plana, à Campo deductum nomen. [πεδιάς χώρα. Ger. Felder/Wysen/Matten. Belg. Plattveld. ¶ Campestria item dicuntur genitalium secretiora, eò quòd ludentes in campo vestibus omnibus exuebantur, & nudi ludebant solis campestribus tecti virilia. [περίζωμα. Gal. Des braies à luicter. Ital. Le braccbe. Germ. Ein Bruch/oder Schandecke. Hispan. Braguas marineras. Polon. Gacie. Vngar. Berbe. Ang. Breeches to wrastle or struggle in.] Horatius: Fornix solstitio, campestre nivalibus auris. Vnde qui ita succinti sunt, Campestratos vulgus appellat.

Cāmpter, camptĕris, metæ in campis. Nonius ex Pacuvii Tantalo: Extremum intra camptere, ipsum Iam progreditur Parthenopæum.

Cāmurĭ, æ, pen. prod. [Angl. A cuppe in olde tyme borne covered before à bride.] Vasis genus, quod operum in nuptiis ferebant, in quo erant nubentis utensilia. Festus.

Cāmūrŭs, a, um. Inflexus, seu curvus. [כמוה nahavéh כמוף camphph מעקל mehekkal, ἀπόκυρτος, κυρτός. Gal. Courbe ou courbe, camus, recourbé. Ital. Torto, piegato. Germ. Gebogen/ krumb. Hisp. Retuerto ò de bouerda. Pol. Nachylony, nakl'oniony. Vng. Meg hajlot, hajtott. An. Crooked or bowed.] Virgil. 3. Georg. -camuris hirta sub cornibus aures.

Cāmūs, mi, m. f. Genus vinculi. [מתג mithegh רסן résen מוסרת mathsérét. κημός, χαλινός. Gal. Frein, bride ou licol. Ital. Laccio. Ger. Ein Band/ein Strick/ein Haffter. Bel. Breydel. Hispan. Lazo cuerda. Polon. Kaganiec, troky. Vn. Gyepsb, ere, fik Ang. A bridle bitte.] Plautus in Cas. posuit pro fune, quo damnati alligantur furcæ, quum ait: Camum & furcam feras. ¶ Item equorum retinaculum, frænum, & muliebre ornamentum. ¶ Græcis etiam Cadum judicialem significat, coni figuram referentem, in quem judices calculos conjiciebant. ¶ Est & genus tibiæ, pabuli, & lilii &, quædam herba. ¶ Item mechanicum instrumentum igniferum. ¶ Chamos aspiratum, idolum est, quod alio nomine dicitur Beelphegor, ut inquit Hieronymus.

Camum, mi, neutr. gener. Genus potionis est apud Vlpianum in lib. 9. D. de tritic. vin.

Canabis. Vide CANNABIS.

Cănālĭcŏlæ, pen. corr. Forēses homines pauperes: dicti quòd circa canales fori consisterent. Festus.

Cănālĭs, pen. prod. & tàm masculini quàm fœminini generis, à canna fit, una litera detracta. Est autem Canalis lignum ad cannæ similitudinem cavatum, quo aqua deducitur. [שקית sokéth תעלה tehalah רהט rahát, αὐλών. Gall. Canal, conduit, esuier, tuyau. Ital. Cannale, condotto. Ger. Ein Kanet. Belg. Een gote. Hisp. Cannal. Pol. Rinna, kanal, korito. Vng. Csatorna. Ang. A condite pippe, à cannell.] Festus: Canales per quos aqua confluit in viis lapide stratis. Virg. 3. Georg. -greges ad stagna jubeto Currentem illignis potare canalibus undam. ¶ Dicitur & hoc Canale. Statius lib. 1. Syl. Flumina demersa trahit intemerata canali. ¶ Canalis animæ, Plinio, canalicula sive fistula per quam spiritus reciprocatur. Aulo Gellio lib. 17. cap. 11. τραχεῖα ἀρτηρία, aspera arteria, sive quibusdam canna pulmonis, cujus caput [λάρυγξ. Gal. Siffler. Ital. Canna de la gola? Vng. Lélkczö vizö torok (anagy) czöve.]

Cănālĭcŭlŭs, diminutivum à Canalis in masculino genere. [αὐλίδιον. Gal. Petit canal, petit esuier, anget. Ital. Picciolo canale. Ger. Ein kleiner Kanet. Hisp. Canno pequeno. Pol. Korisko, rurka. Vng. Csatornátska. Ang. A litle condite pippe.] Columel. lib. 9: Longiore cibo celerius pinguescit: semper tamen etiam canaliculi milio repleti apponuntur.

Cănālĭcŭlă, diminutivum, Parva canalis. [αὐλίδιον. Polon. Rinienka. Vng. Csatornatska.] Gell. lib. 7. cap. 11: Ipsum autem Erasistratum dicere, duas esse quasi canaliculas quasdam, seu fistulas, &c.

Cănālĭcŭlātŭs, a, um. Quod est in canalis modùm factum. [αὐλωτός. Gal. Fait en facon de canal ou tuyau. Ital. A foggia di cannale. Geran. Gemacht wie ein Kanet. Hispan. Cosa acannalada. Polon. Iako korito widl'abani. Vng. Csatorna mog gyára meg, vályatot. Angl. Made lik a condite pippe.] Plinius libro 19: Quibusdam angusta & canaliculata, & cumino: paucis foliacea & lata, ut striplici.

Cănālĭtĭŭs, a, um, adjectivum. [αὐλωνῖτις. Gal. De canal ou tuyau. Ital. Di cannale. Ger. Das zum Kanet gehört. Hispan. Cosa de canno. Pol. Kanal'owi. Vng. Csöt, csatornai. Ang. Of a condite pippe.] ut, Canalitium aurum, dicitur in puteis effossum, quod venarum canalibus per saxa vagatur huc atque illuc, & per latera puteorum. Plin. libro 33. cap. 4: Quod puteis foditur, canalitium vocant: alii Canaliense, marmoris glareæ inhærens.

Cănārĭă, [Ger. Hundsgras.] Herba est, quā vernacula lingua etiam Herbam canis vocamus, quòd canes ægroti ea præsentē vomitum eliciant. Plin. lib. 25. cap. 8. ¶ Invenerunt & canes canariā, qua fastidium deducūt, eamque in nostro conspectu manduni: sed ita, ut nunquam intelligatur quæ sit: etenim defossa cernitur. Ruellius humilem esse herbulam ostendit, foliis tritici multò minoribus, calamulo tenui, geniculis pyxidatim cohærentibus articulato, internodiis tibiarum modo in se interfectis, quæ tracta suis ex vaginulis exeruntur: evanidam spicæ loco panicula habens: deniq; folio & culmo triticum, cacumine arundinem imitans.

Canatius, ab Apuleio dicitur in Flor. pro clara seu præconis voce. Canatius inquit lunam dabo, ut per omnes provincias eat. Sed hoc à canando: id est, Calando videtur dictum. Nam Varro scribit consuetudinis fuisse, ut classicus in arce circumque muros canatum iret.

Cancanos, κάγκανος, Herba est Galeno, quę Dioscoridi & Plinio, Calcalia dicitur, & Leontice. Vide Ruelliū lib. 3. cap. 128.

Cancellĭ, lorum, m. f. Ligna aut ferramenta, modicis intervallis in transversum instar retis invicem annexa, quibus scenæ & tribunalia atque fenestræ muniri solent, aditusque eorum præcludi. [שבכה sebacháh. κιγκλίδες, δρυφακτοί. Gal. Treilis, claires voyes. Ital. Gelosie ferrate. Ger. Gätter auß Holtz oder Eysen. Belg. Traliën. Hisp. Rexas ò verjas de hierro para apartar. Pol. Kratta. Vng. Rostély. Angl. Latticesses, windowes made with barres of timber or yron.] Apud piscos ferè semper fuerunt ærei, quorum multi extant per basilicas distributi, ad lignorum similitudinem fabrefacti, quorum lineolæ altrinsecus in quincuncem superpositæ foramina linquunt, quibus quum aër aspectusque admittatur, prohibetur accessus, servatque usus ejus-

modi claustra vineis pro valvis, foribusq; apponi. Cicero pro Sestio: Tantus est à fori cancellis plausus excitatus. ¶ Cancellos alicui circundare, per translationem dicitur pro eo quod est, limites quosdam angustos cuipiam præscribere, extra quos non liceat evagari. Idem pro Quintio: Si extra hos cancellos, quos mihi ipse circundedit, declinavero. ¶ Sunt & cancelli loca cancellatim: hoc est, tessellatim facta transversariis lignis accommoda sessui. Ovidius: Cancellis primos imposuisse pedes. ¶ Cancellos agere, à cancellis esse: posteriorum temporum scriptores dixerunt, quum Cancellarium esse significare vellent. Cassiodorus lib. 11. Instit. divin. & hum. & li. 11. Vair. Ericus monachus lib. 6 de vita Germani: Volusianus erat præcelso nomine quidam Vrbis patritio toti delectus & urbi, Atque cancellis prisco de more minister. Atque eam ob causam Cancellarius à cancellis dictum videtur. In sacris literis Cancelli vocantur specilla foraminibus plena, & transversim plagulis fenestrata, quas vulgus *Zelotypias* vocitat. Vnde in Proverbiis: De fenestra domus meæ per cancellos perspexi juvenem. Hos cancellos deliciosos Cic. lib. 1. de perfecto genere dicendi, appellat Transennas, ob oculorum videlicet & foraminum transitum: ait enim: Quasi per transennam prætereuntes strictim aspicimus.

Cāncello, as, are, act. p. Colum. lib. 4. cap. 2. de vite loquēs: Hæc autem quæ toto prostrata corpora, quum inferius solū quasi cancellavit atq; intertexit, cratem facit, & pluribus radicibus inter se connexis angitur, nec aliter quàm si multis palmitib. gravata deficit. ¶ Aliquando significat Concido, dilanio, dispungo, erado, deleo. [קצב *katsab* מחה *machah*. Gal. *Canceller, rayer, casser.* Ital. *Cancellare, cassare, torre via.* Germ. Zerstören oder zerrissen/ausstrauen. Belg. Wuttwagen / uitwissen. Hisp. *Tronchar, cassar, ò borrar como la escriptura.* Pol. *Zakraczam, przekrzyżam, zamazyam.* Vngar. *Rossolyozom, ki torlom eltauordosom.* Ang. *To crosse out any thing written.*] Nam sicut ex transverso ducuntur ligna in cancellis, ita delendis scripturis transverso calamo notæ, lineæq; atramentariæ. Iureconf. tit. De his quæ in testamento delentur. Cancellarat quis testamentum, vel induxerat.

Cāncellātus, a, um, adjectivum, Quod cancellorum figuram imitatur. [κανκελλωτός. Gal. *Fait en facon de treillis ou de rets.* Ital. *Fatto in graticola.* Germ. Das der Gätteren form hat. Hisp. *Cosa apariada con rexas.* Polon. *Kraczyaty.* Vng. *Rossolyos, kösöbözött kossol vonyatot.* Ang. *Made like a latte window.*] Plin. lib. 3. cap. 10: Durissimum dorso tergus, ventres molles, setarum nullum tegumentum: ne in cauda quidem præsidium abigendo tædio muscarum (nanque id & tanta vastitas sentit) sed cancellata cutis, & invitans id genus animalium odore. Ergo quum extenti recēpere examina, arctans in rugas repente cancellis, comprehēsas enecant. Vbi cancellatam cutem appellat, quibusdam cancellis distinctam: hoc est, tessellatim quadratam, & in modum capsularum factam.

Cāncellātim, Ad similitudinem cancelli. [δίκτυον κανκελλωτόν. Gal. *En facon de treillis, en maniere de rets.* Ital. *A foggia de graticola.* German. Nach weis vnd form der Gätteren. Hispan. *Apertadamente.* Polon. *Kraczyato.* Vngar. *Rossolyos mödyaro.* Angl. *Latin wise, or like a latte window.*] Plinius libro 11. capite 37: Terrestrium aliis venter denticulatæ asperitatis, aliis cancellatim mordacis.

Cāncellārĭus [סטרים *sopherim*. Gal. *Chancelliers.* Ital. *scrivani, cancellieri.* Ger. Canzler. Bel. Cancelier. Hisp. *Chancilleres.* Pol. *Kanczlerz.* Vng. *Kanczellarius deakok.* Ang. *Chancellours.*] Degenerante jam tum paulatim lingua Latina, dicti sunt scribæ principum, quorum opera illi in conficiendis, examinandisve diplomatibus utebantur. Vtitur hac voce Flavius Vopiscus, scribens à Carino Imperatore factum esse præfectum urbis unum ex Cancellariis suis.

Cāncĕr, cri, [καρκίνος. Gal. *Escrevisse.* Ital. *Gambero.* Ger. Ein Krebs. Belg. Een treeft. Hisp. *Congrejo.* Pol. Rak. Vng. Rak. Ang. *A crabbe.*] Piscis genus est mollem testam habens pro tegumento, cujus multæ sunt species, quas vide apud Plin. lib. 9. cap. 31. ¶ Est item Cancer unum ex duodecim Zodiaci signis, à quadam cancri piscis similitudine ita dictū: eò quòd Sol mense Iunio signum hoc perambulans, paulatim incipit à nobis recedere, & cursu retrogrado ferri, in modum cancri. Refert Hyginus, hunc fuisse cancrum, qui à Iunone in Herculem cum Hydra Lernæa pugnantem, immissus fuit: qui quum pedem ejus momordisset, ab Hercule occisus est, & à Iunone inter sydera collocatus. ¶ Cancer item, [καρκίνος, καρκινώμα. Gal. *Chancre.* Ital. *Cancero infermita.* German. Der Krebs / ein Krankheit die vmb sich frisset. Hispan. *El cancer ò caratan enfermedad.* Pol. *Cancer mamie.* Vng. *Folyoso fene.* Ang. *A cankor, or spreading disease in the bodie.*] morbus est ab atra bile efferv. scēte proficiscens, cùm alias corporis partes, tùm mulierum mammas in primis infestans, quæ menstruo non purgantur. Dictus cancer, vel quòd paulatim serpat cancri piscis similitudine: vel quòd venas circa se habeat extensas, instar brachiorū cancri: vel quòd pertinaciter hæreat, ut solet cancer, si quid chelis non apprehenderit. Est autem & in hac significatione, uti in duabus præcedentibus, masculini generis, & secundæ declinationis. Cato de Re rustica: Eadem brassica vulnera putrida, cancrosque purgabit, sanosque faciet. ¶ Grammaticorum nonnulli in hac significatione neutri generis esse tradiderunt, & tertiæ declinationis, decepti Ovidii loco, quem opinionis suæ corroborandæ causa solent adducere: Vtque malum late solet immedicabile cancer Serpere, & illæsas vicinis addere partes. Qua in re nimium profectò puerīliter fallūtur, non animadvertentes, adjectivum Immedicabile, nō cum nomine Cancer, sed cum dictione Malum, cohærere. ¶ Cancrō Orci, dixit Apuleius, pro faucibus, & tenacibus stationibus, quasi cancellos. ¶ Cancros lepori comparat, κρείττοι ἀνεύπτοι συγκρίσεις. De supra modum dissimilibus. Etenim ut leporum celeritas, ita & cancrorum tarditas nota est. ¶ Cancer leporem capit, κρείττων λαγῶς αἱρεῖ. De qua re nequaquam verisimili, dictuque absurda, velut si quis dicat ab indoctissimo superari doctum. Cācrum rectè ingredi doces, κρείττων ἐρῶν βαδίζειν διδάσκεις. De eo qui docet indocilem. Refertur in Plutarchi Collectaneis, pertinetque ad genus ἀδιδακτοις. ¶ Huic finitimum est quod Aristophan. in pace: Οὐκοῦν ποιήσεις τὸν κρείττονα ἐρῶν βαδίζειν Οὐδ' ἐπὶ τῷ κεφαλῷ ποιήσεις ὕστερον οὐδέν. Id est, Ambulet ut cancer rectà, haud efficeris unquam: Ne quicquam efficies ubi res erit antè peracta. Hoc velut oraculum poëta facetus pronuntiat: Quod à natura sit insitum, nullo cortiges negotio. Nam cancris genuinum, obliquè ingredi.

Canchrys, κόγχρυς, Libanotidis fœcundæ semen est, Dioscoridi lib. 3. cap. 70.

Canderinon, Lapithon, laphas, species est, quam Oxalida vocant, verus ramex.

Cāndāulūs, καυδαύλος, Opsonii genus fuit ex carne elixa, pane, & casco Phrygio, cum anetho, & pingui jure. Vide Cœlium Rhod. lib. 20. cap. 14.

Candefacio, Vide CANDEO.

Candēlā, A candore luminis dicitur. [נר *ner*. λύχνος, κηρός. Gal. *Chandelle, torche cierge, en telle chose esclairant.* Ital. *Candela.* Ger. Ein Kertz / ein liecht. Belg. Een Kaarse. Hisp. *Candela y candil.* Polon. *Swieca.* Vng. *Gyertya.* Ang. *A candell.*] Iuven. Satyr. 9: candelam apponere valvis. Plin. lib. 13. cap. 13: Lapidem fuisse quadratum circiter in medio, arctè vinctum candelis quoquò versus. Loquitur de lapide in quo reperti sunt lib. Numę. Hermolaus: Candelæ, inquit, sunt quacunque constant materia, scirpis, tædā, sevo, cera: uti mirum non sit, libros Numæ candelis involutos tradi. Candelas sebare, Columel. lib. 2. cap. 22.

Cāndelābrum, penul. prod. Instrumentum in quo figitur candela ad lucendum: [מנורה *menorah*. λυχνία, κηρεστήριον. Gal. *Chandelier.* Ital. *Candeliero.* German. Ein Kertzstock / ein liechtstock. Hispan. *El luger donde se pone el candil.* Polon. *Swiecznik, lichtarz.* Vng. *Gyertya tartó.* Ang. *A candlestick.*] dicitur, quòd in eo candelæ figantur, autore festo. Cicer. 6. Verr. Iam verò lectos æratos, & candelabra ænea. Sic 4. Verr. Martial. de candelabro Corinthio, lib. 14: Nomina candelæ nobis antiqua dederunt, Non norat parcos victa lucerna patres.

Candēo, es, ui, n. f. Candidus sum. [לבן *lebben*. λευκός εἰμι. Gal. *Estre blanc.* Ital. *Essere bianco.* Germ. Weiß seyn. Belg. Witt seyn. Hispan. *Emblanquecerse.* Pol. *Bielsze sye.* Vng. *Fehér vagyok.* Ang. *To be white or shyning.*] Virg. 4. Aeneid. Candentis vaccæ media inter cornua fundit. Ovid. 11. Metam. Candida de nigris, & de candentibus atra. ¶ Significat etiam ignitum esse. [קדח *kadhach*. αἴθειν, ἐκκαίειν. Gal. *Estre embrasé, se reluire & estre blanc de force d'estre embrasé & tout au feu.* Ital. *Deventar di fuoco.* Ger. Glühend seyn / feurig seyn. Hisp. *Encenderse.* Pol. *Zarzyć sye.* Vn. Izzó vagyok. Ang. *To be heate and glowing redde.*] Cic. 2. Offic. Qui cultros metuens tonsorios candente carbone sibi adurebat capillum. Composita, Excandeo, & Incandeo, à quibus Excandesco, propriè vehementer incendor, inflammorq; Cato de Re rustica: Nam si sub tecto coquas, quū bitumen & sulphur additum est, excandescet: hoc est, incēdetur, & inflammabitur. Transferuntur etiam ad iram, θυμός, quòd ea est, velut ignis animum incendens, & vultum hominis quodam candore perfundens: vel quia, ut sol quātò candidior, tanto ardentior: ita animus, dum concitatus est, inflammatus, incensus & candescens dicitur, ut tanta mentis commotio significetur. Cælius Cic. Id postquam resciit, excanduit, & me causam inimicitiarum quærere clamitavit: id est, ita vehementer incensus est. Hinc Excandescentia, quæ est (ut Cic. quarta Tusculana inquit) ira nascens, & modò exsilitens, θυμός. Incandesco, candens & ignitus fio. Metamorph. lib. 7: Non secus exarsit, quàm quum Balearica plumbum Funda jacit: volat hoc, atque incandescit eundo: Et quos non habuit, sub

buit, sub nubibus invenit ignes. Est & recãdeo, à quo Recandesco, quod est rursus candesco: & accipitur pro Calefacio. Ovid. lib. 1. Metamorph. Ergo ubi diluvio tellus lutulenta recenti. Solibus ætheriis altoq; recanduit æstu.

Cāndĕsco, Ignitus fio, Ignesco. [קדח kadhéch. πυρόομαι. Gal. S'embraser, devenir feu. Ital. Divenir di fuoco. Germ. Gluend oder feurig werden. Hispan. Encenderse. Pol. Rozpalony zestem, fuscesie odegna. Vng. Meg tüzesedöm. Ang. To make boat or glowing white.] Ovid. 2. Metamor. -cutrusque tuos candescere sentit. ¶ Candescere etiam album fieri significat. Tibullus lib. 1: -liceatq; caput candescere canis.

Cāndŏr, ōris, m. t. Albedo splendori conjuncta. [לבן labán λαμπρότης. Gal. Blancheur, lucur, pureté, bonne foy. Ital. Bianchezza, candore. Ger. Weisse, gnuterkeit. Hisp. Blancura con lustre. Pol. Bial' ości. Vng. Fehérség. Ang. Whitenesse, glowing reddenesse, verprightnesse.] Plautus in Men. O, solem vides, statim ut occæcatus est, præ hujus corporis candoribus. Plin. lib. 12. cap. 14: Thus probatur candore. Cicer. 2. de Nat. deor. Nam Solis calor & candor illustrior est, quàm ullius ignis: quippe qui immenso mundo tam longè lateq; colluceat. Dicitur & per metaphoram candor animi à Cicerone multis in locis, pro synceritate & puritate animi.

Cāndĕfăcio, aft. 1. Candidum facio. [הלבין hilbin. λευκαίνω. Gal. Faire blanc, blanchir. Ital. Imbiancare. German. Weiß machen, weißgen. Hisp. Emblanquecer. Polon. Obielam. Vng. Meg feiérithem. Ang. To make white.] Plautus in Mostel. Vna opera ebur atramento cãdefacere postules. ¶ Aliquando etiam Candefacere, est candentem & ignitum reddere. [πυρώδης. Gal. Echauffer tellement quelque chose qu'on la face reluisante & come blanche. Ital. Scaldare talmente una cosa che si paia bianca. German. Glüend machen. Hispan. Encender. Polon. Rozpalam. Vngar. Meg tüzesedöm. Ang. To make glowing hoat or fire.] Plin. lib. 34. cap. 8. Vbi inter lapides candefactos funditur. Hinc excandefacio, Candens & ignitum facio: unde Ferrum excandefactũ: hoc est, candens & ignitum. Per translationem accipitur pro ira inflammare, ὀργίζω.

Cāndĕo, es, penult. corr. Candorem habeo, subcandidus sum. [לבן lebán. Gal. Estre blanc, tirer sur le blanc. Ital. Essere vn poco bianco. German. Weiß, glinzerechtig seyn. Belg. Blincken, wit gat, oftewit maken. Hispan. Ser blanco por desuera. Polon. Szwieca sie bielo. Vng. Fehérlem, feiérlem. Angl. To be some what white.] Plin. libro 8. insigne ei in dextro latere candicans macula.

Cāndĭdātĭf, æ, pro albedine. [λευκωπία. Gal. Blancheur, couleur blanchastre, tirant sur le blanc. Ital. Bianchezza. Germ. Weisse. Hisp. Blancura. Pol. Iasniaca sçie. Vng. Feiérség. Ang. Blearlooing, making faire or white.] Plin. lib. 37. cap. 13: Fictitiæ scarificationis candicantiam fugiunt.

Cāndĭdātŭs, a, um. Alba veste indutus. [λευκοφόρος, λευκοχίτων. Gal. Vestu de blanc, blanchi. Ital. Vestito di bianco. Germ. Mit weissem Kleyd angethan. Hisp. Cosa vestida de vestia blanca. Pol. Wbial' a sukiir vbrany. Vng. Feiér ruhában öltözöt. Ang. Clothed in white.] Plautus Rud. Ergo vos æquiùs erat candidatas venire, hospitasq;. Item qui luce quadam nitente perfusus. Vnde Lactantius immortalitate nos veluti candidatos esse, eleganter dixit. ¶ Candidati etiam dicebantur, qui ad alicujus magistratus, aut dignitatis petitionem aspirabant, οἱ περιοιόμενοι τὴν ἀρχὴν ἢ ἀξίωμα, à toga candida, quàm per id tempus induebant, sive ad denotandum integritatem, quòd solus hic color sincerus ac purus, & minimè inquinatus est: sive, ut perspici ab omnibus possent. Ire autem candidati per comitia solebãt, suadendo, rogando, submittendo se omnibus, & nudato etiam corpore, cicatrices ostendendo. Cicero pro Muræna: Nec candidatis ista beniguitas adimenda est, quæ liberalitatẽ magis significat, quàm largitionem. Inde per translationem aliarum quoq; rerum petitores Candidati dicuntur, sicut à Quintiliano, Candidatus eloquentiæ, & à Plinio in Paneg. Candidatus gloriæ, & immortalitatis: ab Hieronymo, Candidatus fidei. Ex quibus ostenditur Candidatus construi cum genitivus sit: candidatus Consulatus, Præturæ, Quæsturæ, qui petit consulatum, Præturam, Quæsturam.

Cāndĭdŭs, da, dum, Albus, lucens. [לבן lebán. λευκός, ἀργός. Gal. Blanc, reluisant, resplendissant. Ital. Candido, bianco. German. Weiß, glissend. Belg. Wit, blanck, schynende. Hispan. Blanco con lustre. Pol. Bial' y. Iasnaci sçie. Vngar. Fehér, világos. Ang. Wheite, shyning.] Servius in 3. Georg. Aliud est candidum esse, id est, quadam nitente luce perfusum, aliud album, quod pallori cõstat esse vicinum. Itemque candidum propriè dicitur quod sit cura: album quod sit natura: & candido nigrum, albo verò fuscum opponitur. Cor. Front. de diff. vocab. ¶ Sumitur etiam Candidum αἰθὲς, Pro ignito. [Ang. Fiery, bright shyning like fire.] unde ferrum candidum vocamus, quum accensum est & ignitum. ¶ Et quia inter colores candidus purissimus est, accipitur etiam Candidum pro puro, & syncero, & minimè fucato. Horatius 1. Epist. Albi nostrorum sermonum candide judex. Et candidus sermo, λαμπρὸς λόγος, Græcis dicitur oratio dilucida perspicuaque, à colore qui inter cæteros plurimum habet lucis. ¶ Interdum candidus ponitur pro Fœlici: tractum à Thracibus, qui diem fortunatum, albo: adversum nigro designarunt. Catullus: Fulsêre verè candidi tibi soles. Horat. lib. 2. Ser. -hunccine solem Tam nigrum esse mihi? id est, tristem & exitiosum.

Cāndĭdē, Purè, syncerè, benigné. [εἰλικρινῶς. Gal. A la bonne foy, simplement. Ital. Da huomo da be, di puro cuore. Ger. Einfeltiglich, trewlich, ohne betrug, gütiglich. Hispan. Simple y paramente. Polonice, Szczerze, otwarcie. Vngar. Keszesen, igazdan. Anglice, Simplie, vprightlie.] Cælius Ciceroni: Caveundum tibi erit, ne parum simpliciter, & candidè posuisse inimicitias videaris.

Cāndĭdŭlus, a, um, diminutivum. [λευκόπυρος. Vng. Feiérbetske. Ang. Somewhatte white.] Cic. 5. Tusc. Candiduli dentes, venusti oculi, color suavis.

Cāndĭdo, as, act. p. Candidum facio. [הלבין hilbin. λευκαίνω. Gal. Blanchir, faire blanc. Ital. Imbiancare. Germ. Weißgen, weiß machen. Bel. Wit maten. Hispan. Emblanquecer. Polon. Bielenie. Vng. Meg feiérithem. Ang. To bleache, to make white.] Pomponius: Vellem lixivio candidans. Plinius: Cujus radice utuntur ad candidandos capillos.

Cāndĭfĭco, as, idem. [λευκόω. Vng. Meg feiérithem, feiérre tesztem. Ang. To make white.] Nævius: Polliens sese, & succis herbarum candificans cutem.

Cāndĭdātōrĭŭs, a, um, περιοιόμενος: ut, Candidatorium munus. Cicero ad Attic. lib. 1: Nos in omni munere candidatorio fungendo summam adhibebimus diligentiam.

Candetum, Galli appellant in areis urbanis spatium centum pedum, quasi Centeatum: in agrestibus autem pedum cẽtum quinquaginta quadratorum justum Candetum vocant. Ex libello variorum autorum de Limitibus.

Candosoccus, in vitibus quid dicatur, docet Colum. lib. 5. ca. 4. his verbis: Nõnullos tamen in vineis characatis animadverti, & maximè heluenaci generis prolixos palmites, quasi propagines summo solo adobrucre, deinde rursùs ad arundines erigere, & in fructum summittere quos nostri agricolæ Morgas, Galli Candosoccos vocant. [Ger. Eyngegrubet oder eyngeiegte Gärten der Weinrebem.]

Canella, Vulgò Cinnamomum, idq; Italico idiomate, & à mercatoribus.

Caneo, Vide CANVS.

Canentas, Capitis ornamenta veteres dixêre. Festus.

Cānĕphŏrā, penult. corr. f. p. [κανηφόρος. Ger. Die ein Zeine auff dem Haupt tregt.] Virgo dicitur quæ more Attico sacra in cistulis reposita capite sustinebat. κάνα enim Græci dicunt, quę nos Canistra, & per diminutionem Canistella. Cicer. 6. in Verrem: Habe Canephoras, deorum simulacra restitue.

Cani, canorum, Vide CANVS.

Cania, æ. Vrticæ sylvestris genus. Plin. lib. 21. cap. 15: Et in sylvestri quæ dicitur Cana, acrior, caule quoque mordaci, fimbriatis foliis.

Cānĭcæ, f. p. Furfures ab antiquis dicebantur. [Germ. Kleyen oder Krisch vom Mõl. Polon. Otroby, osipka dla psów. Vngar. Korpa. Ang. Skouffe or brans of wheate.] teste Festo, eò quòd canes iis pascerentur. Vnde Canicaceum panem, furfureum dicimus. Pacuvius: Qui apud te, quasi servus, est canicaceum panem.

Cānĭcĕps, Genus animalis faciem caninam habens. κυνοκέφαλος. Plinius libro 7. capite 2, tradit in Asiæ montibus genus hominum esse canino capite, pro voce latratum edentium, quos vocat κυνοκέφαλους: nos etiam Caniopites vocare possumus.

Canicula, Vide CANIS.

Cānīnŭs, Vide CANIS.

Cānĭs, gen. comm. Animal domesticum satis notum. [כלב chéleb. κύων. Gal. Chien ou chienne. Ital. Cane. Germ. Ein Hund. Belg. Een Hont. Hisp. Can, perro. Pol. Pies. Vngar. Eb, kutya. Ang. A dogge, or bitche.] A' canendo dicitur, quòd nocte in custodia, & in venando signum voce det. Terent. In Phorm. Introiit in ædes ater alienus canis. De hoc Columel. libro 7. cap. 12: Quis hominum clariùs, aut tanta vociferatione bestiã vel furem prædicat, quàm ille latratu? quis famulus amantior domini? quis fidelior comes? quis custos incorruptior? quis excubitor invenitur vigilantior? quis denique ultor aut vindex constantior? De genere autem & natura canum, vide Plin. libro 10. cap. 63, & Xenophontem in opere de Venatione. ¶ Dicebant & veteres etiam in singulari Canes, quemadmodum Varro libro de lin. Lat. 6 probat ex Ennio: Tantidem quasi fœta canes sine dentibus latrat. Lucilius de litera R. Irritata canes quod, homo quam planium dicit Scaliger in Varronem. ¶ Canis item piscis marinus est, ita dictus, quòd cani similis sit. ¶ Canis præterea ludi talaris signum,

quod unum duntaxat punctum continebat: ideo damnosus canis appellatur à Propertio: Semper damnosi subsiluêre canes. Canis ad cibum, κύων ἐπὶ βρῶσιν. De iis qui in suum properant exitium. Qui canem volunt occidere, cibo ostenso allicunt. ¶ Teipsum non alens, cancs alis, αὐτὸν οὐ τρέφων, κύνας τρέφεις. In eum dicebatur, qui quum per inopiam sibi quæ sunt ad vitam necessaria, suppeditare non posset, conaretur, aut equos, aut famulos habere domi, splendidisque vestibus indui. ¶ Cum cane simul & lorum, κυνὶ τὸν ἱμὰν καὶ τὸν ἱμάντα. Eudemus indicat dici quotiès simul omnia pereunt, ut nihil omnino sit reliqui, ne spes quidem recuperandi quod perijt. ¶ Cani das paleas, asino ossa, κυνὶ δίδως ἄχυρα, ὄνῳ ὀστᾶ. Quum res præposterè distribuitur: veluti si quis indocto inurus mittat literarium, erudito flosculos & gladium, bellicúmve, militi librum. ¶ Canis ad proprium vomitum, κύων ἐπὶ τὸν ἰδίον ἐξέμεσμα. Quadrat in eos qui relabuntur in eadem flagitia, à quibus aliquando sunt expiati. Refertur in Epist. D. Petri. ¶ Digna canis pabulo, ἄξιος κύνων τῶν βρωμάτων. Fermè perindè valet ac si dicas, Dignus operarius mercede sua. Refertur à Suida. Quadrabit in hominem non usquequaque rejiciendum atque inutilem. ¶ Canem excoriatam excoriare, κύνα δέρειν ἐκδεδαρμένον. Suidas ait dici solere de iis qui iterum ea patiuntur, quibus aliquando fuerunt afflicti. Aristophanes in Lysistrata. Diogenianus ait convenire in eos qui frustra sumunt operam. Sunt qui putant magis quadrare quum quis affligit afflictum. ¶ Canis festinans cæcos parit catulos, κύων σπεύδων τυφλὰ τίκτει. In eos jaciebatur, qui nimio festinandi studio, rem parum absolutam edunt: ut si quis operis parum elimati præcipitet editionem. Galenus lib. de Semine. ¶ Canis in præsepi, κύων ἐν τῇ φάτνῃ. In eos dicitur, qui nec ipsi fruuntur re quapiam, neque reliquos item sinunt uti. Quandoquidem canis in præsepi nec ipse vescitur hordeo, & equum vetat vesci. Lucian. adversus indoctum. ¶ Objicere canibus agnos, ἀρνοβόλειν τοῖς κυσὶν ἀρνεῖον, dicebatur qui imbellem & litium imperitum calumniatoribus & exercitatis exponeret, quòd genus sit animal omnium maximè imbelle. Refertur à Diogeniano. ¶ Et canis podice, εἰς κυνὸς ἀρνοῦ. Dictum videtur à Luciano pro eo quod est, rebus anxiis atque angustis, quòd ea pars arctior sit huic animanti: quamobrem & exernunt difficiliùs. ¶ Canis sæviens in lapidem, κύων ὀδὰξ τὸν λίθον δαγκανόμενος. Competit in eos qui mali sui causam imputant non ipsi autori, sed alteri cuipiam. Plato de Rep. & Pacuvius apud Nonium. Invitis canibus venari. Hoc Adagio Plautus in Sticho significare videtur non sat feliciter succedere quod à nolentibus extorquetur. ¶ Canis vindictam, κυνὸς δίκαν. Macedonicum adagium, in eos qui præter expectationem pœnas dant iis, quos aliquando læserunt. Natum ab Euripidis tragici poëtæ interitu, qui à canibus fuit discerptus. ¶ Canis caninam non est: proverbium, ad quod allusit Iuvenalis: -parcit cognatis maculis similis fera. Varro libro 6. de lingua Latina. ¶ Canis sydus leporem fugientem sequitur: habet in lingua stellam unam quæ propriè appellatur Canis, magnam quidem & splendidam, in capite alteram, quam nonnulli Sirion dicunt. Sunt ergo duo canes in cœlo, major scilicet & minor: sed Canem dicendo, majorem intelligimus. Minor enim canis Canicula dicitur: quæ quia integrum diem in ortu atque occasu Canem præcedit, à Græcis προκύων, vocatur. Hæc etiam Antecanis, & Sirius dicitur. Cicero: Anteeanem, Procyon Graio qui nomine fertur. Oritur XVII. Calend. August. Occidit, sed non tota, post dies quadraginta: idque dierum spatium, Dies caniculares appellamus, eò quòd sydus hoc iis diebus in medio cœli centro sit, conjunctumq; cum Sole duplicet calorem quo dissolvuntur corpora, & evaporantur. Dicta Canis, quòd corpora morbo afficiat, & nimio calore mordere videatur.

Canis, Plin. libro 8. cap. 40: Garamantem regem canes ducenti ab exilio reduxêre, prælianteis contra resistentes. Propter bella Colophonis, itemque Castabalenses cohortes canum habuêre, eæ primæ dimicabant in acie: nunquam detrectantes: hæc erant fidelissima auxilia, nec stipendiorum indiga. Pugnasse adversus latrones canem pro domino accepimus. Fidelissimi, ut inquit Plinius, ante omnia homini sunt canes. Colum. lib. 7. cap. 12.

Cānĭcŭla. f. p. diminutivum à Cane, quum est fœm. gen. [κυνίδιον. Gal. Petite chienne. Ital. Una picciola cagna. German. Ein Hundtin. Belg. Een Hondeten. Hispan. Perra pequenna perrita. Polonicè, Suka, pssica. Vng. Kutyacska, ebetske, eb kölyök. Ang. A little bitche.] Cicero 3. de Nat. deor. At illud non modò non arrogantis, sed potiùs prudentis, intelligere se habere sensum & rationem, hæc eadem & caniculam non habere. ¶ Accipitur & pro signo cœlesti, ἀστέρι. Columell. lib. 10: Quumque peracto solstitio usque ad ortum Caniculæ, qui ferè dies triginta sunt. ¶ Hinc caniculares dies, αἱ ἀστρικαὶ τῶν κυνῶν ἡμέραι.

¶ Dicebatur præterea, hoc nomine tali latus, quod unitatem ostendebat, in quod converso talo, deponebatur ab eo qui jacta egerat, nummus unus, aut quantum inter se pacti fuerant, sine aliquo lucro: idcirco damnosa canicula vocabatur. Persius: -damnosa canicula quantum Raderet. ¶ Canicula item genus piscis marini, apud Plin. lib. 32. ca. 11. ¶ Canicula item de homine mordaci apud Gellium lib. 4. cap. 20: Qui jurabat cavillator quidam, & Canicula, & nimis ridicularius fuit.

Cānīnŭs, a, um, Quod est ex cane. [κυνοῦς. Gal. De chien, des appartenances de chiens. Ital. Di cane. Germ. Hundisch, was vom Hund ist. Hispan. Cosa de cano à perro, perruno. Polon. Psy. Vng. Ebbol valo. Ang. Of a dogge, doggish or curlish.] Plinius: Sanguine canino nihil contra toxica præstantius est. Vnde canini dentes, post primores: de quibus in dictione DENS. Et caninum prandium abstemium, in quo nihil vini potatur: quoniam canis vinum non bibit. Vide Aulum Gellium libro 15. capite 29. Canina cœna, idem. Plautus in Cas. Hàc ibo, caninam cœnam spero meliorem fore. Et canina facundia. Sallustius apud Nonium Marcellum, in dictione Rabula: Canina, ut ait Appius, facundia exercebatur. Hieronymus ad Rusticum monachum, Pomparum ferculis procedunt in publicum, ut caninam exerceant facundiam. ¶ Caninum studium, ars oratoria per contemptum, ut Canina eloquentia, apud Quint. libro 12. cap. 9. Et Isid. lib. 3. de summo bono. Columella initio operis: Sed ne caninum quidem (sicut dixêre veteres) studium præstantius, locupletissimumque adlatrandi, & contra innocentes, ac pro nocentibus neglectum à majoribus, à nobis etiam concessum intra mœnia, & in ipso foro latrocinium.

Cānārĭŭs, a, um, Quod ad canem pertinet: [κυνοῦς. Gal. De chien. Ital. Canino, cagnesco. Ger. Von jem Hund gehört. Hisp. Cosa de cano à perro, perruno. Vngar. Ebböl, tartozó. Ang. Of a dogge.] ut, Lappa canaria, quæ canibus adhæret. Augurium canarii. Plinius libro 18. cap. 3: Augurio canario agendo dies constituatur, prius quàm frumenta vaginas exeant, & antè quàm in vaginas perveniant.

Cānātim, adverbium significans ad similitudinem canis. [ἀνὰ κυνοῦς. Gal. En chien, en facon de chien. Ital. Cagnesca mente, in cagnesco. German. Auff Hündische weis. Hispan. En manera de cano à perro. Polon. Psyinskie. Vngar. Eb modra. Angl. Like a dogge.] Sicut Bovatim, ad similitudinem bovis. Cnidius Figulus in Comment. Grammat. ut citat Nonius: Sunt etiam assimilanter dicta hæc Canatim, Suatim, Bovatim, quæ ab animalibus sumuntur.

Cānīstrum, & Canister, [Io. fil. κάνεον. Gall. Panier ou corbeille faicte d'osier. Ital. Canestro, cesto, paniere. German. Ein Korb. Hispan. Canasta. Polon. Kosz. Vng. Kosar. Ang. A panier or basket made of wickers or osiers.] Fiscella, cista viminea: à Græco κάνεον, α, in ι, mutato. aut à κάνεον quod idem significat, teste Hesychio. Virgilius: -Cereremque canistris Expediunt. Palladius: Salygnis canistros fieri debere virgultis: quia genus hoc oleum dicitur adjuvare. ¶ Hinc fiunt diminutiva Canistella & Canistellus, κανίσκιον, κανιστήριον.

Cānnă. f. p. [קנה kaneh. κάννα, βόρυζα. Gal. Canne, roseau. Ital. Canna. Germ. Ein rohr. Belg. Een riet. Hispan. Canna. Pol. Rura, trzcina. Vng. Nád. Ang. A cane or reede.] Arundo, licet minor sit, & major calamo. Ovidius: -& pigram velabat canna paludem. Columel. lib. 5. de arundineto: Ea est autem senectus, quum vel exaruit situ, & inertia plurimum annorum, vel ita densatum est, ut gracilis, & cannæ similis arundo prodeat. Strabo scribit in Africa ad cubitos quinos longas, crassitudine verò digiti minoris cannas nasci.

Cānnĕŭs, a, um, adjectivum, Quod ex cannis conficitur. [καλάμινος. Gal. De canne ou roseau. Ital. Di canna. German. Röhrin, das auff Rohren gemacht ist. Hispan. De canna. Pol. Trzcinnego, rurkowaty, dziurkowy. Vng. Nádbol valo. Ang. Made of canne or reedes.] Vnde Columella: Canneas tegetes vocat, storias ex cannis confectas, quæ ad excipiendam olivam arboribus substerni solebant. Sic enim ait libro 12. capite 50: Vrceï quibus oleum progeritur, canneæ tegentes, quibus oliva excipitur.

Cānnĕtum, n. s. Vbi cannarum copia est. [καλαμῶν. Gal. Lieu où croissent les cannes ou roseaux. Ital. Canneto. German. Ein ort da viel Rohr wachsen. Belg. Riet. Hispan. Cannaveral, Lugar donde nacen cannas. Pol. Trzcyniecho. Vng. Nádas, nád termö hely. Ang. A place where canes or reedes growth.] Palladius: Lilieta cannetis ponenda sunt.

Cānnăbĭs. f. r. [κάνναβις. Gal. Du chanvre, chenevis. Ital. Canepa. Germ. Hanff. Belg. Kemp. Hisp. El cannamo. Pol. Konop. Vng. Kender. Ang. Hemp.] penult. corr. Herba est, ex qua fiunt chordæ. Persius: Tun' mare transilias? ubi torta cannabe fulto Cœna sit in transtris? ¶ Dicitur & Cannabum, Palladius lib. 3. cap. 6: Hoc tempore cannabum seris.

Cānnābĭnĕŭs, a, um, & Cannabinus, a, um, Quod est ex cannabe [κανναβίνος]. Gal. De chanvre. Ital. Di canape. Ger. Hänffin/das auß hanff gemacht ist. Hisp. Cosa de cannamo. Pol. Konopny. Vng. Kendebbi vaio. Ang. Of hemp.] Columell. lib. 7: Cannabinis q; funibus cornua jumentorum ligato.

Cānnĭtæ cameræ. Dicuntur in agrestibus ædificiis ex canni constructæ. καλαμῶνες κεραμοῦν, ut est apud Pallad. libro 1. tit. 13.

Cĭno, is, cecini, cantum: sed ejus composita faciunt præteritum in ui, diuisis syllabis, significatque propriè canere, voce modulari [שיר shir זמר zimmer. ἄδω. Gal. Chanter. Ital. Cantare. German. Singen. Hisp. Cantar. Pol. Spiewam. Vng. Enekelök. Angl. To singe.] Plinius libro 10. cap. 29: Merula canit æstate, hyme balbunt. Cicero 4. Acad. Quum cornix cecinerit. ¶ Hoc canere poëtæ dicuntur: quoniam versus rhythmica ratione compositos, cantando pronuntiare consueverunt. Virgil. 1. Aeneid. Arma virumque cano. ¶ Canere etiam is dicitur, qui fides, organaque pulsat, aut qui tibias inflat. Cicero 1. Tuscul. Igitur Epaminondas, princeps meo judicio Græciæ, fidibus præclare cecinisse dicitur. Idem 2. de Orat. Quemadmodum tibicen sine tibiis canere, sic orator sine multitudine ac populo bene eloquens esse non potest. ¶ Canere receptui, τὴν σάλπιγγι σημαίνειν, σαλπιστικὸν σημαίνειν, significat post conflictum milites à pugna revocare, quod fit cantu tubarum & clangore. Livius 6. bel. Pun. Legionum ardor ingens ad hostem insequendum fuit: sed Flaccus receptui cani jussit. ¶ Contrà, Canere bellicum, πολεμικὸν σημαίνειν, τὴν πολεμικὴν σάλπιγγα σημαίνειν, Est milites tubæ clangore ad bellum accendere. Cicero in Orat. Alter incitatior ferrur & de bellicis rebus canit etiam quodammodo bellicum. ¶ Sed quia veteres laudare versibus solebant, factum est, ut Canere pro laudare capiatur. Virgilius 7. Aeneid. -regemque canebant. Et pro prædicare, & cum quodam, ut exaudiri possit, canore proferre. Martialis: Quicquid fama canit, donat arena tibi. ¶ Canere idem etiam quod vaticinari. Cicero in Sextiana: Non hæc à me tanquam fata canebantur. Idem in Catil. Quæ ita nobis consulibus facta sunt, ut hæc quæ nunc fiunt, canere dii immortales viderentur. Idem in Orat. pro dom. Et Virgil. Sola mihi tales casus Cassandra canebat. ¶ Canere eandem cantilenam dicitur is, qui molestus est, sæpiùs eandem inculcans. Terent. in Phorm. Cantilenam eandem canis. ¶ Intùs canere dici soleris, qui privati commodi studiosus, quicquid agit, id omne ad domesticam sert utilitatem. Cicero in Rullum adversus legem Agrariam: Atque hoc carmen hic Tribunus plebis non vobis, sed sibi intùs canit. ¶ Haud canit paternas cantiones, οὐ πατρῴους ᾄδει τόνους. De eo jactatum, qui à paternis moribus degenerat. ¶ Canit, ἄδει ἔξω, pro, nugaris, ineptis, frustrà loqueris: etenim qui canunt non videntur rem seriam agere. Frustra canit, ἄδει ἄδηλα: De iis qui frustra suadent. ¶ Sibi canere, ἑαυτῷ ᾄδειν, dicitur qui non ad alienum arbitrium facit quippiam, sed animo obsequens suo. Hujus verbi composita sunt, Accino, quod est ad aliquid, vel juxtà cano. παρᾴδειν, παρασυνᾴδειν. Concino, simul cano. Intercino, inter agendum cano. Occino, sive Occano, κατᾴδειν, convitium facio. Percino, canendum persevero. Procino, canendo profero. Præcino, prædico, prædicino, & antè cano. Recino, rursus cano. Horatius libr. 1. Carm. Quem deum cujus recinit jocosa Nomen imago. ¶ Interdum significat in contrarium cano. Inde frequentativum Recantare, idem significans, quod retractare, & quod semel à nobis malè aut dictum aut scriptum est, revocare, & congruè quod Græci eodem modo dicunt παλινῳδεῖν. Item libro 1. Carmin. Nunc ego malitibus Mutare quæro tristia, dum mihi fias recantatis amica Opprobriis. Et Succino, quod est submissa voce cano. Et omnia habent penultimam corripiam.

Cāntĭo, onis, f. t. Cantus. [זמירה zemirah שיר shir. ἀοιδή. Gall. Chant, chanson. Ital. Canto, canzone. German. Ein gesang. Hisp. Canto, cancion. Polon. Spiewanie, piosnka. Vngar. Enek. Ang. Singing, a songe.] Plautus in Sticho: Lepidam & suavem aliquam cantionem occipio.

Cāntĭŏcŭla, diminutivum. [ἀοιδάριον. Pol. Piosenka. Vngar. Enekecske. Angl. A songe of light matter.] Cicer. 5. de Finib. Vidit Homer. probari fabulam non posse, si cantiunculis tantus vir uteretur tractetur.

Cāntŏr, oris, m. t. Cantus, & elegantia quædem, ac consonantia. [זמירה zemirah, שיר shir. Gall. Son accordant. Ital. Canto, concento, accordo. Germanice, Ein tiebucher zusammenstimmender stim. Belg. Sang. Hispanice, Canto acordado, tiadera, gala o galanteria. Polon. Spiewanie zgodne. Vngar. Enek fig, egy arsint valo enekles. Angl. Melodious singing.] Ovid. 5. Metamorph. Nec tamen ille canor mulcendas natus ad aureis. Virgil. 4. Georg. -nanque morantes Martius ille æris rauci canor movebat.

Cāntŏrĭŭs, a, um, adjectivum, Vocalis, sonorus. [λιγυρὸς, φωνεῖν, μελῳδόφωνος. Gallicè, Resonans, doux & accordant. Italicè, Sonoro, canoro. Germanicè, Wolthönend/wolsingend. Hispanicè, Cosa que mucho suena à resuena. Polon. Glosny, sprzyczak, brzmiący. Vngar. Hangos szavu. Ang. Lowde, shrill.] Plautus in Pœn. Canora hic voce omnire temperent. Cic. de Senect. Omnino canorum illud in voce splendescit. Virg. 6. Aeneid. Thracia fretus cithara, fidibusque canoris.

Cānōrŏsŭs, a, um, idem. [Vng. Hangos. Ang. shrill.] Gellius: Collectam coactamque vocem, & magis claros, canorosque sonitus facit.

Cāntĭcŭm, s. p. Carmen, canticum. [שירה zemirah, שיר shir, ἀοιδή, μελῳδία, ᾆσμα. Gallicè, Chanson. Ital. Canzone. Germ. Ein gesang/ein lied. Belg. Sanck/een liedeken. Hispanicè, Cancion, canto. Polon. Piosnka. Vngar. Enek. Ang. A songe.] Cicero 1. de Orat. Neque ex scholis cantilenam requirunt. ¶ Accipitur & pro verborum jactatione, denuntiatione, & rumore. [Angl. A speache or tale commonlie used, a rumour.] Brutus ad Cicer. libro 11: Nam de tuo periculo, crede mihi, jactatione verborum, & denuntiatione periculi speraré eos te perterrefacto, adolescente impulso, posse magna consequi præmia: & totam istam cantilenam ex hoc pendere, ut quàm plurimum lucrifaciant. ¶ Cantilenam eandem canis, τὸ αὐτὸ ἀεὶ λέγεις ἄσμα. De eo qui molestus est sæpiùs eandem inculcans: nihil enim odiosius, quà quod semper idem est. Dorio in Phorm. Terent.

Cāntĭcum, n. s. Propriè est elegans & lasciuus cantus. [שיר shir. ᾠδή. Vngar. Eneklés. Ang. A balade, the ditties or mater of a songe.] Quintilianus: Sit poëtæ lectio cum suavitate quadam gravis, & non quidem profè similis (quia carmen est, & se poëtæ canere testantur) non tamen in canticum dissoluta.

Cāntŏr, m. t. & Cantrix, f. t. Verbalia. Qui vel quæ canit. [שר shar. ᾠδός, ἀοιδός. Gall. Chanter. Ital. Cantore. Ger. Ein sanger/oder sangerin. Hispan. Cantor. Polon. Spiewak albo, spiewaczka. Vngar. Kántor, kántálo, enekös. Ang. Which he singeth.] Plautus in Trin. Cantrices, cistellatrices, nuntii, raptores panis & peni. Cic. 1. de Orat. Ita & tibi Iurisconsultus ipse per se nihil, nisi leguleius quidam cautus & acutus, præco actionum, cantor formularum, auceps syllabarum. Mentiuntur multa cantores, πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοί. In eos quadrabit qui ad gratiam loquuntur, & auribus blandiuntur. Inde ductum, quòd cantores hoc modo spectantes ut delectent ac placeant, plerq; canunt in laudem auditorum falsa. Aristot. lib. 1. Metaph.

Cāntŭs, us, m. q. à Cano: Cantio, symphonia, vocis inflexio. [זמירה zemirah זמרה zimrah, μέλος. Gallicè, Chant, chanterie. Ital. Canzone. Germ. Ein gesang. Hisp. Cancion. Pol. Spiewanie. Vng. Enekles. Ang. A songe, singing.] Virg. 8. Aeneid. Tum Salii ad cantus incensa altaria circum Populeis adsunt evincti tempora ramis. Cic. de Orat. 2: Qui enim cantus moderata pronuntiatione, pro dulcior inveniri potest? ¶ Cantus etiam incantatione, seu magicis carminibus accipitur. [Anglicè, A charme, enchantment.] Tibull. -nempe hæc eadem se dixit amores Cantibus, aut herbis solvere posse meos.

Cāntō, as, frequentativum à Cano. [השיר hesshir שר shar זמר zimmer. ᾄδω. Gall. Chanter. Ital. Cantare. German. Singen eine sangens. Hispanicè, Cantar. Polon. Spiewam. Vngar. Enekölök. Ang. To singe.] Plinius libro 11. cap. 26: Mares cantant in utroque genere. Terentius in Eunuch. Cantatū provocemus Pamphilam. Plautus in Epid. Conducta veni, ut cantarem fidibus seni. ¶ Item Cantare, pro incantare. [Ang. To charme, to enchante.] Virgil. in Pharmaceutria: Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Vbi Servius: Cantando, dum incantatur. Nam gerundivus modus ab omni verbo similiter procreatur: unde modo cantando à passivo, ait, quum suprà ab activo dixerit: Cantando tu illum. ¶ Cantare item pro celebrare, collere laudibus, ὑμνῳδεῖν. Cicero ad Atticum: Nam, ut scis, jam pridem illum canto Cæsarem. Ab hoc verbo fiunt Cantatio, ᾠδή. ¶ Composita sunt Accanto, Excanto, Incanto, & Recanto.

Cāntĭtō, as, penultima correpta, frequentativum à Canto sic quentativo formatum. [πολυᾴδειν, πολυῳδεῖν. Gall. Chanter souvent. Ital. Cantare sovente. German. Offt singen/vbvnd etlichs stuck singen. Hispanicè, Cantar muchas vezes. Polonice, Vilemiqpus spiewam, posciewam. Vngar. Gyakran enekölök. Angl. To singe often.] Terentius Adelph. Facturum credo, ut habeas qui cum cantites. Cicero de clar. Orat. Vtinam extarent illa carmina, quæ multis seculis ante suam ætatem in epulis esse cantitata à singulis convivis, &c.

Cāntātŭs, participium. [ᾠδός. Ang. Which is songe, praised.] Statius 1. Syl. Asteris & Iuttis totam cantata per urbem.

Cantātŏr. Qui consuevit canere. [שר shar משורר messhorer. ᾠδὸς μονῳδός. Gall. Chanter. Ital. Cantore. Germ. Ein sanger. Hisp. Cantor. Pol. Spiewak. Vng. Enekös. Ang. A singing man.] Martialis lib. 13: Cantator cygnus funeris ipse sui. ¶ Cantator fidibus. Fidicen, κιθαρῳδός. Gell. lib. 16. cap. 19: Vetus, inquit, & nobilis Arion cantator fidibus fuit.

Cāntātrīx, f. p. [משוררת *mosjhararith*, ᾠδός. Gal. *Chanteresse, chanterelle.* Ital. *Cantatrice.* German. Ein sengerin. Hispan. *Cantera.* Polon. *Spiewaczka.* Vngar. *Enekes asszony.* Angl. *A singing woman.*] Claudian. Implorat citharas, cantatricesq; choreas.

Cāntāmĕn, inis, n. t. pro incantatione accipitur. [לחש *lahasjth.* φαρμακεία. Gall. *Enchantement, enchanterie.* Ital. *Incantamento, incanto, incantesimo.* German. Verzauberung. Hisp. *Obra de encantar de palabras, encantacion.* Polon. Czarowanie. Vngar. *Bűvölés.* Ang. *Inchantment, witchcraft.*] Proper. O utinam magicæ nolsem cantamina Musæ.

Canocersea, Helxine apud Dioscor. lib. 4. cap. 42.

Canon, κάνων, Tributum erat frumentarium, quod Aegyptus, Africa, & Sicilia statum populo Romano quotannis pendebant. Asconius Pædianus tria facit tributorum genera, Canonem, ut in portoriis & rectigalibus: Oblationem, ut in vini distractione, & Indictionem, quæ & Collatio, & collecta dicitur à Cic. lib. 2. de Orat.

Cānōn, onis, pen. gen. corr. m. t. Latinè regula. [משקל *mosjhkal.* κανών. Gall. *Reigle.* Ital. *Regola.* German. Ein regel, ein richtschnur, richtschnur. Hispan. *Regla.* Polonicè, *Linia wedrownama krzem, sjnur cjesielska.* Vng. *Régula, szabot rend.* Ang. *A rule.*] Cic. ad Tiron. Sed heus tu, qui κανὼν esse meorum scriptorum soles, unde illud tam ἄκκανον, Valetudini fideliter inserviendo? Plin. lib. 34. cap. 8: Fecit & quem canona artifices vocant, lineamenta artis ex eo petentes, velut à lege quadam. ¶ Canon etiam lorum scuti, in quod brachium immittitur. [Pol. *Pas u tarczi.* Vng. *Pajzsy.*]

Canonicus, a, um, Regularis κανονικός.

Canonizo, as, act. p. ad regulam examino, regula & regulamen-to, κανὼν & κανονικὸν ποιῶ.

Canor, Canorus, Canorosus, Vide CANO.

Cantā, pro cantata veteres usi sunt. Festus.

Cāntārīs, Vide CANTHARVS.

Cāntēs, pluralis numeri tantùm, & fœminini generis. Fistulæ sunt organorum. [Germ. Orgelen pfeiffen. Vng. *Organa tsövei.*]

Cāntātōr, Cantatrix, Cantatio, Vide CANO.

Cānthārīdēs, Gemmæ species, quæ scarabæorum effigiem habet: quippe Græci κανθάρους vocant scarabæos. Plinius libro 37. capite 11.

Cāpŭt, itis, n. t. [רֹאשׁ *rosch.* κεφαλή. Gall. *La teste, le chef.* Ital. *Capo, testa.* Germ. Ein kopff / ein haupt. Belg. Een hoofd. Hisp. *Cabeza.* Pol. *Głowa.* Vng. *Fő vel fő.* Ang. *The heade.*] Dicitur merò illud quod collo sustentatur: inde dictū quòd ab eo initium capiunt nervi, per quos totū in corpus distribuitur sensus & motus. In summo enim à natura collocatū est quò in eo regimen totius animātis resideret. Alii ἀπὸ τοῦ κεφαλᾶς, quod est caput, vel ἀπὸ τοῦ κέρατος, ejusdem significationis. Terent. in Adelph. Colaphis tuber est totum caput. ¶ Partes capitis distinguuntur: nam eminētior pars Vertex appellatur. Tum corona capitis dividitur in frontem anteriorem, & occiput posteriorē partem: media verò sunt tempora quibus aures inhærent. ¶ Aliquando caput dicitur origo & principium. [ἀρχή. Pol. *Początek.*] Cic. pro Flac. Caput est omnium Græcorū cōcitandorum Heraclides ille Temnites. ¶ Aliquando quod est in re quapiam præcipuum, & ad quod unum reliqua omnia conferuntur, caput proverbio vocamus. Terent. in Adelph. Te esse huic rei caput. Sic à capite arcessere, Cic. 2. de Orat. 1. de Legib. in Topic. & Tusc. ¶ Aliquando pro vita ponitur: ut Capitis res ellud est, de vita periculum est. Plaut. in Trinum. Ei nimirū crederem, cui si capitis res fiet, nummum nunquam credam plumbeum. ¶ Capitis aliquē arcessere. Cic. ζημιοῦν τινὰ θανάτῳ, Plato. ¶ Capitis causam dicere, Cic. ἀπολογεῖσθαι ζημίας δίκην. Thucid. ¶ Capitis damnari, capitis condemnari, Cicer. ζημιοῦν θανάτῳ δικαστικῇ ψήφῳ, Laertius. ¶ Aliquando pro summa prima pecunia, à qua fœnus aut alius quæstus fit, veluti rei principium, quam & Sortem dicunt. [ראש *rosch.* ἀρχή. Gall. *Le principal, le premier argent ou denier qu'on baille à usure, le sort.* Ital. *Principal, somma.* German. Ein hauptsumma gutts / das man zu Wucher anfindet. Hisp. *El caudal en la usura.* Polon. *Summa pieniędzy na lichwę dana.* Vngar. *Derek summa.* Ang. *The principall summe of money given for usurie.*] ¶ Capita item initia parva in libris, quæ Capitula apud vulgares dicuntur. Gell. Quod in capite superiore à Cicolao scriptum esse dicimus. ¶ Caput facere dicitur de suppurationibus, quum apostemata franguntur. Plin. de furunculis. Remedia sunt quæ diximus folia trita cum polenta si non caput fecerint. ¶ Capite censi dicebantur ejusmodi, qui in plebe Romana perquam pauco, aut nullo ære censebantur, οἱ ἀνευ τιμήματος. Budæus à censione capitum, quòd solis capitibus censerentur. Horum opera Romani in bello non utebantur: quòd opes civium obsidum loco ducerent, metuerentque ne infimæ sortis homines, qui nihil quod amittere possent, in urbe reliquissent, aut segniter pugnarent, aut fuisse lucri ad hostes deficerent. ¶ Proletariorum autem eundem paulò erat honestior: nam hi rebus asperis in militiam admittebantur, armaq; illis sumptu publico præbebantur. Horū census erat ad mille quingentum æris: capite censi autem non amplius 375. æris censum deferebant: dicti autem sunt Proletarii, à numero officioq; prolis edendæ, quòd quū ut familiari parva minus possent Remp. juvare, sobolis tamen ponendæ copia civitatē frequentarent. ¶ Capitis diminutio, [φθορὰ τοῦ κεφαλαίου. Pol. *Odebranie głowie.*] Est prioris status mutatio: cujus tria sunt genera (ut scribit Paulus) Maxima, minima, media: Tria enim sunt quæ habemus, libertatē, civitatē, familiam. Igitur quum hæc omnia amittimus, maximam esse capitis diminutionem, ut est deportatio: quum verò amittimus civitatem, & libertatem retinemus, mediam esse capitis diminutionē: ut est in colonias Latinas transportatio. Quum libertas & civitas retinetur, & familia tantùm mutatur, minimam esse capitis diminutionem constat, velut est adoptatio. ¶ Caput demulcere, allegoria proverbii vice recepta, pro blandiri: sumpta ab adulantium gestu: In eundē sensum utur pavit Lucilius Scabere caput apud Nonium. ¶ Quos tenere amamus capite gestare dicimur. Plato de Rep. 10. Translatū apparet à matribus ac nutricibus, quæ infantulos cunis impositos capite portāt. ¶ Quoties in autorem mali malū retorquetur aut recidit, Græci dicūt ἐς τὴν αὐτοῦ κεφαλὴν, in ipsius caput. Demosthenes. [Pol. *Narwe głe*]. ¶ Nec caput nec pedes: Negotium ita perturbatū, ut nescias quo pacto vel expedias, vel amittas, veteres dicebant nec caput habere nec pedes, Cicero Curioni. ¶ Nudo capite, γυμνῇ κεφαλῇ, facere quippiam dicuntur, qui palam ac citra pudorem omnē faciunt. Qui rem pudendam faciebant, iis mos erat centonibus caput operire. Plaut. Capt. Cyrillus interpretans Ioannis Evang. & D. Chrys. in encomio Babylæ martyris. ¶ Sine capite sermo, ἀκέφαλος λόγος, dicitur imperfectus ac mutilus. Plat. de Leg. 6. ¶ Caput sine lingua. Competit in eos qui in consultationibus aut disputationibus ipsi quidem nihil habent quod dicant, verùm aliorum sententiis annuunt. Laber. Caput sine lingua, pedaria est sententia. ¶ Caput vacuum cerebro, ἄνευ κεφαλῆς τῆς ἐγκεφάλου ἔχων: id est, O' quale caput, & cerebrum nō habet. [Pol. *Głowku bez rozumu.*] De iis qui corporis specie præcellunt ingenio carentes. Natum ex apologo Aesopi.

Cāpŭtāl, pen. cor. capitalis, pen. prod. [κεφαλικὸν, κεφάλαιον. Ang. *A coife to truss up the heare.*] quod sacerdotulę etiam nunc in capite solent habere. Hæc Varro de Ling. Lat. Festus autem: Capital, inquit, linteum quoddam quo in sacrificiis utebantur. ¶ Capital item facinus, ut idem Festus autor est, quod pœna capitis luitur. Hinc Attius l. 6. de re milit. Si quis commilitonem gladio vulneraverit, Capital admittit. Cicer. 2. de Legib. Quique non paruerit, capital esto.

Cāpŭtālis, le, adject. [κεφαλικός. Gall. *Capital, criminal, mortel.* Ital. *Capitale, mortale.* Ger. Das den tod verschuldet hat. Belg. Een quet roetetoos mentsch. Hisp. *Crimenoso, digno de muerte.* Pol. *Godzien przepadaiący, śmierci godny.* Vng. *Főbűtős dolog.* Ang. *Deadlie, worthie of the death.*] Quod capitis supplicium meretur: ut capitale crimen, Cic. 7. Verr. Primum insimulatio est repentina, capitalis atq; invidiosi criminis. ¶ Capitale crimē nō ita planè est intelligendum, quòd vita privaretur is, qui crimine capitis damnatus erat, capitis pœna sequeretur. Capitis aūt pœna, vel libertatis vel civitatis amissio dicebat', quā utranq; capitis diminutionē vocabāt: at cap. diminutio quū triplex esset, maxima, media, minima: non omnis tāmē pœna fuit, sed tantū duæ priores: maxima, quę libertatis ademptione: media quæ civitatis: minima, quū familia mutaretur, beneficiū potiùs quām pœna fuit: quòd si cui magistratus adimeretur, capitis ea diminutio nō fuit ut Inst. lib. 1. legimus: sicut capitis ea diminutio fitis manēte magistratu, ut in mancipatione filii: quod xlviii. de capite minutis traditū est: quocunq; aūt in crimine vel maxima vel media capitis diminutio sequeretur, capitale illud esse crimē dicebatur. Ex lib. quem edidit Manutius de legibus Rom. ¶ Capitalis aliquādo ponit' p̄ pretiosus. Cic. in Anton. Capitalem vel pestiferū M. Antonii reditū à Brundusio expectabamus. ¶ Capitalis oratio, ἀξιόλογος λόγος. Cic. lib. 1. Offic. c. 31. Capitalis oratio est ad æquationem bonorū pertinens. ¶ Capitalis ira ab Horatio dicitur pro mortifera. Capitale odium, ἐχθρὸς θάνατος. ¶ Capitalis morbus, quòd caput & hominis vitā perat. ¶ Capitalis locus dicebatur, ubi si quid violatum erat, capite violatoris expiabatur. ¶ Capitale pactum, capitale vitium, propter quod debeat quis ad pœnam capitis peri.

Cāpŭtāl, substantivum, Crimen capitis periculo dignū. [Pol. *Gwałt, a straceniu.* Vn. *Főbűn vétek.* Ang. *A hie adlie crime.*] Plaut. in Menæch. Nunquam ædepol fugiet, tametsi capital fecerit.

Cāpŭtālĭtĕr, adverbium. [κεφαλικῶς, θανατικῶς. Gall. *Mortellement, à mort.* Ital. *Mortalmente.* Ger. Tödtlich. Hisp. *Mortalmente, à muerte.* Polon. *Śmiertelnie.* Vng. *Halálos képpen, fő vesztiben.* Ang. *Deadlie.*] Plin. Epist. 5: Præterea reminiscebantur, quām capitaliter meipsum apud Centumviros lacessisset.

Cāpĭstrum, n. t. Capitis vinculum, quod equis & hujusmodi animalibus adhiberi solet, ne fugiant. [מחסום *machsom.* κημός. Gall. *Licol, bride ou chevestre.* Ital. *Capestro, legame, fune.* Ger. Ein band dz man den Rossen vmb dē kopff legt / ein Halfter. Hisp. *Xaquima à cabestro.* Pol. *Nagłowek.* Vng. *Kötő fék, lanczos fék.* Ang. *An halter.*] Martialis: Pater purpureis aper capistris. ¶ Colum. lib. 5. vitibus attribuit, quum inquit: Quare quum ad summum palum recta vitis extenta est, capistro constringitur, ne fœtu gravata subsidat, curveturq;. ¶ Et capistrum dicitur, quod circa os brutorum volvitur, ne cibos decerpant.

Cāpĭstro, as, act. p. Capistrum impono. [חסם *chasam.* κημόω. Gall. *Enchevestrer, lier par la teste, emmoseler.* Ital. *Incapestrare, incavezzare.* German. Ein Halfter anlegen / anbinden. Hispan. *Encabestrar bestias.* Polonice, *Kiełznam, kładę ogłów.* Vngar. *Meg fe-*

Meg fékezlem. Ang. *To put an halter in the head of a beastle.*] Plin. lib. 18. cap. 19: Si inter arbores, vitesq; aretur, fiscellis capistrari boves oportet, ne germinum tenera decerpant. Colum. lib. 11. cap. 2: Vt juga vineis imponantur, & capistrentur.

Cāpĭtātĭo, onis, f. t. [ΟΗ *mai.* Pol. *Pobor od kaydej głowy.* Vng. *Fiu re valo vaudi, ado.*] Tributum quod in capita ita distributum erat, ut lugatio in juga boum. l. immunitates. & l. sequent. C. De agricol. & cens. lib. 11. ¶ Capitatio item pro annona in tit. C. De annonis & capitatione. Budæus.

Cāpĭtātŭs, a, um. Quod formam habet capitis. [κεφαλωτός. Gall. *Teslu, ayant teste.* Ital. *Che ha testa.* Germ. Der ein topff oder haupt hat. Hisp. *Cosa de grande cabeca.* Pol. *Głowacy.* Vng. *Feies.* Ang. *That hath an head.*] Vnde capitatum porrum. Colum. lib. 12: Cultus autem porri capitati assidua sarritio & stercoratio est. ¶ Item capitata vinea ab eodē dicitur, sicut & brachiata lib. 5. cap. 5: Nam duæ species hujus quoq; culturæ sunt: alii capitatas vineas, alii brachiatas magis probant.

Cāpĭtellum, li, n. C. diminutivum est à capitulum, quod significat parvum caput: id est, crassiorem summitatem cujuscunque rei. [כותרת *cotheroth.* κεφαλίς, κεφάλαιον. Gall. *Teslelette, petite teste.* Ital. *Capitello.* Ger. Ein heuptlin, oder ein capitel vnd vnderscheid in einem Buch. Hisp. *Capitel, como de columna à pilar.* Pol. *Głowka.* Vng. *Feiecske.* Ang. *A little head.*] Plin. lib. 24. cap. 16: Inde ramuli assurgunt sua capitella gerentes. ¶ Item capitellum, dicitur epistylium: id est, caput columnarum. [Ang. *The chapiter of a piller.*] Nam basis inferior pars est, hoc & capitulum vocatur. Plin. lib. 36. cap. 23. Spiræ subditæ, & capitella addita. ¶ Recentiores insuper medici Capitellum sumunt pro vase illo duplici, in quo reponuntur herbæ, aromata, & similia, ut igni supposito ex eis aqua exprimatur.

Cāpĭtĭum, n. s. interprete Nonio, Capitis tegumentum est. [צעיף *tsaiiph* פתיגל *pethigal.* κάλυμμα τῆς κεφαλῆς. Gal. *Chaperon ou cape que les femmes portent au temps de pluye.* Ital. *Capello, beretta.* Ger. Ein haupt decke/ auff ein hut/ kapp/ barehe. Hisp. *Bonete, sombrero.* Pol. *Kapelusz, czapka.* Vngar. *Fövög, bérétta.* Ang. *An head.*] Contrà Varro non obscure innuit muliebre tegumentum fuisse, quo illæ pectus vinciebant, & à capiendo: id est, comprehendendo, non à capite esse deductum. Capitium (inquit lib. 4. de Ling. Latina) quòd pectus capit: id est, comprehendit. Idem lib. 4. de Vita pop. Rom. ut citat Nonius: Neque id ab orbita matrumfamilias instituti, quòd eæ pectore & lacertis essent aperis, nec capita habebant. Vlpianus l. vestis. ff. de aur. & argent. leg. Muliebria sunt veluti stolæ, pallia, capitia, zonæ.

Cāpĭtōnes, m. t. dicuntur duri qui nunquam de sua sententia immutātur, ut apud Plaut. in Persa. [קשה ערף *kesheh oreph.* ἀτεγκτοι. Gall. *Teslu, grosses teles, opiniastres.* Ital. *Testarecci, di suo capo, ostinati.* Germ. Hartkopff/ eintönig/ die von jrem kopff oder Meynung nicht abweichen wöllen. Hisp. *Porfiados, confirmados, hombres de cabeca.* Pol. *Twardyl obowie, vporny.* Vngar. *Meg ázalkodot.* Ang. *That hath great heades, stubborne and wilfull.*] ¶ Dicitur & Capito qui magnum habet caput. Cicer. 2. de Nat. deor Redeo ad deos, ecquos si non tam Strabones, at petulos esse arbitramur? ecquos nævum habere? ecquos filos, flaccos, frontones, capitones, &c. ¶ Est item Capito piscis apud Catonē de Re rust. cap. 158. [Ang. *A wedle fishe.* Κεφαλὸς ποτάμιος, vel potius κεφαλὸς πελάγιος, mugil fluvialis, similis est mugili cujus in dorso unica pinna, os sine dentibus, sed asperum, branchiæ quaternæ ac geminæ, oculi pupilla nigra, Cato cap. 148. de alvo dejicienda, piscem capitonem (scriptum capitoneum) & scorpionem memorat. Ausonius in Mosella: Squamineus herbosas capito interlucet arenas, Viscere prætenero fartim congestus aristis.

Cāpĭtōsŭs, a, um. ¶ κεφαλώδης. Polon. *Wielki łeb.* Vngar. *Nagy fejes.* Ang. *Which hath a great head.*] Qui magnum caput habet. ¶ Interdum dicitur qui est duri capitis, qui & cervicosus appellatur.

Cāpĭtŭlātim, dicitur quod in summo crassum quiddam habet in morē capitelli. [κεφαλωτῆς. Pol. *Kokliaśli.* Vng. *Feiei, hoteu.*] Plin. Folia bovis linguæ similia, minora, subcandida, & in cacumine capitulata.

Cāpĭtŭlātim, adverb. Per capita. [Gall. *Par peti sommaires & articles.* Ital. *Per capitoli, per parti.* German. Durch die capitel/ von capitel zu capitel. Hispan. *De capitulo en capitulo.* Pol. *Po części, od części do części.* Vngar. *Feiecsként.* Ang. *By speciall heades and summes.*] Plin. lib. 2. cap. 12. Nunc confessa de isdem breviter atque capitulatim attingam.

Cāpĭtŭlo, as, act. p. Capitulū appono vel per capita distinguo, κεφαλαιῶ. Vnde & Recapitulare, ἀνακεφαλαιοῦμαι, est breviter quæ dicta sunt per capita recensere.

Cāpĭtŭlum, diminutivum, Significat parvum caput. [κεφάλιον. Gall. *Teslelette, petite teste.* Ital. *Piccol capo.* Germ. Ein hauptlin/ köpffin. Hisp. *Pequenna cabeca.* Pol. *Głowka.* Vng. *Feiecske.* Ang. *A little head.*] Plaut. Curc. Vbi quid surripuere, operto capitulo caldum bibunt. Est & vox blandientis. Idem: Meum capitulum, meus ocellus. Terent. O lepidum capitulum. ¶ Aliquando dicitur initium sententiæ, quod per metaphoram etiam caput vocatur. [κεφάλαιον. Pol. *Początek.* Vng. *Kezdet.*] Cicer. 1. de Legib. Nec verò ferent, si audierint te primū capitulum optimum prodidisse in quo scripsit nihil curare Deum, nec sui, nec alieni. ¶ Item capitulum dicitur caput columnarum. Plin. lib. 36. cap. 23: Quoniam capitulis Corinthiorum eadem est altitudo, &c. ¶ Est præterea Capitulum urbs Italiæ propter Bovillas, & Calatias.

Capitulum Martis, Eryngion apud Dioscor. lib. 3. cap. 23.

Cara, radix est herbæ ejusdem nominis, qua lacti admixta Hirtius scribit Cæsaris exercitum diu inopiam levasse.

Cārābŭs, pen. cor. Genus canci. Plin. lib. 9. cap. 11: Cancrorū genera carabi, astaci, majæ, paguri, heracleotici, leones, & alia ignobiliora. Carabi è cæteris cancris cauda distant. In Phœnice *cerni* vocantur, tantæ velocitatis ut consequi non sit.

Caracalla, æ, indumenti genus fuit ad talos usque demissum ab Anton. Imperatore populo datū: unde & Caracallæ agnomen invenit. Autor Sex. Aurel. in Anton. Ejus hæc sunt verba: Caracalli nomen accepit à vestimento, quod populo dederat demisso usque ad talos, quod antè non fuerat: unde hodie Antonianæ dicuntur Caracallæ hujusmodi in usu maximæ Romanæ plebis frequentatæ.

Carbas, κάρβ. Gal. *Garbin.* Ital. *Garbino.* Ger. Der Wind so vnder Sonnen nidergang des Winters herwehet. Hispan. *Viento abrego.* Pol. *Wiatr od południa wiewiący.* Vng. *Nap nyugoti szél.* Ang. *The south west wind.*] A Vitruvio appellatur ventus ab occasu brumali flans, quē usitatiore nomine *Africum* vocamus: Itali *Garbinum* vocant, nomine à Carba (ut videtur) deducto.

Cārbāsŭs, pen. corr. [κάρπασος, λίνον λεπτόν. Gall. *Fin lin.* Ital. *Lino fino.* Germ. Ein schöur leinwat. Hisp. *Vn genero de lino precioso.* Pol. *Płótno cypriskie, weliakies matery.* Vng. *Vékony vászon, vitula.* Ang. *Lawn or fine linnen cloth, cypres.*] In singulari frequentius fœminini generis, interdum etiam masculini, in plurali verò neutri. Papinius in Achilleid. Nec mora jam dextras libaceis carbasus auras Poscit. Propert. Exhibuit vivos carbasus alba focos. Apud Valerium Maximum in masculino genere invenitur. Ita enim ait lib. 1: Quum carbasum, quem optimum habebat, foculo imposuisset, subitò ignis emicuit. Est autem carbasus genus lini miræ tenuitatis in Hispania primùm repertum, ut scribit Plin. lib. 19. cap. 1. Ex carbaso fiebant vela navium, quæ & ipsa Carbasa, κάρπασα, dicuntur. Virg. 3. Aeneid. & auræ Vela vocant, tumidoque inflatur carbasus Austro. Nonius docet Carbasum esse pallium, quo fœminæ amiciuntur opulentiæ causa, ut serico, aut tenui lino. Virg. 8. Aeneid. cum tenuis glauco velabat amictu Carbasus.

Cārbāsĕŭs, a, um, Ex carbo factus. [ὁ λίνος. Gallicè. *De fin lin.* Italicè, *Fatto di lino.* Germ. Das auß schöner oder remer leinwat gemacht ist. Hispan. *Cosa de aquel lino precioso.* Pol. *Zrobiony z płótna.* Vngar. *Vékony vászonbol tsinyalatot.* Ang. *Made of fine linnen cloth.*] Cic. 7. Verr. Tabernacula carbaseis intenta velis collocabat. ¶ Carbasei venti. Tibul. lib. 3. Eleg. Poll hæc carbaseis humorem tollere ventis.

Cārbāsĭnŭs, a, um, ut Carbasina vela, apud Plin. lib. 19. cap. 2: [λίνα κρόκινα. Vng. *Vékony vászonbol vala.*] Quint. Curtius: Carbasinis vestibus Indi & Arabes corpora velant, quæ sunt auro, purpuraque distinctæ.

Cārbāsĭnĕŭs, a, um, idem. [Vng. *Vékony vászonbol vala.*] Varro de Vita pop. Rom. lib. 4: Eadem postea carbasineo magis, ut pellibus tegerentur togæ.

Cārbātĭnæ, [κρεπίδες. Pol. *Kurpie.* Vngar. *Lábas bakkar.*] Calceamenti rustici genus, ex recentiore corio bubulo, unde Carbatinæ crepidæ, apud Catullum. Aristot. lib. 2. de Animalibus, scribit camælos calciari carbatinis, ne scilicet in exercitu longiore itinere fatiscant.

Cārbo, onis, m. t. Propriè dicitur, quum extincta fuerit pruna. [פחם *pechám* רשף *réscheph.* ἄνθραξ. Gall. *Charbon.* Ital. *Carbone.* Ger. Ein kolen. Belg. Ein gebluste kol. Hisp. *Carbon.* Pol. *Węgiel.* Vng. *Hölt szén.* Ang. *A cole, a charcole out burning.*] Persius: Illa prius cremata, mox hæc carbone notasti. Terent. Adelph. Tam excoctā reddā atq; atrā, quàm carbo est. ¶ Aliquādo dicitur Carbo, quū est ignitus. Plin. lib. 18: Et quū cinis in foco concrescit, quum carbo vehementer perlucet.

Cārbŭncŭlŭs, m. f. dimin. Parvus carbo. [ἀνθρακίσκος. Gall. *Petit charbon.* Ital. *Piccolo carbone.* Ger. Ein kölein. Hisp. *Pequenno carbon.* Pol. *Węglik.* Vng. *Hölt szénecske.* Ang. *A little cole.*] Plaut. in Most. Amboretur misero ei corculum, ut carbunculus. Ad Heren. lib. 4: Ipse à vicinis cū testa ambulans carbunculos corogaret. ¶ Est itē Carbunculus, tumor præter naturā, sive ulcoris genus celeriter crustā faciens, cū vehemēti partis inflammatione: ita dictus à carbonis igniti similitudine. [רשף *réscheph.* ἀνθραξ. Gal. *Apostume nommé charbon.* Ital. *Carbonello.* Ger. Ein böß giftig geschwär / ein Carfunckel blater. Belg. Den Carbunckel.

Hisp.

Hisp. *El carbunol.* Pol. *Węgiel żarzący.* Vng. *Tożzi kelés.*] Ejus hæ notæ sunt: Rubor est, superq; cum noh minimum pustulæ eminent, maximè nigræ, interdum sublividæ, aut pallidæ. In his sanies esse videtur, infiá color est niger, ipsum corpus aridum & durius quàm naturaliter oportet. Plin. li. 23. cap. 4: Nomas repurgant, carbunculos rumpunt. ¶ Est item Carbunculus, Gemma igniti carbonis similitudinẽ referens, ipsisq; etiã noctibus lucens, & quibusdam quasi radiis refulgens: quæ apud Indos, & Garamãtas invenitur. [קדח *ekdách.* αἰθαλώνιον. Gall. *Pierre precieuse appellee esiarbuncle.* Ital. *Pietra pretiosa detta carbonicle.* Ger. *Ein Carfunckelstein der zu nacht scheint.* Hisp. *El carbunol piedra.* Pol. *Karbunkul Kamień drogi.* Vng. *Drága kö'a'z kö karbunculusnak hivnak.*] Plin. lib. 37. cap. 7: Principatum habent carbunculi, à similitudine ignium appellati, quum ipsi non fentiant ignes: ob id à quibusdam Apyroti vocati. ¶ Sumitur quandoque Carbunculus, pro terra, ubi tesselæ lapideæ, & nigræ reperiuntur. Palladius: In Ianuario mense carbunculus, nisi stercoretur, macras vineas reddit. Plin. lib. 16: Maximæq; fabulam humidum, aut carbunculum, aut tophaceam formam. ¶ Hinc Carbunculosus ager dicitur, in quo id genus carbunculi abundat. Colum. lib. 5. cap. 11: Nam carbunculosum agrum nisi stercore juves, macras vineas efficere dixerit. Plinius lib. 31. cap. 3: Sabulosum masculum, & arena carbunculosa certas promittit venas stabiles q; & salubres. ¶ Carbunculus præterea in vitibus & arboribus dicitur, quum earum flores adaruntur, & ad carbonis siccitatem nigredinemque redigunur, σφακελισμός. Plinius lib. 17. cap. 24. Syderatio tota è cœlo constat: quapropter & grando iis in causis intelligi debet, & carbunculatio, quod pruinarum injuria evenit. Hæc enim Verno tempore invitatis, & erumpere audentibus sans mollibus insidens, aduritlactescentes germinum oculos: quod in flore carbunculum vocant.

Cārbūncŭlo, as, ass. p. neut. absolutum, & Carbūcŭlor, aris, deponens, pro eo quod est, carbonis similitudine aduro, seu incendo. [קדח *kodhach.* σφακελίζω. Gall. *Estre enflammé & rongé comme un charbon.* Ital. *Essere infiammato come carbone.* Ger. *Brennen oder mit brennen toten oder wie ein gluh.* Hisp. *Abornazarse la vina.* Pol. *Węgrzeć.* Vng. *Tö'z módra meg gyuladok, i'mödkölni.* Ang. *To be inflammed and redde lik a cole.*] Plinius lib. 25. cap. 3: Succus eorum carbunculantibus circa oculos ulceribus, & pustulis, procedentiq; pupillæ efficax. Idem lib. 12. cap. 7: Verum & his sua injuria est, arq; cœli intemperie carbunculantur, fiunt q; semina cassa, & inania. Idem lib. 12. cap. 28: In hoc tempore intervallo res summa vitium agitur, dectetorio uris syderetillo, quod Caniculam appellavimus: unde carbunculare dicuntur, ut quodam uredinis carbone exustæ.

Cārbōnārĭus, substantivum, m. s. Qui carbones conficit. [ἀνθρακεύς. Gall. *Charbonnier.* Ital. *Carbonario.* Ger. *Der da kolen macht/ Kohlmann.* Hisp. *Carbonero.* Pol. *Węglarz.* Vng. *Szénégető.* Ang. *A colier.*] Plautus in Calt. Sine modò rus veniat, remittam ad te rovum. Cum furca in urbem, tanquam carbonarium.

Cārbōnārĭus, a, um, adjectivum:] ἀνθρακικός. Gall. *De charbon, les apparitances de charbon.* Ital. *Di carboni.* Ger. *Das zu kohlen gehört.* Hisp. *Cosa pertenciente à carbon.* Pol. *Węglowaty.* Vng. *Szénnemü.* Ang. *Pertaining to coles.*] ut. Fornax carbonaria. Carbonarium negotium exercere. Plin. de viris illust. Nam pater eum quæstis patricius, ob paupertatem carbonarium negotium exercuit.

Cārcĕr, eris, m. s. Locus in quo servantur noxii, vel undecunque qui exire prohibetur: quasi Coarcer: à coërcendo, ut doceet Varro: quod vincti in eo custoditi prohibeantur exire. [δεσμωτήριον, φυλακή. Gall. *Prison.* Ital. *Carcere, prigione.* Ger. *Ein Kerker/ein gefengknuß.* Belg. *Een gheveinckenisse.* Hisp. *Carcel, lugar de presion.* Pol. *Tarar.* Vng. *Tömlöc.*] Ang. *A prison or gaol.*] Livius lib. 1: Carcer ad terrorem increscentis audaciæ, medio urbe, imminẽs foro ædificatur. Cicero 7. Verr. Cur carcer ædificatus? cur tot supplicia in improbos more majorum constituta? ¶ Vode & in circo, unde emittebantur equi, Carceres sunt appellati, quòd coërceantur equi, ne inde exeant, antequam magistratus signum miserit. [βαλβῖδες, ἱππόδρομοι. Gall. *La barriere, ou le lieu duquel partoyent les cheuaux pour courir en ce public le mesme.* Ital. *Luoco donde si partano i cauali per correre.* Ger. *Schranken/ in welchen die Roß gehalten werden.* Hisp. *La cuerda que emparcia los cauallos.* Pol. *Sprunky.* Vng. *Tö'ra futo Qil, ab emmenaZ into leuurky boZ ältatuab.* Ang. *Places where the horses lieton to runne, a goale.*] Terminum autem ad campi finem, ubi cursum sistunt. Metam pro fine ponimus. Et hoc quidam dicant in singulari tantùm significari custodiam publicam, in plurali currentiũ equorum repagula, vel funes, qui equis ad metam currere volentibus opponuntur: Cicero tamen utrunq; indifferenter posuit. Nam in Catone sic inquit: Nec verò velim quasi decurso spatio, ad carceres à calce revocari. Et lib. 4. ad Herenn. Quasi liquis ad Olympiacum cursum venerit, & steterit ut emittatur, impudentesq; illos dicat esse, qui currere cœperint, ipse intra carcerẽ stet. ¶ Hinc dicimus, A' carcere, ἀπὸ βαλβῖδος, pro ab ipso rei principio. Et, à carceribus, ἀπὸ βαλβῖδων, pro eodem. ¶ Carceres interdum pro furibus, seu captivis poni solent: Græcè εἱρκτοῦται, idq; per metonymiam, continens pro contentis, quemadmodum etiam Ergastula sæpè accipimus pro iis, qui ergastuli sunt inclusi. Cic. in Epist Quacunq; ivit, ergastula solvit.

Cārcĕrārĭus, a, um, Quod ad carcerem pertinet. [ὁ εἱρκτικὸς, ὁ ἐν τοῖς εἱρκτοῖς, ὁ ἀπὸ τῶν εἱρκτοφυλάκων. Pol. *Tarassowi.* Vng. *Tömlöb. Z hö Z valo.* Ang. *Belonging to a gaill.*] Plautus in Capt. Ægrè mihi est, hunc quæstum facere carcerarium.

Cārchēdŏnĭŭs. [καρχηδόνιος, ὁ μεταξύλιθος. Ger. *Ein Carcedonier.*] Genus inter metalla æris repertum, vilissimum, mimumq;: idem fragile, & colore incertum: ac virentium in caudis pavonum, columbarumq; collo plumis simile. Alio nomine Smaragdites dicitur. Vide Plin. lib. 37. cap. 5.

Cārchēsĭum, [καρχήσιον. Ger. *Ein trauß/ oder ein andere gattũg Trinckgeschirr.* Pol. *Kredenc z ſ'ati.* Vng. *Magas, virágos, fwiss poha.*] Poculi genus. Virgilius 5. Aeneid. Hic duo rite mero libans carchesia Baccho. Tradunt Iovem, quando cum Alcmenã concubuit, in pretium ei concubitus carchesium aureum dedisse. ¶ Est autem id vasis genus procerum, ac circa medium partem compressum, ansatum mediocriter, ansis à summo ad infimum pertingentibus. ¶ Est præterea Carchesium in navibus suprema pars mali, à qua velli latera, quæ cornua vocantur, utrinq; diffunditur: à cujus figura Asclepiades, referente Macrobio, vascula ejusdem nominis dicta arbitratur. ¶ Mali autem navium in tres omnino partes distinguuntur: quarum infima Pterna vocatur, media, πτέρνα, suprema Carchesium. Plura de hoc vide apud Macrobium, Cimitum, & Bayfium.

Carchoquios, genus ranunculi, cæmulentum in dorso, habẽs in venre croceas maculas.

Cārcĭnethrŏn. [καρκινέθρον. Ger. *Wegtrit.* Pol. *Sporyſ, Podrapuk.* Vng. *Szent, indas fuve.*] Genus herbæ, quod Græci polygonon vocant: cujus succus naribus infusus suppurinet sanguinem: & cum vino potus cujuslibet partis profluvium excreationesq; cruentas inhibet. Geniculatam Latini vocant. Plin. lib. 27. cap. 12. Vulgo *Centinodia.* Dicimus hic, herba sancti innocentis.

Cārcĭnĭās, καρκινίας, Gemma est marini cancri colore. Plinius lib. 37. cap. 11.

Cārcĭnŏdes Vide CARCINVS.

Cārcĭnōma, pen. prod. n. t. Cancer morbus. [καρκίνωμα. Gal. *Chancre, maladie en partie superieure.* Ital. *Cancaro.* Ger. *Der krebs/ein krandheit.* Belg. *Den krancket.* Hisp. *Cancerò cerato.* Pol. *Kawernomie cyſ'a, Padanie ſ'ye cyſ'a.* Vng. *Fene.* Ang. *A canker or disease in the superiour partes.*] De quo vide Plinium libro 20. capite 9. Cato de Re rust. Et liquid in mammis ulceris natum, & carcinoma, brassicam tritam apponito, sanum faciet. Celsus tria facit ejus genera: primum Cacoëthes, quum ulcus quidem pressum est, sed quæ circa sunt, intumescunt: secundum sine ulcere: tertium quod Thymũ vocat. Vide plura in dictione CANCER.

Cārcĭnŭs, pen. corr. m. s. Cancer animal & signum cœleste. [καρκίνος. Gall. *Vn cancre.* Ital. *Granchio, granchio, cancro.* Ger. *Krebs/das thier.* Hisp. *Cangrejo.* Pol. *Kak.* Vng. *Rák.* Ang. *A crabbe or he auculie signe.*] Vide in dictione CANCER. Lucan. lib. 9: Par geminis Chiron, & idem quod Carcinus ardens, Humidus Aegroceros. ¶ Est item Carcinus, καρκῖνος, duorum poëtarum Tragicorum nomẽ, quorum alter Atheniensis fuit, alter Agrigentinus: quorum scripta enumerat Suidas.

Cārcĭnŏdes, neut. gen. καρκινώδες, Vitiũ, seu morbus cancri naturam imitans, similiq; modo serpens. [Vng. *Folyſ.*] Plinius libro 20. capite 17: Narium quoque carcynodes consumit illitum ex aqua.

Cardaces. [Pol. *Niſzy kojtcy.* Vng. *Predáual elö kalo Z.*] Apud Persas appellabantur, qui ex rapto vivebant: nam Carda apud eos bellicosum, & violentum significabat. Autor Strab. lib. 15.

Cardamine, [καρδαμίνη. Gall. *Mente aquatique.* Ital. *Balsamita, menta aquatica.* Ger. *Bachmuntz.* Hisp. *Hierba buena de la agua.* Ang. *Water cresses.*] Sisymbrii genus est, quod officinę Nasturtium aquaticum vocant. Vide Diosc. libro 2. capite 117, & Ruell. lib. 2. cap. 60.

Cārdāmōmum, pen prod. n. t. [καρδάμωμον. Ger. *Paradeßkörner.* Ang. *Graines.*] Frutex est amomo similis, odoratus, oblongo semine & anguloso: metitur eodem modo quo amomum. Vide Plin. lib. 12. cap. 15.

Cārdāmum. [κάρδαμον. Gall. *Cresson alenois.* Ital. *Agreto.* Ger. *Brunnencressig.* Hisp. *Nasturcio, malpica.* Pol. *Rzeżucha.* Vng. *Torös.* Ang. *Gardencresses.*] A' Græcis vocatur herba, in hortis passim provenions, quam Latini Nasturtium hortense vocant. Cardamum autem dictum putatur ἀπὸ τῆς καρδίας, quòd cor foveat,

foveat, & in syncope illa, quam Cardiacam vocant, plurimum valeat. Alii diversa ratione usi, sic dictum arbitrantur, quòd caput edomet, quasi καρηδαμνον. Nam arcem mentis obsidens suo ferit acremento, & igneo vi præditum caput tentat. Capitis tamen vitia purgare creditur: unde ortum est proverbium: ἔδε καρηδαμνον: hoc est, Ede nasturtiũ: in eos dici solitum, quibus sanum non est cerebrum.

Cardax, καρδαξ, Saltatio obscœna & Comica, inquit Budæus.

Cārdĭa, Græca dictio, Latinè Cor: [לב leb καρδια. Gall. Cuer. Ital. Cuore. Ger. Das Herz. Belg. Dat Hert. Hisp. Corazon. Pol. Serce. Vng. szyw. Ang. The hart.] quanquam etiam à priscis medicis, teste Galeno, pro superiori ventriculi orificio ponebatur: quo pacto ipsum etiam Hippocratem aliquando loquutum esse ostendit. Hinc factum est ut Cardiacus morbus dictus sit, non qui cor, sed ipsum infestet ventriculum: quippe qui fiat ex humoribus mordacibus, & venenatis, in ventriculo congestis, nimioq; dolore syncopen afferentibus, quam Cardiacam appellant.

Cārdĭăcŭs, ac, Pro illo qui cardiaco morbo tentatur. [καρδιακος. Germ. Den jem Hertzen weh ist. Pol. Kardyakow. Vng. szywe fiża.] Cicero 1. de Divinat. Ego autem haud scio an nec cardiacis hoc tribuendum sit, nec phreneticis. Iuven. Cardiaco nunquam cyathum misturus amico. ¶ Est & Cardia nomen urbis in Thracia, ad Melanem sinum, à cordis similitudine vocata, teste Plin. lib. 4. cap. 11.

Cārdĭālgĭă. [καρδιαλγια. Vng. szywfiża, bolesi szywowa sag. Ang. Sorenes of the harte.] Dolor cordis, & mentis tristitia. Item ventriculi erosio, quæ & Cardiogmos dicitur. Vide infrà.

Cardimum, (quod hic pro nasturtio hortensi perperam legebatur) vide CARDAMVM.

Cārdĭōgmŭs, mi. [καρδιογμος. Pol. Rzyganie wbrzuchu. Vng. Gyomor fuiás. Ang. Gaping of the stomacke.] Morbus est ventriculi, ortum habens ex humoribus acribus & mordacibus, ipsum ventriculi orificium (quod prisci Græci, teste Galeno, etiã καρδια appellarunt) intolerabili punctione erosionemq; infestantibus, nonnunquam etiam syncopen inducentibus. Ea enim pars corporis exactissimo tactus sensu est prædita, propter insigne par nervorũ ad eam à cerebro transmissum. Quo fit ut dolores ea in parte sint maximi, quibus quum vires ferendis pares non sint, solet subsequi ea syncope, quam stomachicam vocant.

Cārdĭsce, καρδικη. Gemma est, quę fit ex draconis cerebro, viventi abscisso, alio nomine Dracontias dicta. Plin. lib. 37. cap. 10: Draconites, sive dracontias è cerebro fit draconum: sed nisi viventibus abscisso nunquam gemmascit, invidia animalis mori se sentientis. Igitur mos est, ut dormientibus animalibus caput amputent. Encardia cognominatur & Cardisce.

Cārdo, inis, dub. gen. 1. Ferramentum circa quod fores vertuntur. [ציר tsir. γονφος, φοφόδε, φοφόδε. Gall. Le gond d'vn huis ou porte, le pivot d'vne porte, le tenon qui se met en vne mortaise. Ital. Cangliero. Germ. Der angel an der thur. Hisp. El quicio sobre que se buelue la puerta. Pol. Haki w drzwi. Vng. Ayto sark. Ang. The hing, hingell, or hooke of a gate or dore.] Virg. il. 6. Aeneid. -foribus cardo stridebat ahenis. Plaut. in Amphit. Pene effregisti, fatue, foribus cardines. ¶ Hinc apud Romanos fuit dea Cardea, sive Cardinea, quæ Cardinibus præerat, quasi Cardina. ¶ Cardines etiam dicũtur duę cœli partes immobiles sibi mutuò oppositæ, quarum altera est ad Septentrionem, altera ad Austrũ: Græci πολους vocant: unde etiam stella Boreali polo proxima, quæ est in cauda minoris Vrsæ, Polaris stella vocatur: non quòd sit polus ipse, sed quòd sua circumvolutione circulum minimum efficiat, cujus polus est centrum. Linea autem illa recta, quam Astronomi ab uno cardine ad alterum imaginantur: propriè Axis appellatur. Sæpè tamen Cosmographi Cardinum nomine quatuor præcipuas cœli regiones intelligunt, Ortum, Occasum, Septentrionem, & Meridiem. ¶ Cardo etiam in agrorum limitatione appellatur limes, qui per agrum cursit à Meridie ad Septentrionem: sicut Decumanus vocatur limes ille, qui secat agrum ab Exortu ad Occasum, ut inquit Plinius, & Columella. ¶ Ponitur interdum Cardo pro opportunitate, ἀκμη, καιρος. Virg. 1. Aeneid. -haud tanto cessabit cardine rerum. Quod Servius inde tractũ existimat, quòd in proverbio dicitur: Res in cardine est, & Circa id verti cardinem dicimus, in quo summa rei est.

Cārdo, à veteribus dictus est limes, qui à Meridiano ad Septẽtrionem dingeret, à mundi cardine. Hoc Aggenus & Hygiinus tradiderunt.

Cārdĭnātŭs, a, um, [σφηλωτος, ἐφηλω. Pol. Hakami spinani. Vng. Sarkas.] ut Tignum cardinatur. Vitr. lib. 10. cap. 22: Conjuncta capitibus transversatio cardinato tigno, & altero mediano inter duos scapos cardinato.

Cārdĭnālĭs, & Cardineus, adjectiva sunt à cardine deducta, quibus recentiorum nonnulli usi sunt pro præcipuo seu principali.

Cārdŏpŏs, [καρδοπος. Gall. Coffre au pain. Ital. Cassa del pane. Ger. Brottasten/Brotkorb. Hisp. Cazna de pan. Pol. Koszyk chlebowy. Vng. Kenyer tarto szekrény. Ang. A cofer or chest for bread.] Significat arcam panariam.

Cārdŭēlis, [κανναβις. Gall. Chardonneret, ou chardonnerette. Ital. Gardarello, gardellino. Germ. Ein distelfink/ein distelvogel. Hisp. Siegerita ave. Pol. Szygiel. Vng. Tengilicz. Ang. A finche birde, or linnet.] Avis parva, capitè rubro, aliis luteis, albo nigroq; distinctis: dicta quòd carduorum semine pascatur. Plin. lib. 10. cap. 24: Minimæ avium cardulaeces imperata faciunt: nec voce tantum, sed pedibus & ore pro manibus.

Cārdŭus, Herba vulgo nota, à qua Carduelis avis appellata. [דרדר dardar, κνικος, κνιφος. Gal. Chardon. Ital. Cardo. Ger. Ein distel. Hisp. El cardo generalmente dicho. Pol. Osat. Vng. Bogancs. Ang. A thistle.] Virg. 1. Georg. -segnisq; horteretur arvis Carduus.

Care, Vide CARYS.

Carectum, Vide CAREX.

Cārĕo, es, carui & caussus sum, & caritum, & caussum, secundum Prisciianum, est rem desideratam non habere: & propriè de re dicitur, teste Cicerone, quod aliquando habuimus, & quo nunc indigemus: [חסר chaser, ενδεια. Gal. Auoir faute de vne chose, ou vouloir bien auoir. Ital. Mancare, essere senza. Germ. Mangeln. Belg. Ochoeven/derven. Hisp. Carecer. Pol. Niedostatecznosc, niedostatnosc. Vng. szükölködöm. Ang. To lack that which we wold haue, or want.] ita enim ait Tusc. lib. 1: Triste est nomen ipsum Carendi, quia subjicitur hæc vis: Habuit quis, non habet, desiderat, requirit, indiget. Et mox: Carere igitur hoc significat, egere eo quod habere velis: inest enim velle in carendo, nisi cum sit tanquam in febri dicitur, alia quadam notione verbi. Dicitur enim alio modo etiam carere, quum aliquid non habeas, & non habere te sentias: etiamsi id facilè patiare. Hactenus Cicero. Ex quo patet, Carere non modò de iis rebus dici, quæ ad nostrum usum naturamq; accommodatę sint, sed etiam de aliis: ut, Carere febri, Carere dolore, Carere molestia, & his similia. ¶ Construitur autem hoc verbum aliquando cum genitivo. Terẽtius in Heavtont. Nam dum abs te absum, omnes mihi labores fuere, Quos cepi, leves, præterquam tui carendi quòd erat. ¶ Aliquando cum accusativo. Plautus in Curcul. Sed quid est, quòd lubet perditũ dicere te? PH. Quia id, quod amo, careo. ¶ Sæpiùs verò cum ablativo: ut, Carere domo, patria. Cicero pro Milone: Comprehensus est in templo Castoris servus P. Clodi, quem ille ad Cn. Pompeium interficiendum collocarat: extorta est confitenti sica de manibus: caruit foro postea Pompeius, caruit Senatu, caruit publico: id est, in forum non venit, in senatu non fuit, in publico non versatus est. Idem de Finib. lib. 1: Itaq; non placuit Epicuro medium esse quiddam inter dolorem & voluptatem: illud enim ipsum quod quibusdam medium videtur, cum omni dolore carere, nõ modò voluptatẽ esse, verumetiam summã voluptatem. Et Epist. Famil. lib. 6: Aegypta ad me venit pridie idus Aprilis: et etsi mihi nuntiavit te planè febri carere, & bellè habere, tamen quod negavit te potuisse ad me scribere, curam mihi attulit. Quod autem Plautus in Curcul. dixit: Caruisne febris te heri, vel nudiustertius? hypallage quædam est, & prepostera omnino loquutio. ¶ Aliquando ponitur pro abesse. Cic. ad Atticum lib. 9: Ego meo Ciceroni, quoniam Roma caremus, Arpini potissimum togam puram dedi.

Carenum, ni, numeratur in generibus vini dulcis, cum mensti unà parte decocta deperditaq; relinquuntur duę. Hujus vocis meminerunt Palladius & Græci rerum rusticarum scriptores, & in Medicina Nicolaus Myrepsus & Apitius coquus. Turnebus autem vinum velut Daricum esse putat. Genus enim tale vini, ut credibile est, primi Cares decoxẽre, & nomine de se affecẽre. Carduariæ inde videntur apud Palladium appellatæ cortinæ & vasa, in quibus coquitur carduum.

Careum, Frutex peregrinus, gentis suæ nomine appellatus culinis principalis: laudatissimus ex sua genere id est, Caria, ut Plinius lib. 19. cap. 8. testatur. Non igitur legendum Carpum à carris, ut Alciat. putat, neq; Carinon, neq; Cæreum.

Careum, sive Carium, Plinio, [καρον. Pol. Kaliarnack.] Dioscoridi. Herbę genus est, gentis suę cognomento ita appellatum, semen habẽs ejusdem nominis. Athenęus Pastinacam majorem interpretatur, vulgata pastinaca multò præstantiorem. Officinæ Carui appellant. Vide Ruell. lib. 3. cap. 43.

Cārex, fœm. gen. Herba acuta & durissima, similis sparto, uliginosis & palustribus locis plurima nascens. [גמא gomeh, סוף suph, דגה dagah. Germ. Riettes Riedgras. Pol. Rogoż, ostrzyca. Vng. Sás. Ang. Segge or sheere grasse.] Virg. 4. Georg. -& carice pastus acuta. Col. lib. 11. cap. 2: Filix quoq; aut carex ubicũq; nascitur, Augusto mense rectè extirpatur: melius tamen circa Idus Iul. ante Caniculæ exortum.

Cārĕtum, ti, Locus caricibus plenus. [גמאה gomeh, סוף suph, דגה dagah. Vng. Sásos. Ang. A place where segge doth grow.] Virg. 1.

Virg.3. Aeglog. -tu post carecta latebas. Colum.lib.6.cap.12: Melius nemoribus herbidis, & frutetis, & carectis, quàm lapidosis locis durantur ungulæ.

Cariatis. Vide CARYATIS.

Cārīcē, æ, f.p. Genus fici, à loco sic dictum. Plin.lib.13. cap.5: Syria præter hanc peculiares habet arbores, &c. In ficorum genere, caricas, & minores ejus generis, quæ coctana vocant. Cic.2.de Divin. Quum M. Crassus exercitum Brundusii imponeret, quidam in portu caricas Cauno advectas vendens, Cauneas clamitabat.

Cārīcō, as, penult. correpta. Onero. [βαρυνω, φορτίζω. Pol. Obciaçam. Vng. Megterhelem.] Hieronymus: Origenes majora cogitans, proprium q; ingenium fere non sufficiens, oneribus majoribus caricabat se: & quum sic incedere non posset, ruina magna devolutus est.

Cārīes, ēi, f.g. Putrilago ex vetustate. [רקב rakib רקבון rikkabon. Gal. Pourriture de bois & vermoulissure, mesissure. Ital. Tarlo. Germ. Schimmel vnd faule so von der eite eines dings kompt. Belg. Verroeydinghe: vermottinghe/verondinghe. Hisp. Carcoma de madera o de otra cosa. Pol. Zbuczał ości, sprochniał ości. Vng. Szu ont, ofsag. Ang. Rottennesse of wood by long continuance, wormeatting.] Lucil.lib.4: Nec auriculam obsidat caries, ne vermiculis. Auson. Lineas, cariemq; pati te charta necesse est. Propriè autem Caries in ligni dicitur, quum à vermiculo, qui à Græcis σής dicitur, erodunter. Colum.lib.12: Omnis materia in ædificia succidi debet luna decrescente, ut vigesima usq; in trigesimã, qui sic cæsa judicatur carie non infestari. Plinius: Cedri oleo perunctæ materies, nec tineam, nec cariem sentit. Idem lib.12: Celeriter ea cariem sentit.

Cārīōsus, a, um. Quod est carie plenum. [רקב rokib. Σεσηπός. Gall. Fort vermoulu, pourri & corrompu. Ital. Rodato, carrotto da tarli. Ger. Schimichtig/ wormstichig. Hisp. Cosa carcomida de carcoma. Pol. Sprochniały, nagniły y złesiałowy. Vng. Szonat. Ang. Full of rottenesse, wormeaten.] Colum.lib.4: Alia summovenda, quæ vel cariosa, vel justo breviora sunt. Ovid.1.Amor. Quid precer inquis? odi vos cariosa senectus. Rodat. Colum.libro 2.cap.4: Quam tenam rustici variam, carrosamque appellant. Vide Catonem cap.54. & Plin.lib.17.cap.5.

Cārīnā, æ, pen.prod.f.p. Pars navis est, quam alvum aut ventrem vocant: hoc est, ipsa navis concavitas. [τρόπις, κοίλη. Gal. Le fond, du navire, la carine. Ital. Il fondo della naue. Ger. Der boden eines schiffs. Hisp. Carena, el hondo de la naue. Pol. Dno, albo spodek łodzi. Vng. Hajo fenék (avagy) dereck. Ang. The kele or bottome of a ship.] Est & infima trabs, cui inædificatur navis, quæq; ab ea est pro fundamento. Ovid.14.Metam. -mediisq; carinis Subdita navigiis, spinæ mutatur in usum. Idem libro 2.de Pont. Dum mea puppis erat valida fundata carina. Cæsar 1. bel. Civili: Carinæ primùm ac statumina ex levi materia fiebant: reliquum corpus navium viminibus contextum coriis integebatur. Poetæ κατ' ἐξοχὴν Carinam accipiunt pro tota nave. Virg.1.Georg. -quum jam postum tetigêre carinæ. Idem 4.Aeneid. Hac cursum Iliacas vento tenuisse carinas.

Cārīnō, Est in modum carinæ formare. [τρόπιν ποιῶ, κοιλαίνω. Gall. Former en maniere de fond de navire, canner. Ital. Fabricare sopra di fondo di naue. Germ. In gestalt eines schiffbodens machen. Hisp. Dar carena al lado de la naue. Pol. Wypoczam. Vng. Hajo dereck meggyára ifinalom. Ang. To make bottome or lik the bottom of a ship.] Plin.lib.9. cap.33: Saliunt pectines & extra volitant, atq; ipsi carinant: id est, sua sibi concha instrumentum pungunt ad navigandum, & ceu carinam quandam ex testa effingunt. ¶ Aliquando Carinare est probra objicere, quòd quæ maximis probris infectantur, sint infimæ sortis homines, sicut & carina navis pars est infima.

Cārīnātus, a, um, adjectivum est à carina deductum. Concavus ac in carinæ modum incurvatus. [κυρτοειδής, κυρτοκοιλοειδής. Gall. Creux, & fait en facon de fond de navire. Ital. Fatto come vn fondo di naue. Germ. Gestalt wie ein schiffboden. Hisp. Hecho à guisa de hondo de naue. Pol. Wypukły. Vng. Hajo werek formájára borgasitva. Ang. Halow lik the bottome a ships.] Plin.lib.11.cap.37: Pectinum tantùm latum, reliquis carinatum. Idem libro 9. cap.10: Concham esse acatii modo carinatam.

Cārīnātim, significat ad similitudinem carinæ.

Cariosus. vide CARIES.

Carnua. vide CARVS.

Carissam, antiqui pro vasto usurpabant, & nonnulli à carne deductum putaverunt.

Cārmĕn, n.t. quasi canimen à canendo, dici potest quicquid est metricè scriptum. [משורר שיר שיר fshir. ἔπος. Gall. Chanson, vers, ryme, poesie. Ital. Verso. Germ. Ein Gesang oder gedicht. Belg. Een ledeten. Hisp. El cantar, cancion, verso. Pol. Pieśń, wiersz, śpiewie. Vng. Vers. Ang. Verse, meter, poesie.] Vnde Virg.1.Aeneid. versum unum carmẽ dixit: -& rem carmine signo, Aeneas hæc de Danais victoribus arma. Et duos similiter in Daphnide: -tumulo superaddite carmen. Daphnis ego in sylvis, &c. Tota insuper Aeneis, heroicum carmen dicitur: item Aeglogæ universæ, carmen bucolicum. ¶ Quandoque carmen dicitur incantatio, [ἐπῳδή. Ang. A charme.] ut, Carmina de cœlo possunt deducere lunam. ¶ Dicebantur etiã carmina apud veteres, formulæ quædam conceptis verbis & solennibus compositæ. Vnde Iurisconsulti illi vetustissimi dicũtur habuisse carmina quædam excogitata, à quibus non licebat recedere. Cic. pro Muræna: Prætor præterea, ne pulchrum se ac beatum putaret, atq; aliquid ipse sua sponte loqueretur, ei quoq; carmen compositum est, cum cæteris rebus absurdum, tùm verò nullo usu, &c. Istam viam dico, inite viam, &c. ¶ Erant & Saliis sua carmina, quę Saliaria vocabant, Martí peculiariter dedicata. ¶ Habebant & Fęciales suum quoddam carmen ad res repetendas, & bellum destinatum. ¶ Habebãt & patres patrati sua carmina, quibus ad ferienda fœdera utebantur, quorum formulam depingit Liv.lib.1.ab Vrbe condita. ¶ Erat aliud carminis genus in urbium obsidionibus solenne, quod dii tutelares, ne cum illis quoq; bellum suscepti videretur, solent evocari. Hoc teste Macrobio, ferè his verbis constabat: Si deus, si dea est, cui populus, civitasque Carthaginiensis est in tutela, teq; maximè qui hujus urbis populiq; tutelam suscepisti, precor, venerorq;, veniamq; à vobis peto, ut vos populum civitatemq; Carthaginiensium deseratis: loca sacra, templa, urbemq; eorum relinquatis, absq; iis abeatis, eiq; populo & civitati metum, formidinem, oblivionem injiciatis, proditiq; Romam ad me, meosq; veniatis: nostraq; vobis loca, templa, sacra, urbs acceptior probatiorq; sit, mihi quoq; populoq; Romano, militibusq; meis præpositi sitis, ut sciamus, intelligamusq;. Si ita feceritis, voveo vobis, templa deosq; facturũ. Erat & aliud carminis genus, quo hostiũ exercitus solent devoveri, cujus formam Macrob. tradit Saturn. lib. cap.9.

Cārmĭnō, as, are, act.p. Est plectere & lanas ab immunditiis purgare. [שלף shalaf מרט marat מרק marak. κτενίζω, λαξεύω. Gall. Carder ou peigner la laine. Ital. Pettinare, carminare. Ger. Die Wollen streichen / oder seuberen. Hisp. Carmenar ò cardar lana. Pol. Grampluie, trzepie czyszcie wełnę. Vng. Gerebellik, hebellik. Ang. To carde wool.] Plin.lib.9. cap.1: Iuitum est è quinquagenis tãscium libris quinas denas carminari. Idem lib.9.cap.38: Quinis lana potat horis, rursusq; mergitur carminata, donec omnem ebibit saniem.

Cārmĭnātĭō, verbale, f.t. [κτενισμὸς, λαξευσις. Pol. Przegramplamanie. Vng. Gerebellés hebellés. Ang. Carding of wool.] Plin.lib.11. cap.23: Hanc ab his quoq; cogi, lubigiq; unguium carminatione, mox trahi inter ramos tenuari ceu pectine.

Cārmĭnātōrēs, [Pol. Gram płoczę. Vng. Gerebellik, hebellik. Ang. Which cardeth wool.]

Carnarium, Carnarius, Carneus, Carnifex, Carnificium, Carnuarii, Carnosus, vide CARO.

Cārō, nis, f.t. Propriè mortuorum animalium est, quòd careat anima, inquit Donatus. [בשר basar κρέας, σάρξ. Gall. Chair. Ital. & Hisp. Carne. Ger. Fleisch. Belg. vlesch. Pol. Mięsa. Vng. Hus. Ang. Flesche.] At Hieronymus inter carnem & pulpam sic distinguit, ut caro sit quæ sanguine, venis, ossibus, nervisq; constringitur: pulpa quæ manducatur, eò quòd pulsetur & concidatur. Plin.l.6.cap.30: Agriophagi pantherarum & leonũ carnibus maximè viventes: Pamphagi omnia mandentes: Anthropophagi, humana carne vescentes. ¶ Et nõ solùm de animalibus: sed etiam de piscibus pomisq; Caro dicitur. Plin. lib.9. cap.17. de mullis piscibus, & aliorũ piscium carne. Idem lib.16.cap.38: Atq; in toto corpore arborum ut reliquorũ animalium cutis, sanguis, caro, nervi, venæ, ossa, medullæ. Quidã hoc nomen à Græco derivant, κρέας, à quo fit Creo verbum.

Cārnārĭus, Qui carnes vendit ac etiam qui carne delectatur. [κρεοπώλης. Gal. Boucher, chaircuitier. Ital. Beccaio. Ger. Ein Metzger. Hisp. Carnicero, amador de carne. Pol. Rzeźnik. Vng. Mészáros, hus áros. Ang. A seller of flesche, a butcher.] Matt.lib.11: Carnarius sum, pinguiarius non sum: hoc est, carnosa muliere delector, pingui non delector.

Cārnārĭum, n.s. Locus propriè ubi caro salsa suspenditur, seu reponitur. [τὸ κρεωπωλεῖον. Gall. Saloir, boucherie. Ital. Carnaio. Germ. Ein Fleischkammer / ein ort da man das gesaltzen fleisch auffhenckt oder hinlegt. Hisp. Lugar donde se guarda la carne. Pol. Spiżarnia mięsna. Vng. Hely ahol a zött hus fol fogatszatik. Ang. A butcherie, a larderer house.] Plinius: Quippe è macello, aut carnario vivendum est. Plaut. in Capt. Adveniens modò deturbavit totum cum carne carnarium. ¶ Quandoque etiam dicitur locus ubi carnes tantummodo venduntur. κρεωπωλεῖον. Plaut. Cœnam è carnario emit, jam factus satur. Varro tabernam carnariam vocat. ¶ Interdum carnarium accipitur pro ipsa carne, sicut cibarium pro cibo. Plaut. Qui mihi carnarium paravit, ridiculus ad jentandum. ¶ Carnarium item instrumentum dicitur cum pluribus uncis, quibus succidiæ: hoc est, carnes salitæ appenduntur.

Cārnārĭus, a, um, Quod ad carnem pertinet: [σαρκικός. Vng. Hubozh valo. Ang. Belonging to fleashe.] ut, Carnaria taberna, ubi carnes venduntur.

Cārnĕus, a, um, Quod ex carne est. [σαρκώδης. Gal. De chair, charnel. Ital. Di carne. Ger. Fleischin. Hisp. Carnal, cosa de carne. Pol. Mięsnyi. Vng. Husos, hushal valo. Ang. Of fleashe.] Cor. Gallus: Carnis ad officium carnea membra placent.

Cārnĭfex, m. t. Tortor, lictor, Qui carnes ex hominibus facit. [δήμιος. Gall. Boucher, bourreau, meurtrier. Ital. Boia, manigoldo. Ger. Ein Nachrichter, ein Henckter. Belg. Den Bueu. Hisp. Sayon ò verdugo de los hombres. Pol. Kat. Vng. Hohér, hako. Ang. A butcher, a tormenter of mal fachours.] Cic. 7. Verr. Aderat janitor carceris carnifex Prætoris, mors terrorq; sociorum, & civium lictor. Hinc Excarnifico, as, pro excrucio. Terent. in Heavt. Hujusmodi semper cōminiscere, uti me excarnifices.

Causŏ, f. p. [סבה sibbäh דבר dabár עלילה alilah טעם tähem, αἰτία. Gall. Cause, raison. Ital. Causa, cagione. Ger. Ein vrsach. Bel. Een oorsate. Hisp. Causa ò el echaque ò la occasion. Pol. Przyczyna. Vng. Ok, vgy. An. A cause, a reason.] Propriè dicitur id, ex quo, vel propter quod, vel per quod, vel à quo aliquid fit. Cicer. de Fato: Causa ea est, quæ id efficit, cujus est causa ut vulnus, mortis: cruditas, morbi: ignis, ardoris. Et paulò pòst: Nulla igitur earum est causa, quoniam nullam rem sua vi efficit id, cujus dicitur causa. Differt autem Causa à Ratione: quòd Causa dicitur impulsus ipse ad aliquid agendum: Ratio verò ordo gerendorum ex causa venientium. ¶ Est & aliud frequens bonis autoribus. Quid causæ est? τί οὖν; id est, negaréne quisquam potest, vel causam aliquam afferre? &, Causam haud dicam; id est, per me licet, non recusabo. Quatuor autem causarum genera scripsit Aristoteles. Materialem, ex qua aliquid fit. Formalem, per quam aliquid tale fit: Efficientem, à qua aliquid fit: Finalem, cujus gratia aliquid fit. Hinc rerum omnium opificem Deum, causam causarum esse affirmat. ¶ Per translationem Causa dicitur omnis actio quam in senatu vel in foro habemus. [Pol. Sprawa przed rzędem. Ang. A controversie in suite, a matter to be spoken of before audience.] ἀγών. Vnde tria esse causarum genera scribit Cicero: Demonstrativum, ἐπιδεικτικόν: & Iudiciale, δικανικόν: Deliberativum, συμβουλευτικόν. Ex his tamen magis propriè causa dicitur, quæ judicialis est: unde & causam pro lite ac controversia ponimus: ut, Cicero diligenter egit causam Milonis. Cic. 2. de Orat. Atque in civium causis, disceptationibusque diversantur. ¶ Interdum Causa dicitur occasio, ἀφορμή. Terentius in Eunucho: Nunc diu aliquam causam quærebat, quamobrem insigne aliquid faceret. ¶ Interdum dicitur excusatio, ἀπολογία: ut, Honesta est causa mei discessus. ¶ Interdum ratio, λόγος. Ovid. lib. 1. Fastor. Tempora cum causis Latium digesta per annum. ¶ Interdum origo, ἀρχή. Inde & quidā causam à casu dictam existimant, quòd initia & origines rerum, quę causæ sunt, casu eveniant. Nonnulli à Chaos, detracta aspiratione, quòd cōfusa illa materia prima omnium rerum causa fuerit. Alii à Græco καῦσις, quod ardorem, seu incendium significat, quòd causa sit quæ nos accendit ad aliquid agendum. ¶ Alii à cavendo, quòd ea sit quæ cavet ut aliquid agatur, aut non agatur. ¶ Causa item pro partib. accipitur. Lucan. lib. 1: Victrix causa deis placuit, sed victa Catoni. ¶ Causa deserta, ἐρήμη δίκη, dicitur quum nemo repugnat. Translatum à judiciis, ubi nonnunquam altera pars cedens tradit causam adversario. Itaque deserta causa vincere, est vincere nullo contrà pugnante. ¶ Huic simillimum est, Heteromolia causa, ἑτερομόλιον δίκη, δόντα τῶν ἑτέρων μόλιν, quòd alter duntaxat accedat. Vsurpabitur, nō inelegantes ubi quis damnat absentem. At quoniā causa aliter à philosophis, aliter à medicis, aliter à Iureconsultis, aliter à Rhetoribus consideratur, visum est hic operæpretium, singulorū causas seorsum recensere: præterquàm Philosophorum, quæ priùs erant appositæ.

Medicorum.

Causa, alia est procatarctica: id est, evidens, alia synectica: id est, conjuncta, sive continens, alia præcedens, sive interna. Procatarctica est, quæ dum adversam valetudinē creavit, separatur: ut canis mordens, scorpio pungens. Causa conjuncta est, quę quum præsens est, ejus quoque affectus adest: quum verò desinit, etiā affectus evanescit: ut lapis invesica, unguis in oculo. Præcedens causa est, quæ à procatarctica præparatur & adjuvatur. Vel est, qua aucta augetur, & qua sublata aufertur effectus. Perfecta, quæ eundē in seipsa finem facit. Causæ abditæ in medicina vocantur, in quibus requiritur, ex quibus principiis corpora nostra sint, quid secundam, quid adversam valetudinem faciat. Cels. lib. 1: Causæ evidentes in medicina vocantur, in quibus quæritur initiū morbi, calor attulerit an frigus, fames an satietas, & quæ similia. Causas omnium morborum lege apud Hippocratem libro de Flatibus. Causę morborum sunt, spiritus, & aër eodem. Causa est, ad quam aliquid sequitur. Ad eam verò aliquid sequi, & ex ea, per eam, ab ea: aut ex ejus gratia aliquid fieri. Causa in actu, quæ simul cum effectu existit. Causa in potentia, quæ non simul cum potentia existit. Causa efficiens vocatur, à qua aliquid fit. Causa finalis est cujus gratia aliquid fit. Causa formalis est, per quam res habet esse. Nam dat esse rei, & eam conservat in esse. Ipsa nanque præsente rea est, & ipsa fugiente perit. Causa per se vocatur, quum aliquid suapte natura sit, causalitatis nomine pariter est expressa. Causa per accidens, quæ ad effectum eum non ordinatur, aut causalitatis nomine minimè est expressa. Causa materialis, ex qua cum aliquo aliquid fit, vel ex qua quum forma fit compositum, vel in qua aliquid, ut in subjecto. Causa propinqua est quæ particulari nomine designatur: aut inter quam & effectum haud multæ interjacent causæ. Causa remota, quæ nomine communi designatur, aut inter quam & effectum multæ interjacent causæ.

Iureconsultorum.

Causa, verbum generale est, quod comprehendit principiū negotii quum proponitur, & quum quis deliberat, & proponit ut litiget. Quum verò discutitur, Iudicium est, quod accipitur non solùm quum ipsum factum discutitur, sed etiam tractantur ea, quæ præparatoria dicimus ipsius discutionis. At ubi judicatum fuerit, dicitur facta justitia: quia tum jus unicuique est redditum. Alciat. lib. 2. Disputāt. capite 24. l. Lis. Vnde Causa Vlpiano facta est unde obligatio oritur, quod Rhetores αἰτίαν vocant. Idem in lib. 9. ff. Si cert. Et causa transitivè, dicitur omnis actio, quam in senatu vel in foro habemus. Et Causidici patroni dicuntur, qui in causis judiciisque versantur, ubi lites & controversiæ id est, causæ judiciales aguntur. Causa dicitur id ex quo, vel per quod, vel à quo, vel propter quod aliquid fit. Differtque hoc à Ratione, quòd Causa est impulsus ipse ad aliquid agendum: Ratio verò, ordo gerendorum ex causa veniētium. Causa jus respicit, Occasio factū. Causa dominii quæ proxima fit, item quæ remota, Glos. explicat in l. possidere. §. veteres. ff. de Acquirēd. posses. Causa & Factū interdū pro eodē usurpantur. l. plurimū. ff. de Iur. & facti ignor. l. si ex plagis. §. in clivo. ad Leg. Aquil. Causarum tria genera esse notum est. Demonstrativū, Deliberativum (quod & Concionale appellatur) & Iudiciale. Ex iis tamen propriè causa dicitur, quæ Iudicialis est. Vnde causa pro lite & controversia ponimus. Quamvis nonnulli ita distinguant, & cōtroversiam seu litem dici velint, postquam contestatū est: Causam autem, & ante & post contestationem. Causæ definitionem, quā refert Glos. in Rub. ff. de Condition. & demonstrat. Bart. improbat, qui ait: Causam esse quid præteritū vel instans, quo quis impellitur ad aliquid disponendum. Causa criminalis dicitur major, Civilis minor. Aut, Vt omn. obed. Iud. prov. §. si igitur fuerit. Causa efficiens est ejus, ex quo res ipsa fluit, ut Ius civile, tutelæ: Testator, testamentariæ: Lex, legitimæ & Magistratus, dativæ. Ius gentiū emptionis, locationis, mutui, commodati, depositi, &c. Ius civile stipulationis, contractus emphyteutici, &c. Causa favorabilis non ea est (ut existimat vulgus) favore digna, sed quòd favoris plena apud omnes est, & propemodum hæ sunt causæ testamenti, matrimonii, dotis, legitimationis, pupilli, ecclesiæ, viduarū, & aliarum miserabilium personarum. Causa sontica, quæ cuique rei de qua agitur, nocet atque prohibet, ne quis in jus veniat. Causa superior quæ Iuri communi fundata est, vel jus apparentium. Cujus cōtrarium est, causa inferior. Vide Budæū in posteriore de Origine.

Rhetorum.

Causa est, ut dicit Hermagoras, res quę habeat in se controversiam in dicendo positam, cum personarum certarum interpositione. Cicero de Invent. 1: Causa certis personis, locis, temporibus, actionibus, negotiis cernitur, aut in omnibus aut in plerisque eorum. In Topic. Causa ea est, quæ id efficit cujus est causa, ut vulnus, mortis: cruditas, morbi: ignis, ardoris. De Fato: Causam appello rationem efficiendi, eventum id, quod est effectum. In Partit. Chrysippus causarum genera distinguit: Causarum enim, inquit, aliæ sunt perfectæ & principales, aliæ adjuvantes & proximæ. De Fato: Causarum genera duo sunt. Vnum quod vi sua id, quod sub ea subjectum est, certè efficit, ut ignis accendit. Alterum quod naturam efficiendi non habeat, sed sine quo effici non possit, ut si quis æs causam statuæ velit dicere, quòd sine eo non possit effici. Hujus generis causarum sine quo non efficitur, alia sunt quieta, nihil agentia, stolida quodammodo, ut locus, tempus, materiæ, &c. Alia autem, præcursionem quandam adhibent ad efficiendū, & quædam afferunt per se adjuvantia etsi non necessaria, ut amori congressio causam attulerit, amor flagitio. Ex hoc genere causarum ex æternitate pendentium Fatum à Stoicis nectitur, &c. Sunt aliæ causæ, quæ planè efficiant, nulla re adjuvante: aliæ quę adjuvari velint, ut sapientia efficit sapientes sola per se. In Topic. Causa simplex, quæ absolutam continet quæstionem. De Inventione 1: Causa cōjuncta ex quæstionibus pluribus, in qua plura quæruntur. Ibidem: Causa ex comparatione, quam per cōtentionem, utrum potiùs, aut quid potissimùm sit, quæritur. Ibidem: Causam facere dicitur, quo sublato, controversia stare non potest. De Orat. 2: Tria sunt genera causarum, judicii, deliberationis, exornationis. Aristoteles tribus in generibus verum versari rhetoris officium putavit, demonstrativo, deliberativo, & judiciali. In Part. Causæ à cōmuni quæstione sejunctæ partim in judiciis versantur, partim in deliberationibus.

Est etiam

Est etiam genus tertium quod in laudandis aut vituperandis hominibus ponitur. Hæc tria genera vide suo ordine. De Oratore 1: Genera causarum sunt quinque, Honestum, admirabile, humile, anceps, obscurum. Honestum causæ genus est, cui statim sine oratione nostra auditoris favet animus. Admirabile est, à quo alienatus est animus eorũ qui audituri sunt. Humile, quod negligitur ab auditore, & non magnopere attendendum videtur. Anceps, in quo aut judicatio dubia est, aut causa & honestatis & turpitudinis particeps, ut & benevolentiam pariat & offensionem. Obscurum, in quo aut tardi auditores sunt, aut difficilioribus ad cognoscendum negotiis causa implicita est. De Invent. 1.

Causālĭs, ut Causales conjunctiones, qualis est Igitur, apud Probum.

Caūsārĭūs, adjectivum: ut Causarii milites, [λοιμοφόροι, οἱ ἐξ αἰτίας τινὸς ἀπολυόμενοι Pol. Weltemanates dlia przyczyny wyjęte. Vn. Ieu yek. An. That is exsimed in the lawe or excused for any cause.] dicuntur à Livio libro 7, qui propter honestam causam, puta valetudinem, à militia solvuntur, quasi valetudinarii, sive sontici, aut qui omnino causam & missionem habebant ex morbo, senectutéve: Tertius, inquit, exercitus ex causariis semoribusque à L. Quintio conscribatur, qui urbi mœnibúsque præsidio sint. ¶ Sic Causaria missio dicitur, per quam milites solvuntur à sacramento militari. Vlpianus: Causaria, inquit, missio est, quæ propter valetudinem à laboribus militiæ solvit.

Caūsārĭē, adverb. Martianus in l. Milites agrum. §. is etiam. ff. de re militari. Ideo & ad eum, qui causariè missus est, potest dici pertinere, quum huic quoque præmium præsteretur. [λοιμοφόροις ἡδέως, ὡς τοῖς πολλοῖς ἡδέως. Vn. Ieu wy szczęśc.]

Caūsŭla, diminutivum à Causa. [αἰτιῶδες. Pol. Przyczynka. Vng. Okenka, wyrzuke.] Cicer. in Orat. Sed quia & privata ille plesque, & eas ipsas alias, & parvarum rerum causulas scripsit, videtur esse junior.

Caūsŏr, ātus, deponens, rei gestæ causam affero seu reperio, & excusationem adduco. [αἰτιῶμαι, ἀπολογοῦμαι. Gall. Dire & alleguer la raison ou le dequoi faut, s'excuser. Ita. Escusarsi, mostrare il fatto. Germ. Ein vrsach oder entschuldigung derfür tragen. Hisp. Traer causa o escusa, contar razones. Pol. Wymawiać się, przyczynę wnosić. Vn. Ok ad essal mentum. An. To alledge a reason or excuse, to assoine.] Suet. in Nerone: Causatus nondum esse satis horum. Idem: Sylanum item socerum ad necem, secandásque novacula fauces compulit, causatus in utroq; quòd se ingressum turbatus mare non esset sequutus. Gell. Negotium sibi esse causabatur. Virg. Aeg. 9: Causando nostros in longum ducis amores. ¶ Causari etiam culpare est, αἰτιᾶσθαι.

Caūsĭfĭcŏr, causam dico, excusationem affero, recuso. [αἰτιολογοῦμαι, παραιτοῦμαι. Gall. Alleguer ses raisons ou excuses, s'excuser. Ital. Escusarsi. German. Ein vrsach anzeigen / ein entschuldigung tuehen. His. Traer causa. Pol. Wymawiać przyczynę. Vng. Okat adom. Ang. To alledge a reason or excuse, to assoine.] Plaut. in Aubl. haud causificor, quin eam Ego habeam potissimum.

Caūsīfŏ, f. t. Prætextus, excusatio, vel color: quandoque ponitur pro vitio interiore, & ægritudine. [αἰτίαμα. Gall. Excuse. Ital. Escusazione. Germ. Entschuldigung / anfred. Hisp. Aquella cosa tomar causa, excusacion. Pol. Wymówka. Vn. Mentsig, mazaveyach. An. An excuse, assoiung.] Pallad. lib. 1: Si salvo capite in pulmonibus ac thorace, aut hilla est, aut rara causatio.

Caūsīfŏr, adverb. majore cum causa. [ἐπιεικεστέρως. Pol. Zmiecej przyczyn. Vng. Nagyob wggyel, okal.] Plinius in præfatione ejusdem: Quanto nos Causatius ab aliquo judice defendimur, minus defendimus.

Caūsĭdĭcus, pen. corr. dicitur patronus, qui in causis judiciisque versatur. [δικολόγος, ῥήτωρ. Gall. Avocat, celuy qui plaide. Ital. Avocato. German. Ein Fürsprech in Rechtshändlen. Bel. Een voorspreker tot zaken. His. Abogado de pleitos. Pol. Mowca, rzecznik. Vng. Perkaszo. An. An advocat that defendeth an other mans cause, a man of law.] Cicer. 1. de Orat. Non enim causidicum nescio quem neque proclamatorem, aut rabulam hoc sermone nostro conquirimus. Iuven. Satyr. 10: -nec unquam Sanguine causidici maduerunt rostra pusilli.

Caūsĭfĭcī medicamenta, Sunt quæ habent vim causticam: id est, ustivam. καυστικὰ φάρμακα. Plin. lib. 20. cap. 9: Stirpium bratteæ zadorum cinis, inter caustica intelligitur. Martial. Caustica Teutonicos accendit spuma capillos.

Caūstŏn, καυστὸν Latinè dicitur Vstile. Plin. Quartum caustum adelychna.

Caūtē, Cautela, Vide CAVEO.

Caūtērēs, καυτῆρες, idem cum cauteriis, quos Palladius habendos esse in instrumento rustico præcipit.

Caūtērĭum, rii, n. s. Instrumentum quo notæ imprimuntur, & morbi aliqui insanabiles curari solent. [καυτήριον. Gall. Vacanum, au fer chaud. Ital. Ferro da cremare. Germ. Ein Eysen mit welchem man ein Zeichen brennet. Belg. Een tecken ijsser. Hisp. Hierro para quemar. Pol. Zelazo ktorym czyni napaliamy. Vng. Belyegezõ vas. Ang. A markinge instrument, an hoat yron.] Plin. lib. 22. cap. 23: Tempestivè etiam datum cauterii vim obtinet: affluctis etiam utilius, quàm expertibus. Præterea, Cauterii in pictorum instrumentis cõtinetur, quo bituminationes, & fortiores quęque congiutinationes concoquuntur: maximè in ea pictura, quæ ἐγκαυστικὴ appellatur, quę fit carbonibus inustis, resolutis igne ceris. Martianus titulo De fundo instructo, sic refert: Pictoris instrumento legato, ceræ, colores similáque horum legato cedunt: item peniculi, & cauteria, & conchæ.

Caūtērĭānŭs, a, um, quod est cautetio notatum: [κεκαυτηριασμένος. Pol. Necechowany. Vng. Belyegzõt. Ang. Marked or seared with an hoate yron.] unde ab Apostolo Cauteriata conscientia dicta est. 1. Tim. 4. 2.

Caūtēs, hujus cautis, fœm. gen. t. Saxum asperũ & abruptum. [צור tsur צוק tsoik. Gall. Vn rocher, ou vne roche. Ital. Sasso aspero & grande. Germ. Schroffen / ein rauher Fels. Hisp. Piedra aspera. Pol. Przepaść, skała, opoka. Vng. Kosziklia. Ang. A rugged rocke, or hill full of great stones.] Virg. 6. Aeneid. Quam si dura silex, aut stet Marpesia cautes. Plin. libro 2. cap. 96: Iuxta Harpasa oppidum Asiæ, cautes stat horrenda, una digito mobilis: eadem si toto corpore impellatur, resilens. Cæsar 3. bell. Gall. Et ab æstu devehebat, nihil saxa & cautes timerent. Caute loquacior, ἀκριβὲς λαλιστέρας, proverbialis hyperbole in hominem immodice & permolesse garrulum. Sumpta metaphora à cautibus, quæ quoniam assiduis fluctibus tunduntur, multò resonant fragore.

Caūtŏr, Cautio, Cautionalis, Cautus. Vide CAVEO.

Cāvŭs, a, um, Concavus, vacuus: à Chaos, quod quasi vorago quædam erat inanis. [חבוב habib חלול chalol. Gall. Cave, creux. Ital. Vato, cadato, concauo. Germ. & Bel. Hol. Hisp. Profundo, hondo, à hoco. Pol. Wdł'ubany, głębokemu. Vng. Vrs, vrreg, lyukos. An. Holow.] Virg. 3. Aen. -dat signũ speciosa Minerva ab alta Aere cavo. Ovid. 4. Metam. -quæ sanguine mista recenti Coxerat ære cavo.

Cāvŭs, sive Cavum, Locus cavatus, seu concavus. [גב gheb חב ghob. Gall. Creux, trou, tanière. Ital. Luogo cauato, hoco. Ger. Ein hol Ort / ein Hüterloch. Hisp. Hoyo o agujero. Vn. Vdu, wrsieg, wrog. An. An hole or holow place.] Varr. Favere his cavos oportet laxiores, ubi pullos parere possint. Col. lib. 12: Deinde cavum quem feceris, sarculo obturato. Idem scribit Cavum esse locum, qui inter ædium parietes relinquebatur, patulus ut esset. Horat. 1. Epist. Macra cavum repetes arctum, quem macra subsilit. Plin. libr. 10. cap. 12: Pullos in cavis educant avium soli.

Cāvātĭcŭs, a, um, [ἠχεῖος. Vng. Barlangbeli, wrog belyhez vala.] ut, Cavaticæ cochleæ. Plin. lib. 30 cap. 6. Sunt Balzaticæ, quas cavaticas vocant, quoniam in spelunceis nascuntur.

Cāvo, as, act. p. Evacuo, Cavum facio. [כרה charáh חטר chatar. Gall. Cauer, creuser. Ital. Cauare, votare. Ger. Anshöhlen / hot machen. Hisp. Cauar. Pol. Wdł'abiam. Vn. Meg vayom, meg assom. An. To mak holow.] Plin. lib. 36: In Syphno lapis est qui cavatur, tornatúrque in vasa coquédis cibis utilia. Liv. 1. bell. Punic. Itaq; ingens coacta vis navium est, horrisimúmque temerè ad vicinalem usum parataru: novásque alias primùm Galli inchoantes, cavabant ex singulis arboribus. Ovid. 1. de Arte: Saxa cavantur aqua. Virg. 1. Georg. -cavátque Telurem & solido gravitec sonat ungula cornu. ¶ Hujus composita sunt Concavo, Excavo, & Recavo, pen. corr. Ovid. lib. 2. Metam. Est locus, in geminos ubi brachia concavat arcus.

Cāvātŏr, oris, verbale: [כרה charáh חטר chatar. Gall. Cauer. Ital. Vato. Hisp. Cauador. Vn. Vdu. Ang. Which maketh hollowe.] ut, Cavator arborum picus Martius, δρυοκολάπτης. Plin. lib. 10. cap. 18.

Cāvĕa, caveæ, à cavo fit, significátque specum, vel antrũ subterraneũ. [גב gheb מאורה meorah מערה meárah מחבוא mechabo. Gall. Cave. Ita. Caua sotterra. Ger. Ein Hüle vnder dem Erdtrich. Hisp. Cueua. Pol. Podol loch. Vn. Barlang. An. A cave or denne.] Sed quoniam in hujusmodi locis esse consueverunt ferarum cubilia, caveas pro ipsis ferarũ receptaculis usurpamus. Apul. Bestiam immittimus caveæ. Suetonius: Bestiarum more quadrupedes cavea coërcuit. ¶ Et ab hatum similitudine pro septis ex ligno, sive ex chore, aliáve materia factis, in quibus aviculas tenemus. [כלוב chelub, κλουβίον, κλετία. Gall. Cage. Ital. Gabia. Germ. Ein Vogelkefy. Hisp. Iaula para las aues. Pol. Kliatka. Vn. Kalitka. Ang. A cage.] Plaut. in Curcul. Quia enim cavea si forent cõclusi, itidem ut pulli gallinacei. ¶ Item Cavea, est area in medio theatri, in qua equitum subsellia constituta esse consueverunt, quòd velis tecta caveæ similitudinem haberent. Θεωρεῖον. Plaut. in Amphitryone: Vt conquisitores singuli in subsellia Eam per totam caveam spectatoribus. ¶ Quandoque ponitur pro populi concessu. Virg. 5. Aen. Hic totum caveæ concessum ingentis, &c.

Cāvērnā, næ, Specus, vel antrum subterraneũ, vel tetræ concavitas. [מערה meharáh מחרה mechárah מחבוא mechabo. Gall. Caverne, creux. Ita. Spelonca, caverna. Ger. Ein Hüle vnder dem Erdtrich. Bel. Een hot.

Cen hol. Hispan. Cueua, concauidad. Pol. Iama, dyiurapod ꝑmia. Vng. Barlang, wore hezag bely. Ang. A caue, denne, or holow place.] Cice. de Nat. deor. Quòd magna vis terræ cavernis contineatur caloris, eáque hyeme sit densior. Virg. 2. Aeneid. Insonuère cavæ, gemitúmque dedére cavernæ. Cic. 2. de Natur. deor. Nos ex terræ cavernis ferrum elicimus, rem ad colendos agros necessariam.

Cāvērnōsŭs, a, um, Pro loco passim vacuo, & veluti cavernis pleno. [κοιλώδης. Gall. Ayant plusieurs grandes cavernes, fort creux. Ital. Pieno di caverne. Ger. Grubechtig/ voll löcheren/ oder höhlinen. Hisp. Cosa llena de cuevas. Pol. Dul kowaty dyurkowi. Vng. Likas, hézagos, barlangos. Ang. Full of dennes or holem places.] Plin. lib. 26. cap. 8: Radix in usu, pilosa, coloris intùs herbacei, crassitudine digiti minimi, acetabulis cavernosa, seu poliporum cirri, subdulcis, & in petris nascens.

Cāvērnŭlŭm, lv, diminut. [κοιλάς. Pol. Iamka. Vng. Barlangocska. Ang. A litle caue or denne.] Plin. libro 17. cap. 11: Ipsi quà pediculis adhærent, cavernulas habent, & intùs semen.

C ante E.

CEL. In notis antiquorum, Celeres. CEN. PP. vel CENS. vel CHS. Censor perpetuus. CEN. A. Censoris arbitratu. CENT. Centuria, vel Centurio, vel centenario. CENTV. centuriones. C. F. Caii filius.

Ce. Syllabica adjectio est: de qua vide infra in particula MET.

Cecryphalea. κεκρυφάλεια, Promontorium seu insula Peloponnesi, juxta quam Athenienses ab Aegynetis prælio superati fuerunt. Steph.

Cēcŭbum. Vide CAECVBVM.

Cēdĭtĭæ tabernæ. Aedificia quædam Romæ ita dicta à domini nomine, qui Cedicius vocabatur.

Cēdo, cedis, cessi, cessum: [סור מן מתחת מקומו. Vng. Verdni, végom. An. To give place.] & Cedò, cedite. Vide CAEDO.

Cedratus. Vide CEDRVS.

Cedrēlātē, fœm. gen. [שוף ghiphir. κεδρελάτη.] Genus Cedri. Plin. lib. 24. cap. 5. Cedrus magna, quam Cedrelaten vocant, dat picem, quæ Cedria vocatur, dentium doloribus utilissimam.

Cedria, f. p. [κεδρία. Pol. Żywica cedrowa.] Pix est, quæ ex cedrelate: hoc est, ex majore cedro defluit. Plin. lib. 29. cap. 3: Scabiem corporum, ac pruritum oleo & cedria mithi tollunt. Vide Ruell. lib. 1. cap. 62.

Cedrostis, f. t. κεδρωστις, Vitis alba quam nonnulli Ampeloleucen vocant. [Pol. Przywlep. Vng. Fehér iák.] Plin. lib 23. cap. 1: Vitis alba, quam Græci Ampeloleucen, alii Ophiostaphylon, alii Melothron, alii Psilothron, alii Archezostin, alii Cedrostin, alii Madon appellant. Hæc & Brionia à Dioscoride appellatur.

Cedrŭs, [ארז erez. κέδρος. Pol. Cedrowe drzewo. Vng. Cédrus fa.] Arbor est perpetuò virens, junipero non absimilis, radicibus raris, per summa terræ dispersis, folio duro, acuto mucrone capillato, & spinoso, ligno contorto, nodoso, medulla rubente odorata, baccis myrti flavis, odoratis & esculentis, novo fructu per autumnum cum anniculo pendente. Laudatissima in Creta nascitur: itē in Africa & Syriæ montibus. ¶ Cedro æterna materies, cariem non sentiens, unde classibus & domorum tectis ædificandis in primis est idonea. Vnde proverbialiter Digna cedro dicuntur, quæ promerentur immortalitatem: & ejusmodi judicantur, ut posteritati consecrari debeant. Horat. in arte poëtica: speramus carmina fingi posse linenda cedro. Persius item: - & cedro digna loquutus. Plinius duo cedri facit genera, majoris & minoris discrimine: minorem rursus in duas secans species: quas Lyciam appellat, & Phœniciam, utrinque juniperi similitudine, sed foliis differentem. Nam quæ acutum, spinosum, & durum habet folium, Oxycedrus nominatur. Altera odore præstat. Majoris item cedri duo facit genera. Nam quæ floret, fructum non fert: fructifera non floret, sed in ea antecedentem fructum novus occupat. ¶ Cedrus in Cypro maxima nasci traditur, centum triginta pedum longitudine, crassitudine autem ad quinùm hominum complexum. Vide plura de hac arbore apud Plin. lib. 13. cap. 5. Virg. 2. Georg. Dant alios aliæ fœtus: dant utile lignum Navigiis pinos, domibus cedrúmque, cupressósque. Vitr. lib. 2. autor est, ex cedro oleum nasci, quo libri, aliæve res perunctæ, à tineis & carie non læduntur. Ad quod pertinere videtur illud Persii, Satyra prima: - & cedro digna loquutus. Item illud Ovidii, primo Tristium: Nec titulus minio, nec cedro charta notetur.

Cedrātŭs, a, um, κεδρωτός, Cedrino oleo perunctus. Plin. lib. 13. cap. 13: Et libros cedratos fuisse, propterea arbitrantur tineas non tetigisse.

Cedrīnŭs, a, um, nomen possessivum. Quod est ex cedro. [κεδρινος. Pol. Cedrowy. Vng. Cédrus fából való.] Plin. lib. 13. cap. 5: Cedrinus est Romæ in delubro Apollo Sosianus, Seleucia advectus.

Cedrĭum, n. f. Pix liquida & primaria, quæ ex tæda excoquitur. Plin. lib. 16. cap. 11: Pix liquida in Europa è tæda coquitur navalibus muniendis, multósque ad alios usus. Lignum ejus concisum, furnis undique igni extrà circundato, fervet: primus sudor aquæ modo fluat in canali. Hoc in Syria Cedrium vocatur, cui tanta vis est, ut in Aegypto corpora defunctorum hominum eo perfusa serventur.

Cedrĭdes, pen. corr. κεδρίδες. Pol. Cedrowi owoc. Vng. Cédrus fa gyümölcse.] Fructus Cedri, sicut Daphnides, fructus lauri. Plin. lib. 24. cap. 5: Cedrides: hoc est, fructus cedri, tussim sanant, urinam ciunt.

Cēlārim. Vide CELO.

Cēlāstrŭs, f. t. [Pol. Derem.] Theophrasto, Arbor est æterna frondens coma, cultura degenerans, & omnium tardissimè fructus suos perficiens: usus ejus ad baculos & scipiones accommodatus. Vide Ruell. lib 1. cap. 63, & 138.

Cēlebrĭs, & hoc celebre, vel Celeber, bris, bre, pen. corr. quod celebratur, frequentatur & colitur: clarus, frequens. [משבח meshubbách כבוד kabód. ἐνδόξος, ἐπιφανής, πολυθρύλητος, πολυπρόσκλητος, πολυπρόσκυνητος. Gall. Renommee, hanté. Ital. Famoso, celebre. Ger. Berümpt/ sürnim. Belg. Bernaert. Hisp. Famoso, glorioso. Pol. Sławny, sławny. Vng. Híres neves, nevezetes. Ang. Well renowned, honorable, much haunted.] Cice. de Div. Nunquam illud oracullum tam celebre, aut tàm clarum fuit. Idem in Verrem: Clara res est, tota Sicilia celeberrima atque notissima. Item in eundem: Cùm in foro celeberrimo tanta frequentia hoc tibi objectum esset. Idem pro Pompeio: Portus celeberrimus & plenissimus navium. Ad Heren. Locus quæritur celebris an desertus.

Cēlebrĭtās, f. t. Frequentia & hominum cœtus, concursus. [קהל kahál עדה edhah. πολυανθρωπία. Gall. Assemblee de gens d'homeur, frequentation, grande assemblee d'hommes & de femmes. Ital. La frequentation. Ger. Ein grosse mengevnd versaméung des leuten. Hisp. Companna de hombres. Pol. Wielkie liudu zgromadzenie. Vng. Gyülö. Ang. A great resorte to a place.] Cic. ad Attic. Odi celebritatem, fugio homines, lucem aspicere vix possum. Idem pro Domo sua: Nullis unquam comitiis campus Martius tanta celebritate omnis generis hominum floruit. Interdum Celebritas significat nomen, honorem & famæ claritatem. [כבוד chabódh שמע shémah. ἀκοή. Gall. Renommee, bon bruit, bonne reputation. Ital. La fama, il buon nome, bonoranza. Ger. Berümpter Rach mit hertzichem lob. Hisp. Gloria fama. Pol. Sława. Vng. Híres nevet, hírnevet. An. Renowme.] Idem pro Arch. Hac tanta famæ celebritate quum esset absentibus notus, Romam venit Quintius, ante omnia futurus orator, cui in magna celebritate, & in media Republica vivendum est, assuescat à puero non reformidare homines. Cicer. 3. Offic. Itaque nos, qui in maxima celebritate atque in oculis quondam civium viximus, nunc fugientes conspectum scelleratorum hominum, &c.

Cēlēbĕrrĭmē, Adverbium: Suetonius in Tiberio: Per noctes celeberrimè acclamatum est, redde Germanicum. Dictum ut celeberrimè apud Cic. [Vng. Neveztéssen.]

Cēlebro, as, act. p. Frequento. [התהלך hithhallách. ἐπιφοιτᾶν. Gal. Frequenter & hanter. Ital. Celebrare, frequentare. Ger. Embsig lepen. Belg. Dat gae oft bestick in een plaetse. Hisp. Hazer muchas vezes alguna cosa, o andar muchas vezes à vn lugar. Pol. Spiesz. Vng. Valahova gyakra iárok, gyakorlom. Ang. To haunt.] Varro: Cui non tàm cura erat, ut templa deorum, quàm ut popinas celebraret. Cic. 3. de Orator. Qu. Mutii janua maxima quotidie civium frequentia celebratur. ¶ Est item Celebrare, idem quod prædicare, & illustrare. [שבח shibbách הלל hallél. ἐπαινεῖν, ἐπαινεῖσθαι. Gall. Solennizer par assemblee de gens, louer & faire estime. Ital. Honorare, innalzare. Ger. Loben/ ertencht machen/ Ehren. Hisp. Dissimular per fama y gloria. Pol. Czcyć, zalecać wysławiać. Vng. Dicsérém, magasztalom, hirdetém. An. To make famous, to honour or magnifie.] Cic. pro Rab. Hæc mira laus est, quæ non poëtarum carminibus, non annalium monimentis celebratur, sed prudentium judicio expenditur. ¶ Hinc celebrare laudibus: ἐπαινεῖν, ἐγκωμιάζειν, ἐγκώμιον, & virtutum celebritatem, ἐγκαλλωπίζειν, ἐπιφανεῖς, ἐπιφάνειαν dicimus. ¶ Celebrare ludos, est cum celebritate quadam ludos facere. Cicer. 6. Philipp. Ludi Apollinares incredibili Bruti honore celebrati. ¶ Celebrare diem festum, est feriari. [חג chágh. ἑορτάζειν.] Idem in Catil. Quapropter Quirites celebratote illos dies cum conjugibus & liberis vestris.

Cēlebrātĭo, onis, verb. f. t. [חג chagh תהלה tehillah. ἑορτασμός, ἐπιφοίτησις. Ger. Ein zusammenkuñung des Volcks. Pol. Czczenie. Vn. Dicsérét, magasztalás. Ang. A solemnisation, an assemblee or company.] celebrandi actus. Cic. ad Attic. l. 15: De celebratione ludorum Bruti tibi assentior. Plin. lib. 34: Quæ domus, quæ celebratio, quæ familiaris dignitas, quæ studia amicorum, quæ ex quoquo ordine multitudo?

Cēlebrātŭs, nomen ex partic. [משבח meshubbách כבוד nibhdádh. ἐπιφανής. Pol. Sławny. Vng. Híres, nevezetes.] Cic. 2. Phil. Scio me in rebus celebratissimis sermone omnium versari.

Cēlebrātĭōr, is est, celebrior. [Vngar. Newezettebb, diffiretebb.] Suetonius in Augusto: Quoq; Actiacæ victoriæ memoria celebratior & in postremum esset.

Cēlebrĭfĭco, celebris fio. [Ἐνδοξάζω. Pol. Staie sie zarzuim. Vng. Diffiretebbe newezettebbe lesik. Ang. To make famous and renowmed.] Accius: Et qualiscunq; ætas celebrescat tua. Ex Nonio.

Cēlĕr, celeris, om. t. Velox, incitatus, volucer. [מהיר mahir. מקיר. Gall. Viste, soudain, legier. Ital. Presto, veloce. Germ. Schnell, geschwind, behend. Belg. Ghou, ras. Hispan. Ligero. Pol. Prezky, marsky, ochrzny. Vng. Gyors, serény. Ang. Quicke, swift and spedie, nimble.] Cic. ad Octavium: O miseram, & in brevi tàm celerē, & tàm variam Reip. cōmutationem. Horat. lib. 1. Epist. Oderūt hilarem tristes, tristemq; jocosi, Sedatum celeres, agilem gnavumq; remissi. ¶ Hinc Celerrimus superlativum: pro quo vetustissimi dicebant Celerissimus. Manilius in Iliade apud Priscianum: -celerissimus advolat Hector. Celeres dicebantur milites CCC. quos Romulus ad custodiā corporis sui delegerat, à celeritate dicti, quòd, si belli necessitate, tùm equites, tùm pedites expediti expugnabant. Cas. in l. ij. ff. de Orig. jur.

Cēlĕrĭūscŭlŭs, a, um, Aliquantum celer. [Ang. Somewhat swifte and quicke.]

Cēlĕro, pen. corr. act. p. Celeriter aliquid facio, celeritate utor. [מהר mahér. מקיר. Gall. Hasler, avancer. Ital. Far presto, affretare. German. Etwas schnell thun, eylen. Belg. Ick haeste, ick hoe ras. Hispan. Presto y ligeramente trazer. Pol. Pospiecham. Vngar. Siettek, gyorsalkodom. Ang. To haste, to spede.] Virgil. 9. Aen. Tum celerare fugam, patriaque excedere suadet. Idem 2. Aeneid. Ergo iter inceptum celerant rumore secundo. ¶ Hinc Accelero compositum: de quo suprà suo loco.

Cēlĕrĭtās, ātis, f. t. Velocitas. [מהרה meherah. מקיר. Gall. Legereté, vistesse, soudaineté. Ital. Prestezza, velocità. Ger. Schnellet Behendigkeit. Hispan. Ligereza. Pol. Pospiech, marskosc, prezkosc. Vng. Gyorsaság, sietség. Ang. Quickness, spede, swiftnesse.] Cic. 7. Ver. Hæc centuripina navis erat incredibili celeritate. Idem 1. Acad. In pedibus celeritatē, in manibus vim ponebāt. ¶ Celeritas in malis optima. Sophocles in Antigone: [illegible]: id est, Vrgentibus malis celeritas optima est. Nihil enim molestius, quàm diu animo discruciari.

Cēlĕrĭtūdo, f. t. Celeritas. Varr. 3. de Re rust. Lucius Aelius putabat dictum leporem, à celeritudine, quod levipes esset. [Ang. Quickness, spede.]

Cēlĕrĭpēs, pedis, com. t. Qui levis est pedibus. [ἐλαφρόπους. Gall. Legier du pied. Ital. Veloce. Ger. Schnell/ju fuß/ringfertig. Hisp. Cuyos que tiene li geros los pies. Pol. Prezky prezkonog. Vn. Gyors lábu. Ang. Light and nimble footed.] Cic. ad Att. lib. 9: Venit autem eo ipso die ille celeripes quem Salvius dixerat.

Cēlĕrĭtĕr, celerius, celerrimè, adverbium, Velociter. [במהרה bimherah. מקיר. Gall. Vistement, legierement, soudainement. Ital. Velocemente. Ger. Schnell/ sachte/geschwind. Hisp. Prestamente, ligeramente. Polon. Prezko. Vngar. Gyersan. Ang. Quickelie, swiftelie, spedelie.] Ces. lib. 5. de bell. Gall. Illi imperata celeriter fecerunt. Cic. de Finib. Celerrimeque multa simul agitantem.

Cēlĕrĭnĕr, idem quod celeriter. Accius apud Nonium: Sed quis est, qui maturinum cursum huc celeranter rapit?

Cēlĕrātim, aliud adverbium, pro celeriter. Sisen. histor. libro 5. ut citat Nonius: Quò magis celeratim poterat, in insidiis suos disponit.

Cēlĕtes, pen. prod. m. t. κέλητες, Vocantur equi, qui ad cursum soli adhibentur, sine bigis, vel quadrigis. [Polon. Iezdzkonie Vngar. Futtatni valo hàras lovak. Ang. Posties, horses for running.] Latinè dicuntur Desultorii, quòd ex his facilè desiliatur. Plin. lib. 34. cap. 5. videtur Celetas posuisse pro statuis equestribus. Equestres (inquit) statuæ Romanā celebrationem habent, otto sine dubio à Græcis exemplo. Sed illi celetas tantùm dicabant in sacris victores: postea verò & qui bigis & quadrigis vicissent. ¶ Celetes item dicebantur navigia actuaria, quæ unico remorum ordine agebantur. Latini Celoces appellant.

Celetizontes, [κελητίζοντες. Pol. Wyetwod biegaiacy. Vng. Szégudik, lovaglók, futtatók.] à Græcis dicuntur equitantes, & equū celerem regentes. Qua voce usus est & Plin. lib. 34. cap. 8: Hegias (inquit) Minerva, Pyrrhusque rex laudatur, & celetizontes pueri.

Cēleusmă, n. t. [הידד hedhadh. κέλευσμα. Gall. Cry de plusieurs personnes, chant des mariniers. Ital. Grido unito di più persone. Germ. Das jusamen schreyen/ wann man einanderen ermanet etwas zu thun. Hisp. Canto de marineros. Pol. Zmol auie, pokutka flissowska. Vng. Fel kiáltás, mulatás. Ang. A shouting or crie of ship peoman.] Clamor nautarum & aliorum, quum uno aliquid jubente, omnes uniformiter respondent, quasi sibi invicem jubentes. Matt. lib. 31: Quoniam pervada tarda navigantes Lentos figitis ad celeusmaremos.

Cēleustēs, celeustæ, m. p. [κελευστής. Germ. Ein ermaner vnnd zuschreyer der Ruderknechten.] qui remiges hortatur, quasi navigationis moderator: qui à Plauto Latinè Hortator appellatur, quòd ea hortamenta faciat, quæ verbo Græco Celeusmata dicuntur etiam à Latinis. Budæus.

Cēlĭă, Potus ex frugibus confectus, qui Hispanis præcipuè in usu erat sicut Cervisia Gallis. Plin. lib. 22. cap. ult. ¶ Est item Celia Apuliæ oppidum, in tractu Peucetiorum, non procul ab Egnatia, cujus meminit Strab. lib. 6. Et Ptolemæus l. 3. cap. 2. Vulgò Celia in terra de Barri.

Cēllă, f. p. Dicta est, quòd in ea celentur, quæ esse volumus occulta. [אוצר otsár. Gall. Celier, gardemanger, dessense, chambre, tanniere. Hisp. La celda o camara de bodega. Pol. Piwnica, spiżarnia. Vngar. Terhes hàz, tár hàz, pincze. Ang. A buttrie, a storehouse.] Græci ἀποθήκην dicunt, in qua res esculentæ, & poculentę reponuntur: quanvis propriè ἀποθήκη cella vinaria sit. Cicer. Att. libr. 14: Atticam meam gratias mihi agere de matre gaudeo: cui quidem ego totam villam, cellamque tradidi. Capit autē Cella significationem, pro ratione adjectivorum, quæ illi junguntur: ut, Cella vinaria, οἰνοθήκη, Cella olearia, ἐλαιών: Cella fariseatia. Denique omnis locus, in quo quid reponitur, Cella dicitur. Cicero de Senect. Semper enim boni assiduique domini referta est cella vinaria, olearia, mellaria & pomaria. Terent. in Adelph. Nam me in cellā aliquam cū illa concludam. Virg. itē 4. Georg. favorum cavernas Cellas vocavit, quum ait: -distendunt nectare cellas. κυψέλας. ¶ Item loca in quibus lavamur, aut ungimur in balneis, Cellæ dicuntur. Vnde Caldariam cellam, frigidariam & tepidariam dicimus. ¶ Cella item pars templi erat sacratior, in quam ingredi cuivis fas non erat. ἄδυτον. Vnde apud Gell. legitur: Scipionem in Capitolium sæpè advenisse, jussisseque cellam Jovis aperiri, ibique solum demoratum fuisse. Livius libro 3: In cella Jovis optimi Maximi habitaret exul.

Cēllŭlă, æ, f. p. diminutivum à cella. [ἡ μικρὰ ταμιεῖον, κελλίον. Pol. Pitwnicska. Vng. Pincezécske. Ang. A little buttrie.] Terent. in Eunuch. Quum in cellulam ad te patris penum omne congerebam clanculum. Col. lib. 8. cap. 9: Receptacula non tanquam columbis loculamenta, vel cellulæ cavatæ efficiuntur.

Cēllārĭă, Locus ubi conditur vinum. [אוצר יין otsár jáin. οἰνοθήκη. Gal. Celier. Ital. Cantina, cantina del vino. Ger. Ein Weinkeller. Belg. Een Wintcelder. Hisp. Cella para vino. Pol. Komora wina. Vng. Pincze. Ang. A celler.] Plaut. in Mil. Ego ejiciat cellaria. ¶ Et Cellaria, Quæ præest cellæ. [סוכנת sochéneth. ταμία. Homero. Gal. Dessenssiere, qui a la charge du boire & du manger. Ital. Donna che guarda la dispensa. Ger. Ein Kellerin. Hispan. Dispensera, botillera.] Plaut. in Mil. Iampridem, quia nihil abluiterit, succenset cellaria.

Cēllārĭŭs, m. f. qui in cella præpositus est penui promendo vel condendo. [סכן sochén. ταμίας. Gall. Dessenssier, maistre d'hostel, qui a la charge du boire & du manger. Ital. Prepostto alla mensa, dispensiere. Ger. Ein Kellermeister/ Speismeister. Belg. Kuyckenmeester. Hisp. El cellero, botillero. Pol. Piwniczny, klucznik. Vngar. Kelizár. Ang. The steward, that ruleth the celler.] Colum. Vt cibus & potus sine fraude à cellāriis præbeatur. Plaut. in Capt. Promo quodvis, te facio cellarium. ¶ Hunc etiam Promum condum appellabant. Plaut. in Pseud. Promus & condus sum, procurator peni. Auson. Promusque, quàm condus magis.

Cēllārĭum, rii, n. f. Cella, repositorium. [אוצר אסם otsár. אסם. Gall. Celier. Ital. Ripostiglio. Germ. Ein Keller oder Speistammer. Hisp. Cella. Pol. Spiżarnia, piwnica. Vng. Terhes hàz, pincze. Ang. A buttrie, a cellar.] Videtur ea figura dici, qua Granarium, Penarium. ¶ Hanc & Cellā promptuariam, seu promptuarium appellant, in quo conduntur, & ex quo promuntur ad victum necessaria. Plin. lib. 36. cap. 15: Quorum agri quoq; minorem modum obtinuere, quàm istorum cellaria. Idem & Penarium, & Penaria, seu penaria cella à penu nuncupatur. Cic. in Verr. M. Cato sapiens cellam penuriam Reipublicę nostræ nutricem plebis Romanæ, Siciliam nominavit. Hujus diminutivum est Cellariolum.

Cēllārĭŭs, ra, adject. [ὁ τῆς ταμίου. Vngar. Pincezéhöl hozott vaslo.] ut Columbi cellares. Col. lib. 8. cap. 8: Hæc eadem ratione palumbos, columbosque cellares, pinguissimos facere cōtingit.

Cēllo, is, sine diphthongo, Antiquissimis in usu fuit pro cedo: nunc compositis tantum utimur, Excello, & Præcello, quæ significant Excedo, & antecedo. Vide in dictione CAELLO.

Cēlo, as, act. p. Abscondo, clàm habeo. [סתר סוכה sathár. סוכה chosiah. ἀποκρύπτω, ἀποκρύπτω. Gall. Cacher, celer venir secret. Ital. Ascondere, coprire. Germ. Verbergen/heimlich halten/ verhehlen. Belg. Verbergen/ swygen. Hisp. Encubrir, o esconder. Pol. Taie, nakrywam. Vngar. Elrétzlem, el dugom. Ang. To hide, to keep close and secret.] Construitur modò cum uno duntaxat accus. Cicer. 1. de Nat. deor. Nec tu me celas, ut Pythagoras solebat alienos: Lactant. lib. 5: Verum'ne profitebitur fugitivum se, vel pestilentem domū vendere, an celabit emptorem? ¶ Modò cū duobus. Plaut. in Bacch. Ecdepol fecisti furtum ætati malum,

quum isthæc flagitia me celavisti, & patrem. Eodem modo Græci δοκεῖν λανθάνειν τι τινός. ¶ Interdum loco unius accusativi habet dativum. Terent. in Phorm. Si hoc celetur patri, in metu sum. ¶ Modò cum ablativo, mediante præpositione. Cic. Trebatio: Sed Basilus noster me de hoc libro celavit. ¶ At quù passivè ponitur, res sive persona, quam quis aliquem celavit, ponitur in nominativo. Terent. in Eunucho: Vbi est, dim. celari non potest.

Cēlātus, partic. Occultatus, Absconsus. [נעלם *neelám* מכסה *mecheßéh*. κεκαλυμμένος. Gall. *Caché, celé*. Ital. *Nascosto*. Germ. Verborgen. Hisp. *Escondido, encubrido*. Pol. *Zakryty, utaiony*. Vng. *El reytetet, el tse koltatot*. Ang. *Hidde, keepen close*.] Terent. in And. Ibi tum exanimatus Pamphilus bene dissimulatum amorem, & celatum indicat. Cicero pro Cluentio: Non est profectò de illo veneno celata mater: nihil est ab Oppianico sine consilio mulieris cogitatum.

Cēlātim, adverb. Clàm, occultè. [בסתר *beséther*. κρύφα. Gall. *Secrettement, couvertement, en cachette*. Ital. *Ascosamente, celatamente*. Germ. Verborgentlich, heimlicher weis. Hisp. *Escondidamente*. Pol. *Skrytie, potajemnie*. Vngar. *Reytve, alattomba, titken*. Ang. *Secretlie, quietlie*.] Gell. lib. 12. cap. 15. Sisennam cessans lib. 6. Historiarū: Quàm maximè celatim poterat, in insidiis duo disponit.

Cēlōx, f. t. Navigii exigui genus fuit, quod uno remorum ordine agebatur, a celeritate nomen habens. [κέλης, κελήτιον. Germ. Ein Jagschiff. Belg. Een Sensschip. Pol. *Łodka poiczna*. Vng. *Sayka, fulyo hajo*. Ang. *A brigantine*.] Plaut. in Asin. Quò hanc celocem conferam. Apul. lib. de Repub. Qui celocem regere nequit, onerariam petit. Eam Rhodii invenerunt.

Cēlsus, celsa, celsum. Altus, sublimis, excellēs, elatus, excelsus. [רם *ram* גבוה *ghabóah*. ὑψηλός. Gall. *Haut, eslevé*. Ital. *Alto, sublime*. Germanice, Hoch. Hispan. *Cosa alta*. Polon. Wysoky. Vngar *Magas*. Ang. *High*.] Plin. lib. 13. cap. 24: Firmiores, celsiores que infantes fore. Cic. 2. de Natur. deor. Quæ primùm eos humo excitatos, celsos, & rectos constituit: Deduci quidā volunt hoc nomen à Cello antiquo verbo. Festus à Græco κέλης, quòd qui equo vehuntur, sublimes sint.

Cēlsĭtūdo, inis, f. t. pro excellentia. [רוממה *roméah*. רוממות *romáh*. ἐξοχή. Gall. *Hauteur, eslevement*. Ital. *Eccellenza, grandezza d' animo*. Ger. Hochheit. Hisp. *Altezza, ò grandeza de animo*. Pol. Wysokość. Vngar. *Magosság, nieltosság*. Angl. *Highenesse, excellence*.] Valla in Herodoto.

Cēlsĭtās, tatis, Altitudo, excelsitas, elatio. ἐξοχή. Cic. in Officiis: Celsitas animi, & magnitudo.

Cēltĭs, Est arbor insignis, magnitudine pyri, in Africa, & potissimum circa Syrtes nascens, quæ Lotos appellatur. λωτός. Incisuræ in foliis crebriores, alioqui ilicis viderentur: fructui magnitudo fabæ, color croci. Tam dulcis ibi cibus est, ut nomen etiam genti terræque dederit. Siquidem Lotophagi nominātur. Plin. lib. 13. cap. 17. ¶ Loti sylvestris inodori genus, cui flores lutei sunt, specie columbarum ingluviem repræsentantes. [Pol. *Kąpt*. Ang. *A chessil*.]

Celydrus, Lege CHELYDRVS.

Cēmentum, Vide CAEMENTVM.

Cēmus, κῆμος. Herba est apud Plin. lib. 27. cap. 8, cujus descriptionem se idcirco prætermittere ait, quòd solus in amatoriis usum habeat. Diosc. lib. 4. eandem esse ostendit cum leontopodio. ¶ Cemus autem videtur appellata ex floris, sive calycis figura: quoniam pyxidicula Athenis ita nominabatur, per quam suffragia in subjectum vasculum, quod Cadiscum vocabant, demitti consueverant. Vide Ruellium lib. 3. cap. 130.

Cēmus, Græcè κῆμος, hinnulus, cerva, sive idem quod κοῦρος: quanquam κῆμοι volunt progredi in pascua. Cemum Græcè σφόνος. Aristoteles, & idonei ferè omnes à cervo non distinguunt. Alii primogenitos tantùm cervos procas vocant. Ab hoc animali Proconnesus quoq; appellata est. Nam Ophion quod Sardinia quondā ferebat, interiisse creditur. Cervus non erat, sed animal pilo ac dentibus simile, cervo minus. Barb.

Cēnchramĭdes, [κεγχραμίδες. Pol. *Ziarnka figowe*. Vng. *Kásás fügemag*.] Ficorum grana, ita dicta à milii similitudine, quod Græci κεγχρῶν vocant. Plin. lib. 15. cap. 19, frumenta appellat: Ficis mollis omnibus tactus: maturis frumenta intùs.

Cēnchrĭs, hujus cenchridis, f. t. [κεγχρίς. German. Ein Wassermocher. Polonicè, *Kania*. Vngaricè, *Nyerich kánya*. Angl. *Castrell*.] Avis ex accipitrum genere, quam Arist. l. 6. de Animal. solum ex adunco genere, quaterna, & eo plura ova parere dicit. Plin. lib. 29. cap 6: Turturis fimum albugines extenuat: item cochlearum cinis, fimum cenchridis. Dicta Cenchris, quasi miliaria, Latini à tinnitu vocis Tinniculum appellant. ¶ Est item Cenchris serpens maculis plena, Thebano marmori similis. Lucan. li. 9: Et semper recto lapsurus limite cenchris, Pluribus ille notis, variatam tingitur alvum. Plin. lib. 20. ca. 22: Serpillum adversus serpentes efficax, maximè cenchrin, & scolopendras.

Cēnchrĭtēs, κεγχρίτης, Gemmæ species, quæ veluti sparsis milii granis distincta videtur. Plin. libro 37. capite 11.

Cēnchrŏn. Adamantis genus est, quòd sit milii magnitudine. κεγχρὸς enim milium dicitur. Plin. lib. 37. cap. 4.

Cēnŏtăphĭum, n. f. [κενοτάφιον. Gal. *Vne representation de sepulchre, vn sepulchre où il n' y a rien dedans, mais seulement fait de mouible*. Ital. *Sepolchro, avello, deposito vacuo*. German. Ein tůr grab. Hisp. *Sepulchro vazio y vano*. Pol. *Prożny grob*. Vngar. *Üres koporsó*. Ang. *An hearse set vpon a solemne buriall*.] Vacuum sepulchrum. κενὸς enim vacuus dicitur, & τάφος sepulchrū: à θάπτω sepelire. Est enim ut capsa, quæ ponitur in templo in exequiis mortuorum. Virg. 5. Aeneid. describit Cenotaphium sic:

Solennes tum fortè dapes, & tristia dona.
Libabat cineri Andromache, manesque vocabat
Hectoreum ad tumulum: viridi quem cespite inanem
Et geminas, causam lacrymis, sacraverat aras.

Quo loco Servius tumulum inanem cenotaphium esse dicit. Cenotaphiorum autem usum adinvenit superstitiosa veterū opinio, qui credebant defunctorum animas, si honore sepulchri carerent, stygiam paludem tranare non posse. Vnde à sacerdotibus inventum est exequiarum genus, quod Terræ injectionem vocabant: ut etiam iis, qui naufragio periissent, aut quorum corpora haberi non possent, justa persolverentur. Tumulum itaque ex cespitibus, aut alia materia congerebant, ubi absente defuncti cadavere, tanquam præsente, solenni quodam ritu exequiæ peragebantur. Hujusmodi autem sepulchrum, in quod nullæ illatæ erant reliquiæ, Cenotaphium: hoc est, inane sepulchrum vocabatur. Suetonius honorarium tumulum appellat, in Claudio. Cæterùm, inquit, exercitus honorarium ei tumulum excitavit: circa quem deinceps stato die quotannis miles decurreret: Galliarumque civitates publicè supplicarent. Quibus verbis significat cenotaphium Druso in Germania extructum, quum corpus ejus Romam devectum esset. Sic vocari possunt hodie, quas *representationes* in anni versariis exequiis vocamus. Budæus.

Cēnsĕo, censes, censui, censum, pen. cor. n. f. Existimo, puto, arbitror. [חשב *chaschab* דן *dan* כס *chas*. ἀξιόω, νομίζω. Gall. *Penser, estimer, opiner, être d' avis*. Ital. *Estimare, pensare, giudicare*. Germ. Schätzen, achten, meinen. Belg. Schatten, meynen. Hispan. *Estimar, juzgar, ò pensar*. Pol. *Mniemam, spodziewam się*. Vng. *Vetem, itelem*. Ang. *To think, estime, judge*.] Terent. in Eunuch. Censeō posse me obsirmare, &c. Liv. libr. 6. Bell. Pun. Censent cò ventum obviam Pœnum. ¶ Item constituere, deliberare, sententiam dicere. ἀποφαίνομαι, γνώμην. Nam senator censet, quum sententiā dicit de eo, quod sibi videtur: assentitur, quū alienam approbat. Cic. in Catil. Quid senatus censuerit, exponam. Idem pro Flacco: Cujus patrem armis pellendum à suis mœnibus censuissent. ¶ Item Censere, succensere significat. Varr. Ne vobis censeam, si ad me referretis. ¶ Est item Censere, facultates æstimare, & in censum redigere: quod quinto quoq; anno Censores Romæ facere solebant. Cic. de Legib. Censores populi, civitatis soboles, familias, pecuniasque censento. ¶ Item censere sua bona, idem est aliquando, quod profiteri apud Censores. Cic. pro Flacco: In qua tribu denique ista prædia censuisti. Illoquitur enim non de Censore, qui censere civium facultates solebat: sed de Deciano quodam, qui apud Censorem quū census ageretur, sua prædia profitebatur. ¶ Est etiam Censere deponens, idem significans quod profiteri, & sua bona censere. Cicer. pro Flacco: Verum esto: gloriosus fuisti: voluisti magnum, agri numerum censeri. Et paulò post: Census es præterea numeratæ pecuniæ centum tria millia, &c. Census es mancipia Amyntæ. Ibidem: Ac primò pertimuit quum te audisset servos suos esse censum. ¶ Composita à Censeo sunt, Accenseo, Percenseo, Recenseo, Succenseo.

Cēnsĭlis, adject. ut Censui agriqui emi & venire jure civili poterant. Festus.

Cēnsĭo, onis, f. t. Castigatio. [עבש *hóesch* מוסר *mischsáh*. κόλασις, ἐπανόρθωσις. Gall. *Punition & reformation, estimation, taxe*. Ital. *Castigatione, correttione*. Ger. Ein straff. Belg. Een pene. Hisp. *Castigamiento y corregimiento*. Pol. *Kara, winna*. Vng. *Bünteteö, korsagolás*. Ang. *Chastisement, punishment*.] Vnde Censionem facere dicebantur Censores, quū mulctam cuipiam irrogabant, vel equiti equū adimebant, vel senatorem senatu movebant, vel quempiam ex plebe ærariū faciebant. Plaut. in Rud. Assume quidē, ne censionem semper facias. ¶ Censio hastaria vocabatur, quū militi mulctæ nomine, ob delictū militare indicebat' ut hastas daret.

Cēnsĭtĭo, onis, idem est quod census impositio. [Pol. *Dan, podbor*. Vng. *Adó vetés*.] Spartianus in Nigro: Idem Palestinis rogantibus, ut eorum censitio levaretur, idcirco quòd esset gravata, respondit: Vos terras vestras levari censitione vultis, ego verò etiam aërem vestrum censere vellem.

Cēnsĭtŏr, oris, m. t. ver. ab antiquo verbo Censio, is, quartæ declinationis, idem quod censor. Vlp. in l. Forma. §. illam æquitatem. ff. de censib. Illam æquitatem debet admittere censitor, ut officio ejus congruat.

Cēnsōr, oris, m. r. qui censuram gerit, præfectus morum. [מתקן methaccēn מתקן methakkēn מוכיח mōchiach סופר sōpher. πρακτ. Gall. Censeur, vn reformateur des meurs & de la police. Ital. Censore, correggitore. Ger. Ein schetzer, ein straffer. Belg. Een tuchtheer. His. El juez de los censos y costumbres, corregidor. Pol. Dozorca sprawy, wiewiórki. Vng. Vizsgáló, emendálo, és itélö. Ang. A reformer, or corrector of manners.] Censores magistri morum erant, à censendo id est, arbitrando dicti, quòd illis summū arbitrium esset de civiū moribus castigādis. Vel à cēsu. quòd quinto quoq; anno populi Rom. censum agerent. Varr. Censor ad cujus censionēnd est, arbitrium censeretur populus. Cic. 3. de Legib. ex Leg. XII. tabul. Censores, populi ætates, soboles, familias, pecuniasq; censento: urbis templa, vias, aquas, ærarium, vectigalia tuento. Festi. Censores dicti, quòd quisq; tanti sua æstimaret, quantum illi censuissent: quod nō absurdum videtur, quia & rerū & morum censores erāt. Vnde Plutarchus in Aemilio: Censura maximæ omnium magistratuum reverentiæ, plurimæ potestatis, tùm in aliis rebus, tùm maximè ad morum emendationem. Nam senatores è senatu removere potest equitibus equos adimere, ex plebeis ærarios facere, notare infamia, censum agere, lustrum condere. Erant autē duo Censores, qui quinto quoq; anno creabantur. Vide Liv. l. 4 Dec. 1, ubi docet Censores ab agendo populi censu nomen fuisse sortitos.

Cēnsōr. Quinquennē primùm fuit censorum imperium, ea lege, quæ Geganio Macrino II, Quinctio Capitolino V. coss. lata est: qua simul illud sancitum, ut è gente patricia crearentur, sed eam legē sexennio pōst Mam. Aemilius dictator correxit, lege lata, ne plus quàm annua ac semestris censura esset: gravis enim omnis diuturna potestas in libera civitate. Censorum erat munus, civitatē censere, vectigalia locare, vitia notare: notatio autē, & animadversio in improbos cives nō ejusdem erat generis, senator senatu movebatur: eques equū publicum perdebat: plebeius in Cæritū tabulas referebatur, & ærarius fiebat: hoc est, ferēdi suffragii, & capiendi muneris publici potestate omni privabatur, ut tantū ad æra pro suo capite, tributi nomine, pendenda civis esset. Cærites enim, inquit Gell. pro sacris bello Gallico receptis, custoditisq;, municipes sine suffragii jure facti: concessumq; illis, ut civitatis Romanæ honorem quidē caperent, negotiis tamē atq; oneribus vacarent: hinc tabulæ Cārites appellatę, in quas cēsores referri jubebant, quos notę causa suffragiis privabant: adimebāt igitur censores, quod cuiq; ordini summū erat: senatori, ne in senatu esset: equiti, ne equitis insigne publicum equum, & anulum aureum haberet: plebeio, ne suffragium ferret: quod enim præterea posset adimi, nihil erat: suffragii porrò amissionē sequebatur amissio simul omnium munerū publicorum sicuti, suffragii jure cōcesso, scimus honorū simul ac munerū omniū partem esse datā. Erat ne civi Romano senatori, dicet aliquis, præter ordinis amissionē, alia pœna? erat: nam interdum non modò aditu curiæ prohibebatur: verumetiam tribu movebatur, in ærariosq; referebatur: moveri autem tribu, est, in tribum ignobiliorem transferri, ut ex rustica in urbanam, vel in aliam rusticam minus honoratam. Aemilium quidā Mamercinum, quòd censuræ tempus minuisset, à cēsoribus & senatu ejectū, & tribu motum ærariumq; etiam, cēsu octuplicato, esse factū, Liv. lib. XXIX. scriptum reliquit: eodemq; modo cives Romanos ordinis equestris non modò equo publico privatos, verumetiam in ærarios relatos esse; ex Valerio Maximo, aliisq; didicimus. Censoriam autem notam, atque ignominiam ii, qui succedebant, censores plerunque solvebant: atque etiam, quod censor unus statuerat, id alter sæpè mutabat: præterea, notatos à censoribus pristinum in locum restituere vel judices, re cognita & judicata, suis sententiis, vel populus ipse suffragiis & poterat, & solebat: quòd si quis è senatu ejectus, neque à censoribus sequentibus, neq; à judicibus, neq; à populo in integrum restitutus esset: unam habebat in senatum redeundi viam, si honores illos denuò populi suffragiis consequeretur, quos qui gesserāt, iis, etiam si lecti in senatū à censoribus nō essent, patere tamē curiam leges jubebant. Causæ, quibus cives Romani à cēsoribus notarētur, multæ tradūtur: ut si quis cōceptis verbis pejerasset, si, quū esset in provincia, socios diripuisset, si pecuniam accepisse ob rem indicandam putaretur: si propter æris magnitudinē prædia mancipasset: si paulò esset insolentior in sumptu: qua de re verba sunt hæc apud Gellium lib. IIII. Cornelium Rufinū, bis consulatu & dictatura functū, censor Fabricius senatu movit ob luxurię notam, quòd decē pondo argēti facti haberet: notabantur etiam qui strigosiores equos haberent, quibus equus publicus adimebatur: omnium deniq; rerū nōmine malè audientes, ut furti, peculatus, captarum pecuniarū pro socio, quorū criminum turpia judicia vocabāturā censoribus notabāturut tamē iidē illarum ipsarū rerum postea judiciis absoluti, jus suū, censorū animadversione ademptum, sępè recuperaverint: neq; unquā ita, in quos animadvertissent censores, propterea vel magistratū capere, vel judicem legi, vel alterum accusare non licuit. In censis pœna fuit gravissima, bonorum, & libertatis amissio: eamq; significat quidem Liv. quum ait lib. 1: Servius censum maturavit metu legis de incensis latæ: narrat autem apertè Dionysius: τοῦδε, inquit, μὴ πάντων μόνον πολιτικῶν ἀφαιρεῖν, τῆς τε ἐλευθερίας ἐξιστάς, ἀλλὰ καὶ θνητὸν μηδενὶ τρόπῳ σῶζειν ἀφιείς. Ex nostro lib. de Legib. & ex libro de civitate Romana.

Census. Egregia multa sunt, nec à multis animadversa, quæ de censu civium Romanorum à veteribus tradita licet colligere. Censebantur cives Romani, non ad ætatē ferendis armis idoneam: hoc est, ad annos XVII. pervenerant: qd' video quosdā existimasse, sed à quo primùm die nati erant: nam si robustiores tantum censi essent: Serv. Tullio regnante, qui censum instituit, Romæ fuissent hominum ducenta millia: siquidem Livius octuaginta millia: Dionysius etiam plures in primo censu commemoratur: necesse sit, eos, qui nōdum per ætatē gestare arma possent (omitto senes affecta jam ætate ob infirmitatem virium domi sedentes, aut in lectulis cubātes) haud ferè pauciores ducentis millibus fuisse, tantoque marium numero parem fuisse numerū fœminarum æquè necessarium videtur: quod certè, ad æstimationē quidem judicii mei, vix est ut credi possit: demus, id quod verum est, urbem Romam quinque regum virtute, ac sapientia rebus omnibus vehementer esse auctam: annorum verò CLXXIII. spatio (in illo enim regni principio Servius sextus rex, censum instituit) incremēta fuisse tanta, ut capitum ducēta millia, quā hodiè multitudinē in una aut altera Europæ urbe vix, aut fortasse ne vix quidem invenias, numerata sint, ita simile veri non est, ut monstri simile videatur. Ipse etiam Liv. lib. IIII. quum ait: Qu. Fabio T. Quinctio coss. censa civium capita CXXIIII. millia, CCXIIII. præter orbos, orbasque: nullam ætatem, orbis exceptis, nullumque sexum censu exclusum, satis indicat, idemq; lib. LIX. significat, quū inquit: Cēsa sunt CCCLXVIII. millia, DXIII. præter orbos, & viduas. Quæ si cui dubia videntur argumēta, Dionysii Halicarnassei legat historiā: nam ex ejus verbis, quæ sunt lib. 1, non modò cujusq; rem esse æstimatam, quod unum Livius, scriptor quandoq; parum diligens, tradidit, verumetiā ætates omnium, uxores, liberos, locū ubi habitarent, vel in urbe, vel in agro, publicis in tabulis notatū, planissimè ostenditur. Quod autē ad libertinos attinet: eos item tribū cū ingenuis esse censos, idem Dionysius eodē in loco significat. Vtrū verò, qui extra pomœrium, an soli qui intra pomœrium habitabāt, censerentur, dubitare nō licet: quū ab eodem & de agro Romano fieri mentionē videamus. Et ut de rusticis Romanis cēsis ex Dionysio, sic de municipibus, postea quàm communicari cœpta civitas est, planè constat ex eo Pædiani loco: Convenerat ex municipiis cujuscumq; modi multitudo, aut propter comitia, suffragiorū causa, aut ludorū, aut ut censeretur: nec tamen obscurè idem significant illa verba pro Cluentio: Illum tabulas publicas Latini censorias corrupisse, decuriones universi judicaverunt: certè enim de tabulis iis intelligit, in quas censores quū civium Romanorū censum agerēt, municipum nomina retulerāt. Coloni ante bellum Punicum secundum nō censebantur: ait enim Livius sic lib. XXIX. Duodecim coloniarum, quod nunquam anteà factū erat, deferētibus censoribus, censum accepērūt: ut quantū numero militū, quantū pecunia valerent, in publicis tabulis monumēta extarēt. Censebātur quinto quoq; anno, lustro scilicet cōfecto, qd' integrum quatuor annorū spatium fuit: tametsi, ultra quadriennii intervallum, vel bello, vel domesticis discordiis, vel alio casu, sæpè productū esse censum observavimus. Magistratus huic muneri præfuit, primùm, qui summus in urbe fuit, reges duo postremi. Servius & Superbus: ejectisque regibus, consules: deinde quū consules bellis impedirentur, censores: qui ab re nomē acceperunt: Census in foro fiebat: lustrum in campo Martio condebatur, cæsis sue, ove, tauro, quod sacrificium & solitaurilia, & suoveaurilia vocant: de lustro Livius, Dionysius, omnes historię narrāt: de censu inde conjicio, quod equites trabeatos per medium forū idibus Quinctilibus ante censores sua manu equū traduxisse, Livius, Valerius, Suetonius, Plutarchus affirmāt: qua in re significāda, verbum transvehere, veteres historici libenter usurparūt: Cicero, traducere dixit, quòd si equites in foro censebantur: de cæteris, nihil obstat quin idem putemus. A' principio, è Servii regis instituto, in suaquisque classe, quę in centurias dispertitę erant: hoc est, ex suo quisque censu, quę rei familiaris erat æstimatio, censebatur: qui centū millia, cōve amplius possideret, in prima classe, qui infra centum usque ad septuaginta quinque, in secunda: inde ad quinquaginta millia, in tertia: inde ad viginti millia, in quarta: ab eo ad undecim millia, in quinta: infrā verò, in sexta: ex quo sequit', ut decuriones, equites, senatores omnes in prima classe censerētur: quandoquidē neq; decurio poterat esse, qui centū millia nō haberet: neq; eques, q quadraginta millia: neq; senator, qui octingēta millia. Post expletas verò XXXV.

tribus, non in centuriis, sed in sua quenq; tribu censum esse crediderim: senatores enim clarissimos viros, summis honoribus functos, in ipsos inquã, censores, M. Livium salinatorẽ, C. Claudium Neronem, in suis utrunq; tribubus, nulla facta classium mẽtione, censum esse, Liv. lib. XXIX. perspicuè demonstrat his verbis: Equitũ deinde census agi cœptus est: & ambo fortè cẽsores equum publicum habebãt: quũ ad tribum Polliam ventum est, in qua M. Livii nomẽ erat, & præco cunctaretur citare ipsum censorẽ: Cita, *inquit Nero*, M. Livium. & sive ex residua & vetere simultate, sive intempestiva jactatione severitatis inflatus, M. Livium, quia populi judicio esset cõdemnatus, equum vẽdere jussit. Item M. Livius, quum ad tribum Narniensem, & nomen collegæ vẽtum est, vendere equum C. Claudium jussit. Festus tamen videtur significare, post expletas etiam XXXV. tribus censos esse cives Romanos in centuriis: ait enim sic: Niquiscivit cẽturia est, quæ dicitur à Serv. Tullio rege cõstituta, in qua liceret ei suffragium ferre, qui nõ tulisset in sua, ne quis civis suffragii jure privaretur: nam, scisciro, significat, sentẽtiam dicito, ac suffragium ferto: unde scita plebis: sed in ea centuria neque censetur quisquam, neque centuriæ præficitur, neque centurialis potest esse: quia nemo certus est ejus centuriæ: est autem, Niquiscivit, nisi quis scivit. Pedianus etiam, cujusque civis nomẽ in albo suæ centuriæ scriptum fuisse tradit: indeque exemptos qui à censore ærarii fierent: itaque hãc veterum quasi controversiam ita dirimemus, ut nominatas quidem recognitas in censu singulas tribus nomina tamen civium in sua cujusque centuria scripta esse dicamus. Et quoniam tria genera civium fuisse cõstat, senatores, equites, plebem, & plebi equites, equitibus senatores dignitate præstitisse, cõstat: ratio postulat, id quod etiam veterum exempla testãtur, ut in censu primus ordinis senatorii locus, equitum secundus, plebis verò fuerit postremus: primùm igitur recitabãtur omnium senatorum nomina: erat autem, inter ipsos senatores primùm recitari, per honorificum, isque princeps senatus vocabatur: id in arbitrio censorum positum erat: à quibus tamen neminem, nisi de consularibus, principem senatus esse lectum, animadvertimus: eodem modo princeps equestris ordinis dicebatur is, quem censores primo loco scripsissent in iis tabulis, quæ equitum nomina continebant. Ex nostris observationibus.

Cēnsōrĭus, ad hominem relatum, cum significat, qui aliquãdo censura fuerit functus, πρεσβυτικός: quemadmodum Consularem, & Prætorium vocamus, qui aliquãdo aut Consulatum gesserit, aut Prætura. Cicer. 2. de Orat. Quid enim poterit dicere? Consularem se esse hominem & Censorium. Et paulò post. Id autem committere, vide quàm homini Censorio conveniat. ¶ Dicitur & de aliis rebus omnibus, quæ ad Censores pertinent, quæque Censorum sunt. Censorium dictum, quod est censoris, seu quod ad censorem pertinet, & Censoria virgula. Quintil. lib. 1. cap. 2: Veteres Grammatici nõ versus modo cẽsoria quadam virgula notare, & libros, qui viderẽtur falsò inscripti, tanquam subditicios submovere familia permiserunt sibi, &c. ¶ Censorium nõ est. Cic. pro Cluent. Hominum delictum fortunæ judicio committere, minimè censorium est. ¶ Censoriæ vestes dicebantur, quibus Censores meritò uti possent: ἐξουσίαι πρεσβυτικαί. ¶ Censoriam virgulam tritissimum est ab eruditis appellari judicandi autoritatem, præsertim cum supercilio, à magistratu Romano sumptum.

Cēnsūrā, ræ, Censoris dignitas, sicut à Prætore Prætura. [תוכחת *tochéchath* πρεσβεία, πρεσβεία ἀρχή. Gall. *Reformation, censure, l'office d'un censeur.* Ital. *Dignità di Censore, Censura, reprehensione.* Germ. Das amyt des schesens oder straffens. Hispan. *La judicatura de aquel Cesar, corregimiento.* Polon. *Vrząd sprawuiący obyczaie.* Vngar. *Vizsgálás emendálás.* Ang. *The office of the Censour, reformation.*] Plin. lib. 14. cap 4: Catonum ille primus, triumpho & censura super cætera insignis. Livius lib. 4. ab Vrbe: Alios magistratus annuos esse, quinquennalem Censurã gravem esse. ¶ Accipitur interdum pro severitate, correctione, decreto & lege. Plin. in Paneg. Nam vita principis, censura est, eaq; perpetua: ad hanc dirigimur, ad hanc convertimur. Apud Græcos censuræ genus, δοκιμασία.

Cēnsŭs, us, m. g. [מכסה *michsáh* מכס *mécher*. τίμημα. Gall. *Taxe & estimation, revenu, rente.* Ital. *Censo, entrata, rendita, tributo.* Ger. Schatzung die man einem nach seinem angezeigten Gut auffriegt/ Steur. Belg. Een Schattinge. Hisp. *Peeha, cannana.* Pol. *Dan, szacuneck.* Vngar. *Ado, marha bõtsülés szerint vala ado.* Ang. *A cessing, valuing, a subsidie, or yearlie revenewes.*] Dicebatur æstimatio rerum & bonorum facta, secundum quam tributa pendebãtur. Vnde, Censum agere, est recensere hominum facultates. Liv. 1. ab Vrb. Censum instituit, rem salubrem futuro imperio. ¶ Censui censendo bona esse dicebantur, quæ mancipi erant, & modis jure civili institutis acquisita. Cic. pro Flacco: Illud quæro sint'ne ista prædia Censui censendo? habeant jus civile? sint, nec'ne sint mancipi: subsignari apud ærarium, apud Censorem possint? ¶ Census itẽ, annuus redditus; & quicquid fortunarũ quis habet, ἀστία, πλοῦτος. Iuvenalis: Protinus ad censum, de moribus ultima fiet Quæstio. Cic. 2. de Legib. A quo iterum funerum sumptus præfinitur ex censibus, à minis quinq; usq; ad minã. Vnde qui centũ millia æris in professionẽ detulissent. Censi dicebãtur. Census equestris constabat ex sestertiis quadringentis, Vide Additiones P. Manutii.

Cēnsŭs, a, um, significat id, quod in censum relatum est. [πεπιμημένος. Pol. *Oszacowany.* Vn. *Szám, szám szerint, ado alá vetettet.* Ang. *Cessed, valued, taxed.*] Cic. pro Archia: Illis temporibus nulla populi pars est censa. Idem in Verrem: Te prætore Sicilia censa denuò est. Cic. de Orat. Quæritur de eo qui domini voluntate census sit, si lustrum conditum nõ sit, sit'ne liber. ¶ Censi etiam illi appellabantur, qui centum millia in bonis habebant: quos Iureconsultis appellantur Centenarii.

Cēnsŭālĭs, le, Vlp. l. Forma. ff. de censi. Forma censuali caveri, ut agri sic in censum referantur. Vincula censualia. Idem eod. §. si quis inquil. Si quis inquilinum, vel colonum nõ fuerit professus, vinculis censualibus tenetur.

Cēntaurēā, æ, f. p. sive centaurion, rii, κενταύριον Dioscuridi, Herba est, quæ à Chirone Centauro nomẽ accepit, qui ex curatus dicitur, quum Herculis hospitis sui arma pertractanti, sagitta decidisset in pedem. Ejus duo sunt genera, majus, & minus. Majoris radix, quæ sola in usu est, in Officinis pro Rheo Pontico magno errore ostenditur. [Gall. *Centaure ou centaurée.* Ital. *Rheponticco.* Ger. Tausend guldẽ kraut. Hisp. *Rhepontico.* Pol. *Centaurjum.*] Minus verò Centaurion (quod à Plinio Cẽtaurion lepton dicitur, & à nõnullis Limnesion, propterea quòd ipsa amet loca) etiã hodie in officinis nomẽ retinet: tametsi à quibusdam Febrifugia, & Fel terræ dicitur. [Gall. *Fiel de terre.* Ital. *Biondella.* Hispan. *Hiel de tierra.*] Virgil. 4. Georg. Centaureum appellavit, pen. prod. Cecropiumque thymum, & graveolentia Centaurea. Vide Plin. lib. 25. cap. 6.

Cēntaūrĭs, Plinio, Tertia est centauri species, cognomento Triorches, eò quòd qui eam secat, à triorche accipitrum genere dicatur impugnari. Hæc Plin. lib. 25. cap 6.

Cēntenārĭus, Centenus, Centesimus, Centesimanus, Centiceps, Centimanus. Vide CENTVM.

Cēntĭfŏlĭā, Rosæ genus, in Campania potissimùm proveniens: à foliorum multitudine ita appellatum: de quo vide Plin. lib. 21. cap. 4.

Cēntĭgrānum, Genus tritici, dictum quòd ferat centum grana. Plin. lib. 18. cap. 10.

Centinodia. Vide POLYGONON.

Centĭpēdā, Vermis est pilosus, multis pedibus arcuatim repens, ab aliquibus Multipeda, ab aliis Millepeda dictus. [λιθοσκολόπενδρα. Pol. *Gąsienica.* Vngar. *Hernyo.*] Differt à scolopendra, quæ & minor est, & perniciosior, neque arcuatim serpens. Autor Plin. lib. 29. cap. 6.

Centipellio, onis, Plin. lib. 28. cap. 9. de Cervis: Testes quoq; ejus inveterati, vel genitale maris salutariter dantur in vinum: item ventres qui centipelliones vocantur.

Centĭpēs, com. t. Piscis est alio nomine Scolopendra dictus, σκολόπενδρα, dicitur à terrestris scolopendræ similitudine. Hic hamo devorato omnia interanea evomit, donec hamum egerat: deinde resorbet. Autor Plin. lib. 9. cap. 43.

Cēnto, onis, m. t. Velum laneum, lana aut tomen confertum, qualibus olim in bello uti solebant, ad machinas obtegẽdas, ne tormentorum missilibus perfringerentur. [בלוים *bolóim* εἰσοχεῖς, ἐπίσκεπτρα, σύσκεπτρα. Gall. *Vne chose faite de pieces cousues, amas de plusieurs pieces & morceaux.* Ital. *Schiauina.* Germ. Ein Wollene zusamen gebletzte decke/ oder furhang. Hisp. *Vestidura de obra de remiendos.* Pol. *Worę watkowe y na mocy zszyte/ albo drobrony/ l'atanina.* Vngar. *Tobbszor foltozott lasook pokrócz.* Ang. *A harbarlat, a course couering of diuerse shreds.*] Cæsar: Centones insuper injecerunt, ne aut tela tormentis missa contabulationem perfringerẽt, aut saxa in catapultis latentium discutierẽt. Sisen. lib. 3. Historiar. Aceto madefactis centonibus integuntur. ¶ Quidam Centonẽ capiũt pro Stragulo genere, quod cubantibus insterni solet. Cato de Re rust. cap. 10. & 11: Culcitras octo, instragula octo, pulvinos sexdecim, operimenta decem, mappas tres, centones pueris sex. Similiter & Macrobius dum scropham sub centonibus jacẽre scribit, rusticum stragulũ esse declarat. Fieri autem centones constat ex pannis diversorum colorum, vel lanis in unũ condensatis atq; cõsutis. ¶ Vnde ad earum similitudinem, Centonẽ vocant carminis genus ex diversis carminũ fragmẽtis hinc atq; illinc accersitis, cõtextum, qualiq; consutum: Græci κεντρωνικὰ vocãt. ¶ Extant adhuc Homerocentones, Ὁμηροκέντρωνες. & Virgilio centones, à Proba Falconia consuti: item alii ab Ausonio, qui etiam centonum legem præscribit his verbis: Varia (*inquit*) de locis, sensibusq; diversis quædam carminis structura in unũ solidatur versum, ut coeant, aut cæsi duo, aut unus, & sequens cum medio: nam duos junctim locare ineptum est. ¶ Vnde proverbialiter dicimus fab-

mus farcire centones. Plaut. Epid. Quid tu, *inquit*, alium quæras, cui centones farcias: id est, quem tu gloriosis mendaciis & confarcinatis fabulamentis expleas.

Cēntūnculūs, m. s. dim. à Cento, pro vili ac sordido stragulo. [*ἐπιπόρπημα*. Pol. *Rogoszyna*. Vngar. *Töldozsi foldozsi pokrovetska*.] Senec. lib. 11. Epist. Diurnū accipit, in centunculo dormit. ¶ Accipitur & pro viliori operimēti genere, quod clitellis subiterni solet. Liv. 7. ab Vrb. Multis strata detrahi jubet, binis tantū centunculis relictis. ¶ Centunculus item, teste Dioscor. à Romanis, vocātur herba, quam Græci *Gnaphalion*, & *Chamezelō* vocant. ¶ Ratio nominis tracta videtur à molli foliorū lanugine, qua ad inferciendos centones tomenti inopia suppleri potest. Vide Diosc. lib. 3. cap. 112. Plin. aūt lib. 24. cap. 15. autor est, Centunculū Italis appellatū fuisse tertiū clematidis genus, rostratis foliis, ad similitudinē capitis penularū jacēs in arvis.

Centonalis, Ruta sylvestris apud Diosc. lib. 3. cap. 51.

Cendonicum: id est, Absynthium marinū. Diosc. lib. 3. cap. 26.

Centrinæ, Culices in ficubus, fucis apum ignavia militiaque similes.

Centrum, Latinè punctum in sphæra, orbe aut circulo, mediū à quo lineæ rectæ ad extremitātem ductæ inter se sunt æquales. [קְרֶב *kéreb*. *κέντρον*. Gall. *Centre, le poinct ou milieu d'vne chose ronde*. Ital. *Centro*. Germ. *Ein mittet punct*. Hisp. *Centro*. Polon. *Pauks środek wokrissie*. Vng. *Kellö közepi*. Ang. *The middle point in a round thing*.] Apuleius in cosmographia: Cardinem, *inquit*, mundi (sic enim dixerim centrum) habet tellus. Cic. 1. Tuscul. Persuadent enim Mathematici terram in medio mundo sitam ad universi cœli complexū, quasi puncti instar obtinere, quod Centrum illi vocant. ¶ Centra in marmore sunt quidam veluti exiriores nodi, ad clavi similitūdinem, inimica ferris: qui in intima etiam lignorum parte inveniuntur. Plin. lib. 16. cap. 39. ¶ Inveniuntur & in quibusdam arboribus, sicut in marmore, centra: id est, duritia clavo similis, inimica ferris. Et quædam sorte accidunt, lapide recepto, aut comprehenso in corpus, aut alterius arboris ramo. ¶ Est item Centron crystalli quoddam vitium, durum & fragile, quod & salem appellant. Plin. lib. 37. cap. 2: Infestantur crystalli plurimis vitiis, scabro, ferrugine, maculosa nube, occulta aliquando vomica, præduro fragiliq; centro, & sale appellato.

Centrālis, adjectivum, *κεντρικός*. Plin. lib. 2: Quindecies & pluribus suberit, quàm terra centralis interveniat.

Centrosūs, a, um: [*κεντρώδης*. Polon. *Drzem zyl otwarti wdrzewie albo kamieniu*. Vngar. *Fái kemény mersalék esölik*.] ut, Centrosa scobs: id est, limatura admodum dura, veluti centrum quod in marmore, vel junipero invenitur. Plin. lib. 37. cap. 7: Adulterantur vitro similliimæ, sed core deprehenduntur, sicut aliæ gemmæ factitiæ: mollior enim materia & fragilis, & centrosa scrobe deprehenduntur: & pondere, quod minus est vitreis, aliquando pustulis argenti modo relucentibus.

Cēntum, Nomen numerale & indeclinabile. [מֵאָה *meáh*. *ἑκατόν*. Gal. *Cent*. Ital. *Cento*. Ger. Hundert. Belg. Hondert. Hisp. *Ciento*. Pol. *Sto*. Vng. *Száz*. Ang. *An hundred*.] Cic. pro Mil. Hi centū dies penes accusatorem quū fuissent, ab eo ipso accusatore producti sunt. ¶ Accipitur aliquādo Centū indefinitè pro pluribus. Sic Centum greges apud Horat. 2. Carm. Ode 16. & Centum juvenci apud eundem, lib. Epod. Centum puer artiū, 4. Carmin. ¶ Composita tamen variantur, ut Ducenti, tæ, ta; Trecenti, Quadringenti, Quingenti, Sexcenti, Septingenti, Octingenti, Noningenti.

Cēntiēs, adverb. [*ἑκατονκις*. Gall. *Cent fois*. Ital. *Cento volte*. German. Hundert mal. Hisp. *Cient veces*. Pol. *Stokroć*. Vng. *Szászor*. Ang. *An hundred times*.] ut, Centies circūspicere priūs quàm, *&c*. Plaut. Rud. Centies H-S reliquit. Cic. 1. Phil. Ducenties, Trecenties, Quadringenties, Quingenties, Sexcenties, Septingenties, Octingenties, Noningenties.

Centenārius, [*ἑκατονετής*. Gall. *De cent ans, de cent livres, ou telles choses*. Ital. *Di cento anni, di cento libre & cose simili*. Germ. Das von hundert ahrs oder pfund jar vnd dergleichen andere. Hisp. *Cosa de numero de ciento*. Pol. *Rzecz miecakaiło wsobie lyczbo maiąca*. Vngar. *Száz fontos, mérsö*. Ang. *Of an hundred years in age, of an hundred pound weight, and sicklike*.] & similia in arius denotant nō multiplicationē sui, sed numerū aliarum rerum, quę nō nominātur: ut, Lapis cētenarius, nō quòd centuplus sit, sed centū librarū. Homo centenarius, nō quòd sit centū geminus, sed quòd habeat centum annos. Centenarius numerus gregum, Varr. 2. de Re rust. cap. 5. *ἑκατονταετής πρεσβύτερος*. ¶ Centenariæ cœnæ dicebantur, in quibus lege Licinia non plus centussibus: hoc est, centū assibus impendebatur, qui erant numimi breves ex ære. Festus. ¶ Centenarii itē illi dicunt à Iurecōsultis, qui centū millia H-S possident, qui à veteribus, ut ait Asconius, dicebantur Censi.

Cēntēnūs, a, um. [*ἑκατόν*. Gall. *De cent*. Ital. *Di cento*. Germ. Das zu hundert gehört. Hisp. *Cada vno ciento*. Polon. *Stokrotny*. Vng. *Száz vala*. Angl. *Of an hundred*.] Plin. lib. 11. c. 37: Iecur maximę vetustatis patiens, cētenis durare annis, obsidionum exempla prodidēre: hoc est, centum. Idem lib. 33. cap. 10: Non erat apud antiquos numerus ultra centū millia: itaq; & hodie multiplicantur hæc, ut decies centena millia, aut sæpiùs dicātur. Virgil. 10. Aeneid. It gravis Auletes, centenaq; arbore fluctum Verberat assurgens: hoc est, centum ingentibus remis.

Centēsīmūs, a, um. Propriè ordinis numerus est, significans postremum, vel unum ex centenario, [*ἑκατοστός*. Gall. *Centiesme*. Ital. *Centesimo, cento per vno*. Ger. Der hundertste. Hisp. *Ciento puesto en orden*. Pol. *Sty*. Vng. *Századik*. Ang. *The hundreth*.] Plaut. in Milit. haud centesimā Partem dixi: neq; otium si sit, possem expromere. ¶ Interdū multiplicādi vim habet, & pro centuplo accipitur: ut quū dicimus, Centesimū fructum ager attulit: hoc est, centies tantum quantum sementis acceperat. ¶ Centesima fruges, idē Plin. lib. 5. cap. 4: Ita appellat regio CCL. M. passuū fertilitatis eximię, cū centesima fruge agricolis fœnus reddēte terra. ¶ Centesimas Calendas, Iurisconsulti vocāt centesimum mēsem: unde Centesimis Calendis aliquid dare: hoc est, intra annos octo, & mēses quātuor: ut annotavit Alciat. in Pateng.

Cēntēsīmā, simæ. [Pol. *Lichwa gdzie wziąwszy, poszłe czemie odesła pl'acymi ięzwodzw lecz yechrzesma sieg summa*.] Genus usuræ, quæ centesimo mense explet sortem, utpotè quum centum librarum sors singulis mensibus libram unam usuræ parit: hoc est, duodecim libras singulis annis. *ἑκατοστή*. vide Bud. de Asse. Cic. ad Attic. libr. 1: Nam à Cæcilio propinqui minore centesimis nummum movere non possunt. Plin. Epist. 205: Proinde prima quaque occasione mitte, appositis quidem usuris, quas ego (non possum parcius) centesimas computabo.

Cēntēsīmārē & Decimare exercitum. castrensia verba sunt, pro eo quod est, centesimū, vel decimum militē supplicio afficere. Solent enim Imperatores, quū gravius quippiam milites deliquissent, eam moderationē adhibere, ut neq; universum exercitum delerent, neq; facilitate ventæ alios ad similia invitarēt. Convocatis itaq; universis, centesimum, aut (si videretur) decimum quenq; sorte proditum secuti percutiebant, cæterosq; metu liberabant. Iulius Capitolinus in Macrino: Et cùm seditiones militares patentur, multos sæpiùs decumavit, aliquando etiam centesimavit: quod verbum proprium ipsis est, cùm se clementē diceret, quando eos centesimaret, qui digni essent decumatione atque centesimatione.

Cēntīcēps, pitis, com. t. qui centum habet capita. [*ἑκατογκεφάλος*. Gall. *Qui a cent testes*. Ital. *Di cento capi*. Germanice, Hundertköpffig, das hundert köpffe hat. Hispanice, *Cosa que tiene cient cabezas*. Polon. *Stogłowny*. Vngar. *Száz fejű*. Angl. *That hath an hundred heades*.] Horat. 2. Carm. Ode 13: illis carminibus stupens Demittit aras bellua centiceps Aures.

Cēntīmānūs, qui centum habet manus: [*ἑκατόγχειρος*. Gall. *Qui a cent mains*. Ital. *Di cento mani*. Ger. Der hundert hend hat. Hisp. *El que tiene cient manos*. Pol. *Storęczny*. Vng. *Száz kezű*. Ang. *That hath an hundred handes*.] qualem fuisse Briarcum gigantē. Virg. 6. Aeneid. refert. Ovid. 3. Metamorph. Nec quo centimanum dejecerat igne Typhœa Centimanus Gyges. Horat. 2. Carm. Testis mearum centimanus Gyges Sententiarum.

Cēntūmvīrī, Iudices centum Romæ, qui de causis quibusdam privatis cognoscebant & judicabant, ut de usucapionibus, tutelis, gentilitatibus, agnationibus, testamentis, *&c*. [Gall. *Cent personnes ou plus qui anciennement à Rome iugeoyent des causes civiles*. Ital. *Il magistrato de cent' huomini*. German. Hundert vnd funff Richter verzeiten zu Rom. Hispanice, *Collegio era en Roma de cient varones*. Pol. *Sto pięć sędzów niekie dawzymie*. Vngar. *Száz ember*. Angl. *An hundred iudges that iudged of certaine civill causes in Rome*.] Nam quum essent Romæ triginta quinque Tribus, quæ & Curiæ sunt dictæ, terni ex singulis tribubus sunt electi ad judicandum, & Centumviri appellati: qui licet quinque supra centum fuerint, tamen quò facilùs numerarentur, Centumviri dicti sunt. Festus. Cicero pro Cecin. Et hoc loco Scævolam dixisti causam apud Centumviros non tenuisse. Idem primo de Oratore: Quid quà de re inter Marcellos & Claudios patritios Centumviri judicarunt?

Cēntūmvīrālīs, rale, quod ad centumviros pertinet: ut, Iudicium centumvirale. Cicer. 1. de Orat. Quid quod item in centumvirali judicio certatum accepimus? Centumvirales causæ, Centumviralia judicia, & Centumviralis hasta, *&c*.

Cēntūplex, icis, com. t. [*ἑκατονταπλάσιος*. Gal. *Centuple, double cent fois*. Ital. *A cento doppi*. German. Hundertfeltig. Hispan. *Ciento tanto*. Polon. *Stokrotny*. Vngar. *Száz rizsa, száz fele*. Ang. *An hundreth folde*.] Plaut. in Persa: Hæc nisi inde abierit centuplex murus rebus servandis parvus est.

Cēntūplīcātō, adverb. [*ἐφ' ἑκατονταπλάσιον*. *ἑκατονταπλασιόνως*. Gallicè, En cent doubles, au double cent fois. Ital. *Radoppiato cento volte*. Ger. Dopplet, hundertfeltig. Hisp. *Ciento veces tanto*. Pol. *Sto podwo ckroć*. Vng. *Száz kipper*. Ang. *A hundreth folde double*.] Plin. lib. 6. cap. 23: Quæ apud nos centuplicato vaneunt.

Cēntūplūs, a, um, idem quod Centuplex.

Cēntūssīs, Pecuniæ genus fuit apud Romanos, centum asses, seu

seu (quod in idem recidit) quadraginta valens sestertios. Persius: Et centum Græcos curto centussé licetur. ¶ Centussis pro centusse, id est, assibus centum. Var. apud Gel. lib. 15. cap. 18: Nunc qui illum norunt, volunt emere millibus centum: te qui novit nemo centussis.

Centumcapita, ἑκατοντακέφαλος, ἑκατοντοκεφάλος, Herba est ex aculeatarum genere, quæ alto nomine Eryngo alba, sive Eryngium dicitur, ἐρύγγιον, caule & radice in cibos à Græcis recepta. Plin. lib. 22. cap. 8.

Centumpondium, pro immani pondere legitur, etiam si centum pondo excedat. Plaut. in Asin. Ad pedes quando alligatus es, æquum centumpondium. Cato cap. 13: Cellas duas, trutinam unā, centumpondiū incertū unum, & pondera certa.

Centunculus, Vide CENTO.

Centuria, f. p. numerus Centum. [ἑκατοντάς, πάξις, ἑκατοντάνδρια. Gall. Centaine, bande de cent hommes. Ital. Compagnia de cent' huomini. Ger. Ein Rott hundert triegsleuten. Hisp. Compania de cient hombres armados. Pol. Rota sto żołnierzów pod sobą mająca. Vng. Százallya. Ang. A companie containing an hundred men.] In re militari centum cōtinet homines, qui sub uno Centurione sunt, quorum centenarius justus est numerus. Cic. 2. de Divin. Primùm vide ne in eum dixerint, qui rogator centuriæ fuisset. ¶ Centuriæ in agris, dicebantur ducenta jugera. Centuria à Centum jugeribus vocabatur: sed mox duplicata nomen retinuit, inquit Colum. lib. 6: Sicut Tribus dictæ primùm à partibus populi tripartitò divisi, quæ tamen nunc multiplicatæ, pristinum nomen possident. Var. lib. de Ling. Lat. 4.

Centuria, vocabulum cēturiis, ut ait Siculus Flaccus, ex eo datū est, quum antiqui Romani agrum ex hoste captum victori populo per bina jugera partiti sunt, centenis hominibus ducentena jugera dedeūt, & ex hoc facto cēturia jure appellata est.

Centurio, dicitur qui centum peditibus præest. [שר מאות sar meioth, ἑκατόνταρχος, πάξαρχος. Gall. Centenier, ayant sous soy cent sa charge cent hommes. Ital. Centurione, capitano di cento soldati. Ger. Hauptman über hundert fußvolcht. Hisp. Capitan de cient hombres armados. Pol. Rotmistrz mający pod sobą stoczechów. Vngar. Százados. Ang. A centurion, a capitane of an hundred men.] Cic. pro Marcello: Nihil sibi ex ista laude Centurio, nihil Præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit. In exercitu autem miles Centurioni, Centurio Tribuno, Tribunus Legato, Legatus Consuli obediebat: sed seorsum Magister equitum soli Dictatori obtemperabat. ¶ Centurio autem primæ cohortis dicebatur Primipilus, teste Plin. Veteres quum viderent commisso prælio, acies facilè turbari, ut hoc incommodum evitarent, cohortes in centurias divisere, & singulis centuriis singulos centuriones præfecerūt, qui primò Centurioni vocabant, quemadmodum Decuriones Decurioni. Cohortes in exercitu decē erant in singulis legionibus, sed prima, quæ reliquas & numero militum & dignitate præcedebat, Aquilam habebat, quod præcipuum erat signū Romanorū. Centuriones hujus cohortis cæteris centurionibus digniores habebātur. Prima centuria Primipilum vocabatur, quòd circa signa gravis armaturæ constituta erat. Centurio ipse, primipili centurio dicebatur, & Primipilus: hic non modò Aquilæ præerat, sed quatuor centurias: hoc est, quadringentos milites in prima acie gubernabat: & tanquā princeps totius legionis merita cōsequebatur & commoda. Mart. Grata pudens meriti tulerit quum præmia pili.

Centurio, rias, act. p. in centurias distribuo, refero. [κατατάττειν, κατατάξαι, κατατάττειν. Gall. Mettre par centaine, distribuer par bandes. Ital. Ordinare soldati à cento à cento. Ger. Setzen Rotten ordnen, deren ein jede hundert personen hattet. Hisp. Ordenar los hombres armados de ciento en ciento. Pol. Rotę dzielić nad to osob. Vn. Százankénti osztom. Ang. To distribute and put in bandes of an hundred, to hundred.] Cic. ad Quirites post red. Ego quum homines in tribunali Aurelio palam conscribi, centuriatiq; vidissem. Ager centuriatus, qui in ducenta jugera definitus erat. Romulus enim centenis civibus ducenta jugera distribuit. Et milites Centuriati, qui in centurias ordinabantur, κατατάξεις. Liv. lib. 29: Scipio postquā in Siciliam trajecit, volūtarios milites ordinavit, centuriavitq;. ¶ Centuriata comitia, ut Asconius scribit, dicūtur, quū ab omni sexu & ætate ferrtur suffragium: dicta Centuriata, quòd populus per centurias divisus suffragia ferebat. Hæc in campo fiebāt Martio, & omnium fuerūt maxima, itaq; maximus Comitiatus pro centuriatis comitiis sæpè apud Ciceronē dicitur. Hinc Succenturio, à quo Succenturiati, dicūtur milites non primæ, sed secundæ centuriæ, ubi ad insidiandum maximè collocabantur. Vnde Succenturiatus dicitur, quasi in insidiosis positus. Terent. in Phorm. Nunc prior adito tu, ego in insidiis ero hic succenturiatus, Si quid deficies. Propriè autem Succenturiare significat explendæ centuriæ gratia militum numerum supplere, vel in locum occisorum, vel exautoratorum militum, alios substituere. Gellius eleganter ad cibos transtulit, cuum in locum ciborum qui auferuntur, alii statim substituuntur.

Centuriatus, us, nomen, Dignitas & officium centurionis. [ἡγεμονία. Pol. Rotmistrzowo. Vng. Századosság.] Cicer. pro lege Manil. Quem enim possumus Imperatorē aliquo in numero putare, cujus in exercitu væneant centuriatus, atq; vænierint? Liv. 2. bel. Pun. Vbi ad decuriatū, aut centuriatum cōveniebat. Cic. in Pison. Quid centuriatus palam venditos?

Centuriatim, per Centurias. [κατὰ πάξεις, κατὰ ἑκατόνταρχον, ἑκατόνταρχον. Gall. Par centaines. Ital. Per centenaia, à cento à cento. Germanicē, Von einer Rott, welche hundert hattet, zu der andern, Durch die Rotten. Hisp. De batalla en batalla. Pol. Rotymi, na rotę. Vng. Százankénti. Ang. In hundreths hundreth by hundreth.] Quemadmodum Tributim, per tribus. Cic. pro Flac. Distributis partibus, tributim, & centuriatim descriptis ordinibus, classibus ætatibus. ¶ Hoc centuriatim, abundanter significat & copiosè. Pomp. Proculo: Continuò ad te centuriatim current, qui pancu petent. Ex Nonio.

Centurionus, ab antiquis dicebatur, teste Festo, qui postea Centurio appellatus est, sicut Curionus, & Decurionus, qui nunc Curio & Decurio nuncupantur.

Cepæa, Plinio, Herba est similis portulacæ, nigriore radice, sed inutili nascens in littoribus arenosis, gustu amara.

Cepe, sive Cepa, Vide CAEPA.

Cephalalgia, [κεφαλαλγία. Pol. Bolesć głowy. Vngar. Fejfájás. Angl. Griefe or dolour of the de head.] Generale nomen est ad omnes capitis dolores, continetque sub se Hemicraniam, Cephaliam & similes.

Cephalea, f. p. [κεφαλέα. Ger. Ein hauptweh von tauger jue hat. Pol. Bolesne wszystkiey głowy. Vngar. Meg aggot fájás. Angl. A long dolour of the head.] Diuturnus, & inveteratus capitis dolor, à sono, splendore, vel odore vehementiore, & nonnunquam à meri potu proveniens. Differt ab hemicrania, quòd ea dimidiam tantùm capitis partem infestet, Cephalea totum caput occuper. Plin. lib. 20. cap. 13: Lenit autem capitis dolores potu cum vino, aut cum aceto & rosaceo illita. Si verò sit cephalea, cum farina hordeacea, vel aceto. Sed & Celsus Cephaleam cautum quoddam pestilensq; malum appellat.

Cephalicum, emplastrum sic dictum quòd capiti fracto convenit. Celsus lib. 10.

Cephaline, Linguæ portio, cui gustus potentia inest.

Cephalocrustes, m. t. κεφαλοκρούστης, Vermis qui in folia pesici involvitur.

Cephalos, Daphnoides apud Dioscor. lib. 4 cap. 149.

Cephalotos, Thymus apud Dioscor. lib. 2. cap. 24.

Cephalotus, porrum capitatum, sic dictum, quòd majorem vim habet. Est & quod sectivum porrum vocant.

Cephalus, m. f. [κέφαλος. Germ. Ein Meräsch. Pol. Cfmoc.] Piscis est in metu caput occultans, totum se absconditum existimans: cephalus dictus à capitis magnitudine.

Cephaleus, cephalea, um: ut, Caro cephalea. Lucil. lib. 2. Satyr. Abdomina, thinnia venientibus priva Dabo, cephaleamque carnem. Vide Gel. lib. 10. cap. 20.

Cephas, כיפא. Ioan. 1. Non est (ut quidam nugantur) Græca κεφαλή, sed ut rectè docet D. Hieronymus Syriaca dictio, quæ interpretatur Petrus: id est, rupes, seu lapis, vel petra. Cognomē est Simonis Petri Apostoli, illi à Christo indirum. Quo etiam illum Paulus Galat. 2. & 1. Corinth. 15. & alibi nominat.

Cephenes, κηφῆνες, Recentes fucorum fœtus, quum formam capere cœperint. Plin. lib. 11. cap. 16: Rex apum statim mutat coloris, ut electo flore ex omni copia factus: neq; vermiculus, sed statim penniger. Cætera turba quum formam capere cœperit, nymphę vocātur, ut fuci sirenes atq; cephenes. ¶ Cephenes item fuerunt Asiæ populi, qui postea à Perse Iovis & Andromedes filio Perse appellati sunt. Autor Herodot. lib. 7.

Cephus, Animal est apud Aethiopes, pedes posteriores humanis pedibus, & cruribus, priores hominis manibus similes habens. Hoc animal à Pompejo, quū ludos faceret, in theatro fuit ostensum. & postea Romæ non visum. Plin. lib. 8. cap. 19.

Cepe, Cepina, Vide Cæpe.

Cepedines, saxa prominentia, Festus.

Cepina, sive potius Cæpina, κεπῆνα. Columell. lib. 11. cap. 3. Herba est hortensis, eadem cum cæpa: Cæpina (inquit) magis frequēter subactam postulat terram, quàm altiùs conversam. Et paulò post: Sed cæpina vel sæpiùs, certè non minus debet quàm quater sarriri.

Cepōnides, Gemmæ crystallini nitoris, quæ imagines reddunt, ut speculum. Plin. lib. 37. cap. 10.

Cepites, sive Cecopacites, Gemma candida est, venarum nodis coeuntibus candore imaginē referēs. Plin. lib. 37. c. 10.

Cepphos, avis est ira levis, ut in quancunque partem ventus flaverit, in eam auferat. Vnde & Cepphicus, pen. cor. Adjectivum, pro levi. Cic. Ea quæ dicunt, minimi sunt ponderis, planè cepphica.

Cepurei, m. f. κηπουροί, Græci appellant, quæ nostri hortensia, olera scilicet quæ in horto seruntur. [Pol. Ogrodnicy, ogrodnicy.

Vngar.

Vngar. *Kertipare.*] Vnde Sabinus Tiro librum Cepuricon scripsit: hoc est, hortensium, quem Mœcenati dicavit.

Cera, [דבש *dmigh.* κηρίον. Gall. *Cire.* Ital. & Hisp. *Cera.* Ger. Wachs. Pol. Wosk. Vng. *Viasz.* Ang. Wax.] Satis notæ significationis est, nempe illud quod melle ex favis expresso remanet. Plin. lib. 21. cap. 14: Cera fit expressis favis, sed antè purificatis aqua, & triduò in tenebris siccatis, quarto die liquatis igni in novo fictili. ¶ Eadē cera, ἐν κηρίον, idem favus, dicebantur proverbiali figura, qui uno ore idem affirmarent: aut qui inter se conspiraßent. Ductū à favorum cellulis inter se cōnexitive quòd cera tenax, sibiq; hærens: sive quòd olim in ceratis tabellis scribebant. Vade & Horatius: Cera laudatur eadem. ¶ Imis ceris radere, pro eo quod est, delere penitùs, sic ut nullum omninò memoriæ pristinæ vestigium extet. ¶ Ceram auribus obdis, κηρὸν τοῖς ὠσὶν ἐπιπλάττεις. In eos qui recusant audire vel æqua vel iniqua. Natum ab Vlyßis cera, quā suas ac sociorū aures obturat apud Homer. adversus Sirenarum cantilenas. ¶ Cera tractabilior, κηρὸς δεξιοτέρης. De vehementer docili dicebatur, aut de ingenio facili tractabiliq;, & in quemvis habitum sequaci. Horatius, Persius. ¶ Cera etiam veteres, ante inventum papyri usum, pugillares suos obducere solebant: unde etiam pro epistolis & pugillaribus positū invenis. Iuvenal. Nonne libet medio ceras implere capaces Quadrivio? Plin. Epist. lib. 1: Erat in proximo, non venabulum aut lancea, sed stylus & pugillares: meditabar aliqua, annotabamq;: ut si manus vacuas, plenas tamen ceras reportarē. ¶ Hinc profectæ sunt illa loquēdi genera, quæ sæpè apud veteres occurrunt, In prima cera, In secunda cera, Ima cera, & Extrema cera. Romani enim sua testamenta in tabulis ceratis perscribebant. Suet. in Cæs. Q. Pedium ex quadrāte heredē instituit, reliquos in ima cera: hoc est, in ultima parte testamēti. ¶ Inter ceras optima creditur Punica candidissima, proxima maximè fulva.

Cērŭl.ĭ.læ, dimin. [τὸ κηρίον. Polon. Woßczyk. Vngar. *Viaszocska.*] Cicer. ad Att. lib. 16: Cerulas enim tuas miniatulas illas extimescebam.

Cēro, as, Cera obduco. [κηρόω. Gal. *Cirer, encirer, enduire ou couurir de cire.* Ital. *Incerare.* Ger. Bermachsen, mit wachß vberziehen. Hisp. *Encerar.* Pol. Nowoßczyam. Vng. *Meg viaszozom, czirálom.* Ang. *To dresse, to scare or ouerlaye with waxe.*] Colum. lib. 12. cap. 50: Sexta quaq; olivitate dolia cerati oportere antiqui dixerūt. Hinc Tabulę ceratę dicebātur, cera superinductę. ¶ Hinc fit compositū Incerare. Iuvenalis: -genua incerare deorum.

Cerĭfĭcē, apes dicuntur, quū ceram faciunt. [κηροποιῶν. Gall. *Faire cire.* Ital. *Far cera.* Ger. Wachß machen. Hispan. *Hazer cera.* Pol. Wosk czinią. Vn. *Lépet czinálni.* Ang. *To make waxe.*] Plin. lib. 9. cap. 38: Quum cerificavēre, fluxos habent succos. Quędā tamen exemplaria hoc in loco habent fœtificavēre.

Cērātūr.ā, ræ, f. p. Ceratio, ceræ obductio. [κήρωσις. Gallice, *Ciroment, cirure.* Ital. *Ceramento.* Ger. Wachßung. Hisp. *Encerramiēto.* Pol. Nowoßczynie. Vng. *Viaszczbat, czirálás.* Ang. *Searing or dressing with waxe.*] Colum. lib. 12. cap. 10: Sic vetera non credidērunt, propter olei succum, ceraturam pati.

Cērātum, sive Cerotum, n. s. [κηρωτόν. Gall. *Cerot.* Ital. *Ciroto.* Ger. Ein pflaster von wachß gemacht. Hisp. *Ceroto.* Pol. *Plaster woskowy.* Vng. *Iro ruha.* Ang. *A scare cloth.*] Malagmatis genus, quod vulneribus solet superimponi: constat ex rebus ficcioribus, & igni appositum mollescit, sed corpori admotum durescit, & pertinaciùs hæret. Dictum videtur à cera, quæ ferè omnibus ceratis adhiberi solet. Plin. lib. 13. cap. 22: Faciemque invadunt ignes sacri, ob id cerato priùs illinunt.

Cērātum, n. s. [Pol. *Zapf ata od pręf ręcznia pieczęci do lyżu.* Vng. *Plaszpiri.*] Apud Cic. 5. Verr. Videtur accipi pro eo, quod cerę nomine penditur: cujusmodi est, quod etiam hodie pro diplomatum sigillis exoluimus. Cic. 5. Verr. Ex omni pecunia quā oratoribus solvere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant, primùm pro spectatione, & collybo: deinde nesciò pro quo cerario.

Cēreus, a, um, quod ex cera fit: [κήρινος. Gall. *De cire, fait de cire, ou de couleur de cire.* Ital. *Fatto di cera, ò di color di cera.* German. Wächsen, das von wachß gemachet ist. Hisp. *Cosa hecha de cera ò de color de cera.* Pol. Woskowy. Vng. *Viaszból fiadt.* Ang. *Of waxe, coloured lik waxe.*] ut, Imago cerea. Cic. 3. de Nat. deor. Vt enim si omnis cera cōmutabilis esset, nihil esset cereum, quod cōmutari nō posset. ¶ Sumitur quandoq; pro molli, facili, & flexibili. Horat. de arte: Cereus in vitium flecti, monitoribus asper. ¶ Ponitur aliquādo pro flavo. Virg. 2. Aegl. Addam cerea pruna, à ceræ videlicet colore. ¶ Inde ficedulæ pingues ab Accio ceteæ vocantur, translucete nimirum per cutem flava pinguedine. Quandoque pro uncto. Martialis: Cerea si pendet lumbis, & trita lacerna.

Cērēŭs, m. f. substantivum, Fax cerea. [κηρὸς, ἡ κηρέα. Gall. *Vn cierge ou chandelle de cire, torche.* Ital. *Cereo, torchio.* Ger. Wachßterz. Hisp. *Cirio.* Pol. Świeca woskowa. Vng. *Viaszgyertya, viaszból csinált szálmécsek.* Ang. *A torche of waxe, a waxe candle.*] Est funale, vel candela ex cera confecta. Martialis: Hic tibi nocturnos præstabit cereus ignes.

Cēroferarii, m. f. οἱ ἀκόλουθοι, κηροφόροι, dicti sunt à deportandis cereis in sacris.

Cēroferarium, instrumentū quo cereus fixus cōtinetur. In Decretis canon. distinct. 24. Acolythus accipiat ceroferarium cū cereo, ut sciat se ad accendenda lumina mancipare.

Cerĕōlŭs, diminutivum. [Pol. Woßczykowi. Vngar. *Viaszgyertyácska.* Ang. *A litle waxe candle.*] Hieronymus: Magnū honorem præbent hujusmodi homines beatissimis martyribus, quos putant hujusmodi cereolis illustrandos.

Cēr̄ĭnŭs, a, um, quod ceræ simile est: [κήρινος, κηροειδής. Gall. *Resemblant à cire, de couleur de cire.* Ital. *Simile alla cera.* Ger. Das da wachß gleich ist. Hisp. *Cosa semejante à la cera.* Pol. Woskowi podobny. Vng. *Viaszszinum.* Ang. *Like or resembling waxe.*] ut, Cerinus color. Plin. Sunt & nigra, ac laudatiora cerina, atq; purpurea. Cerini smaragdi, apud eundem lib. 37. cap. 5. Plaut. in Epid. Cumatile, aut plumatile, aut cerinum, subintellige vestimentum: quod & Melinum ab eodē dicitur à mellis colore, quod μελὶ Græci appellant.

Cērŏsŭs, a, um, quod Ceram admixtam habet. [κηρώδης. Pol. Woskowati. Vng. *Viaszos, viaszszal elegyitetet.* Angl. *Full or mingled with waxe.*] Vnde mel cerosum dicitur nondum satis expurgatum. Plin. Liquore veluti mellis cerosi.

Cerachātēs, κηραχάτης, Gemma est ex achatæ generibus, ceræ colorem præ se ferens. Plin. lib. 37. cap. 10.

Cerăĭtes, κηραΐτης, à quibusdam appellatur herba, quæ Græcis τῆλις, Latinis Fœnogræcum dicitur. Ceraitis dicta, quòd fructum habeat corniculis similem.

Cĕrăm̄ĭtēs, Gemma est testę colorem habens, unde & nomē accepit: nam κέραμος, tegulam vel tegulam sonat. Meminit hujus gemmæ Plin. lib. 37. cap. 10.

Cerarium. Vide CERA.

Ceras Amaltheas, κέρας ἀμαλθείας, Dicitur cornucopiæ, à cornu Amaltheæ Nymphæ, quæ (ut fabulantur Poētæ) Iovem caprino lacte nutrivit. Vide infrà CORNVCOPIAE.

Cerasbola, [κεραβόλα. Pol. *Twarde sęmiona.*] Semina sunt, quæ tempore sementis bubula cornua si attigerint, ea veteres credidērunt neque igni consumi, neque facilè coqui. Vnde & ἀκεράβολα nominat Plutar. in Sympoßiacis, quasi incoctilia. ¶ Hinc homines duri, & contumaces non inverecunda metaphora κεραβόλοι appellantur.

Cerascomion. Oenathite, Dioscor. lib. 5. cap. 334.

Cerasphoros, κεραφόρος, à nostris *cerniger* dicitur.

Cerasconia, Pastinaca sylvestris, Dioscor. lib. 4. cap. 57.

Cerasta, Arbor quæ sit, require ex Theophrasto lib. 8. cap. 18.

Cĕrastēs, stæ, m. p. [שרף *sehrephphim.* κεράστης.] Genus est serpentis, quod testę Plin. lib. 8. cap. 23: Quadrigemina cornua præfert, simillima arietum, unde & nomen habet. [Nam κέρας, ατος, Cornu dicitur. Lucan. -spinaq; vagi torquente cerastæ.

Cĕrăsŭs, si, pen. cor. f. f. [κέρασος. Gal. *Cerisier.* Ital. *Ciregio arbore.* Ger. Ein Kirßbaum. Belg. Eenen kersboom. Hisp. *Cerezo, arbol conocido.* Pol. Drzewo wiśniowe. Vng. *Czereszszye fa* (vel) *szereszszye fa.* Ang. *A cherie tree.*] Arbor nota, à Cerasunte Ponti civitate sic dicta: quā quum Lucullus delevisset, inde illam Romam transtulit, & à civitate Cerasum appellavit. Sanè arbor Cerasus dicitur, fructus verò Cerasum. [τὸ κεράσιον. Gall. *Cerise.* Ital. *Ciriegia frutto.* Ger. Ein Kirse. Hisp. *Cereza fruto.* Pol. Wiśnia albo trzęśnia. Vn. *Czereszszye* (vel) *szereszszye.* Ang. *A cherie.*] Ovid. de nuce: Audiat hæc cerasus, stipes manis erit. Plin. lib. 15. cap. 25: Cerasorum Apronianà maximè rubent. Et paulò pòst: Inter Cerasa principatum obtinent Duracina. Gal. lib. 2. de Alimen. κεράσια vocat. Cerasa Aquitanica dici possunt, quæ Galli vocāt *des Guisnes*, quòd ab Aquitania, quę ab illis *Guienne* appellatur, primùm sint advecta. ¶ Dicitur & Cetasum pro arbore. Colu. Cerasa & tuberes, & armeniacæ, & amygdalæ, quæ primę florent, possunt inseri cōmodè. Sunt & alia genera Siciliana, rotunda, Iuniana, Poracina, Campanica, Laurea, Amarasia, Visula, Germanica, Gallica, Macedonica. Plura alia videri possunt apud Plin. lib. 13. cap. 25. lib. 15. cap. 1. lib. 16. ca. 19. Theophrast. lib. 3. cap. 24. Diosco. lib. 7. Aegineram lib. 6. Serapion cap. 145. Gal. 7. fim. cap. 18. & Alimentorum lib. 2. cap. 11.

Cĕrăt̄ĭ.ĭ.tæ, Genus herbæ, de qua Plin. lib. 26. cap. 8: Ceratia uno folio, radice nodosa & magna, in cibo cœliacis & dysentericis medetur.

Cĕrăt̄ĭŭs, Comæ genus, ἀπὸ τοῦ κέρατος: hoc est, à cornu, cujus speciem habet. Plin. li. 2. cap. 23: Ceratias cornus speciē habet, qualis fuit quum Græcia depugnavit apud Salamina.

Chamælæ, [χαμαιλαία. Polon. Dyrnicol, ziemzyrzyka.] Herba quæ similitudinem foliorum oleæ habet. Plin. lib. 25. ca. 7: Multum infra hunc succum est, qui in Gallia fit ex herba Chamælæa, granum cocci ferente. Idem lib. 24. cap. 15: Chamælæa similitudinem foliorum oleæ habet: sunt autem amara, odorata in petrosis palmum altitudine non excedente. Vulgus à foliorum similitudine *Olivellam* vocat.

Chamæleon, chamæleonis, χαμαιλέων, Herba est ex genere aculeatarum: ita dicta à varietate foliorum. Mutat enim cum terra colorem, hic niger, illic viridis, alicubi cyaneus, alicubi croceus. Quibusdam in locis viscum gignit sub alis foliorũ: unde & Ixia appellatur. Ejus duo sunt genera, album & nigrũ, radicis colore distincta. Album Latini Carduum suarium, quòd sues enecet, officinę *Carlopatium* appellant. [Gal. *Chardonsse.* Ital. *Cardo maria, cardo maculato.* German. *Klein oder weiß Eberwurz.* Hisp. *Cardo pinto.* Pol. *Ostropest.*] Nigrum Latini Vemilagium, vel Carduum nigrum. [Gal. *Chardonnette de quoy on fait prendre le lait à faire fromage.* Ital. *Cameleone nero.* German. *Groß oder schwarz Eberwurz.* Hispan. *Cardo pinto nero, cardo alogero.*] Vide Plin. lib. 22. cap. 18.

Chamæleon, tis, m. t. χαμαιλέων, Qualis parvus leo, animal est diversa varietate conspersum, ut pardus, & ad colores quos videt, conversione facillima variatur, præter ad rubrum & album. ¶ Ab hac colorum mutatione oritur paræmia, Chamæleonte mutabilior, χαμαιλέοντος μεταβολώτερος. Competit in hominem versipellem, sive inconstantem, ac pro tempore sese vertentem in omnem habitum. Nascitur in India, figura & magnitudine lacertæ, nisi quòd crura habet recta & excelsiora. Latera ventri junguntur, ut piscibus, & spina simili modo. Eminet rostrum simile suillo, cauda prælonga in tenuitatem desinens, & implicans se viperinis orbibus: ungues uncinci, motus tardior, ut testudini, asperum corpus ut crocodillo: habet oculos in recessu cavos, tenui discrimine prægrandes & corpori concolores, nunquam eos operit. Solus animalium nec cibo, nec potu alitur, nec alio quàm aeris alimẽto: latet hyeme, ut lacerta. Vide plura de chamæleonte apud Plin. lib. 28. cap. 8.

Chamæleuce, χαμαιλεύκη. Germ. *Brandtlattich / oder Roßhub.* Polon. *Podbiał, kwiat.*] Herba quæ Tussilago dicitur, nascitur circa fluvios, folio populi, sed amplione. Plin. lib. 24. cap. 15. Vulgus vocat *Vngulam caballinam.* Barbarus propulaginem & Bechion.

Chamæmelon, χαμαίμηλον. Gal. *Herbe qu' on appelle Camomille.* Ital. *Chamemilla herba.* Germ. *Camillen.* Hispan. *Manzanille yerba conforida.* Polon. *Romien, rutheni, rumemia.* Ang. *Camomile.*] Herba est vulgò nota, ab odore mali sic dicta, quæ alio nomine Anthemis appellatur. Medici recentiores *Chamæmillam* barbarè vocant. Ejus tria sunt genera, floribus tantùm distantia. Leucanthemon, Chrysanthemon, & Eranthemon: de quibus latiùs suis locis. Vide Plin. lib. 22. cap. 21. ubi corruptum Plinii locum ita repone: Genera ejus tria palmum non excedent, flore tantùm distans: parviq; floribus ut rutæ folia, candidis, aut mellinis aut purpureis.

Chamæmelon parthenicum. Diosc. lib. 3. cap. 156.

Chamæmelon, inter alias linguas Siculorum cognomentum tertiæ speciei Aristolochiæ, ut inquit Diosc. lib. 3. cap. 5.

Chamæmyrsinē, f. p. [χαμαιμυρσίνη. Germ. *Menschholz.*] Frutex ex quo scopæ fiunt, aliàs Ruscus. Nonnulli sylvestrem myrtum vocant, ex quo fit oleum chamæmyrsinum. Vide Pli. lib. 23. cap. 9.

Chamæpeucē, f. p. [χαμαιπεύκη, Herba est folia habens laricis foliis similia, lumborum spinæ doloribus propria. Plin. lib. 24. cap. 15.

Chamæptys, yos, [χαμαιπτυς. Gal. *Iue sauvage.* Ital. *Chamepine.* German. *Heidepiessen.* Hispan. *Pimillo.* Pol. *Pomietrzne pole, sobotne ziele.*] Herba est Plin. lib. 24. cap. 6 à Latinis Ajuga, sive (ut alii legunt) Abiga vocata, ab abortu scilicet, quem facere creditur. Alio nomine Thus terræ dicitur. Ejus tria sunt genera: unum sesquipedalibus surculis, flore & odore pinus: alterum brevius, & incurvum: tertium foliis scabris, digitali caulis crassitudine. Vulgus *Ivam* appellat.

Chamæplatani, Coactæ brevitatis platani. Plin. libro 11. capite 2.

Chamarhyten, Lege STRVTIVM.

Chamærops, opis, f. t. [χαμαιρωψ. Ger. *Gamanderlin.*] Herba est myrtei circa caulem geminis foliis, capitulis Græculæ rosæ, quæ ex vino pota, lateri, renibus convulsis, & ruptis medetur. Autor Plin. lib. 26. ca. 8. Ruellius eandem esse existimat, quam à Mithridate inventore Mitridation appellat.

Chamæropes, vel potiùs Chamerriphes, χαμαιρώψ, & Theo. χαμαιρίφης Φοίνικες. Arbores sunt ex specie dactylorũ, quæ & in Creta & in Sicilia nascuntur. Plin. li. 13. ca. 4. de palmis. Vocantur autẽ Chamæropes folio latiore ac molli ad vitilia utilissimæ. Copiosę in Creta, sed magis in Sicilia. Ita dictę ab humilitate. Hujus palmæ medulla edulis est, dicturque Cefilione à Serapione: quia palmæ medulla seu cerebrum κεφαλίων à Galeno vocatur.

Chamærispēs, χαμαιρίψης, Arbores sunt ex specie dactylorũ, quæ & in Creta & in Sicilia nascuntur, folio latiore, ac molli, & ad vitilia utilissimæ. Vide Plin. lib. 13. cap. 4.

Chamæsyce, χαμαισυκη, Herba est lentis, folia habens, nihil se attollentia, in aridis petrosisq; nascens. Vide Plin. lib. 24. capite 15.

Chamæterē, quæ & Chamæterides, χαμαιτερίδες, à Græcis dicuntur, humiles & depressæ imagines: quales sunt servarum & pedissequarum, quæ ferè humi sedentes finguntur: χαμαὶ enim Græcorum adverbium Latinè significat Humi. Scribit Plin. lib. 30. cap. 5: Scopam fecisse Apollinem Palatinum, Vestam sedẽtem laudatam in Servilianis hortis, duasq; chamæteras circa eam.

Chamæzelon, χαμαιζήλον. Herba est, teste Plinio, libro vigesimoseptimo, capite decimo, quam quidam eandem esse credunt cum gnaphalio, cujus folia ita alba, & mollia sunt, ut planè videantur tomentum, & pro tomento usurpentur. ¶ Est & aliud Chamazeli genus, quod & *Pentaphyllon* à Græcis, & à Latinis Quinq; folium appellatur: cujus meminit idem Plin. lib. 25. cap. 9. [Germ. *Fünffingerkraut.*]

Chamelopardalis, & Chamelus, Vide CAMELOPARDALIS, & CAMELVS.

Chamsæ, Crocodili apud Aegyptios vocantur.

Chanoni, Id est, placenta.

Chaonides, χαονίδες, canum genus ex chais: hoc est, ex lupis cervariis conceptum, ut videtur sentire Hermolaus in Pliniũ. Verisimilius tamen est, à Chaonia regione dictus, quemadmodum & Molossos à Molossia. Chaonidum canum originem refert Iulius Pollux ad æneum canem à Vulcano fabricatum.

Chaos, n. g. [תהו *tohu* χάος. Gal. *Confusion vniuerselle de toutes choses, gouffre & tenebres & profondeur inestimable.* Ital. *Confusione, chaos.* Germ. *Ein vermischung / verwirrung.* Hisp. *Confusion, mezcla, chaos.* Polon. *Mieszanina.* Vngar. *Zür zavar, mennek s'bidnek kür Zavaria.* Ang. *A generall confusion of all thinges great darknesse with darknesse.*] Hesiodus in Theog. Omnium rerum initium vocat, quòd ante omneis deos, deasq; natum sit: de quo & Orpheus initio Argonaut. Alii appellant materiam cœli & terræ confusam atque informem, quæ primùm ex nihilo facta est, de qua postmodum omnia sigillatim per species varias formasq; proprias prodierunt: de qua Scriptura loquitur: Qui fecisti Mundum de materia informi. Lactantius verò sic habet: Nemo quærat ex quibus ista materiis, tam magna, tam mirifica opera Deus fecerit: omnia enim fecit ex nihilo. Nec audiendi sunt poëtæ, qui ajunt Chaos in principio fuisse id est, confusionem rerum atque elementorum: postea verò Deum diremisse omnem illam congeriem, singulisque rebus ex confuso acervo separatis, in ordinemque descriptis, instruxisse Mundum pariter & ornasse. Est autem hoc nomen Græcum, quod declinatur prima declinatione cõtractorum, hoc modo, τὸ χάος, τοῦ χάους, τῷ χάοι, τὸν χάος. Apud Latinos tantùm in usu est Chaos, & ablativus Chao, quanvis Priscianus per secundam declinationem declinavit Chaus, Chai, &c. Virg. lib. 4. Georg. Aque Chao densos divum narrabat amores. Ovid. lib. 14. Metam. Et noctem, noctisq; deos, Ereboq; Chaoque Convocat. Dictum Chaos à χέω, fundo, quòd fuerit fusio: id est, confusio elementorum omniũ. ¶ Antiquior quam chaos, χάος δεύτερον. De re nimium prisca & obsoleta.

Characatus, adjectivum à Græco χαρακωτὸς. Ger. *Stickeres ben.* Pol. *Tikacwina.* Vngar. *Sövö karo.*] quod inter cætera vallum significat, sive pedamentum, cui vitis alligatur. ¶ Vnde Characata vitis, quæ quo pacto fieri soleat, docet Colum. li. 5. cap. 4: Mox (inquit) quæ defixis arundinibus circummunitæ, per flatumina calamorum materis ligatis, in orbiculos, gyrosq; flectuntur, eas nonnulli characatas vocant.

Characias, æ, χαρακίας, Plin. lib. 26. cap. 8, primum est tithymali genus, ramos habens digitali crassitudine, cujus semen cum melle decoctum, in usus est ad cataporia: hoc est, pilulas faciendas, solvendæ alvi gratia. Hanc officinæ corrupto vocabulo *Catapuciam* vocant. Alia quoq; Characias est (vulgò *Charancia*) quę septi modo in hortis fenestrisq; per cancellos topiario opere digeritur. Sed de hac veteres nihil, Hermolaus Corol.

Character, m. t. Signum, insigne, forma, figura. [תואר *tsiurah* תואר *thoar*, χαρακτὴρ. Gal. *Charactere, marque, figure, forme, facon.* Ital. *Carattere, segno, figura, forma.* German. *Ein form / gestalt bildnuß.* Hisp. *Forma, estilo de dezir formal.* Pol. *Piadno, cyfra.* Vngar. *Iegy, iel belyeg.* An. *A marke, signe, scall or print in a thing.*] Col. lib. 11, cap. 2: Nec minus majora quadrupedia characterę signari debent.

debent. ¶ Item character, Genus & figura dicendi. Gell lib 7. cap. 14: Ex in carmine, & in soluta oratione genera dicendi probabilia sunt tria, quæ Græci χαρακτῆρας vocant. Cic. in Orat. Sed jam ipsa forma restat, & character ille, qui dicitur.

Chărăctĕrĭsmŏs, χαρακτηρισμός, Latinè designatio: figura, qua orator vitas eorum de quibus loquitur deformat, ut est apud Iuvenalem:- & calvo servire, Roma Neronis id est, Domitiano.

Chăradrĭus, m. f. χαράδριος, Avis maritima magna, & inguviosa, quam aspicientes icterici morbo liberantur, teste Aelian. lib. 15. cap. 26. ¶ Alio nomine Icterus appellatur, & à Latinis Galgulus, ut existimat Plin. lib. 30. cap. 11. ¶ Charadrium imitans, χαράδριος μιμούμενος, dici solitum de dissimulante, ac rem utilem occultante.

Charax, adminiculum vitis.

Charcari, pisces sunt.

Chărĭsentrĭsmŏs. [χαριεντισμός. Gal. *Plaisanterie & grace à parler.* Ital. *Piacevolezza, civilità nel ragionare.* German. Höflichkeit/ holdseligkeit vnd freundtligkeit in der red. Hisp. *Hermosura y gracia en donaire.* Polon. Wdzięczna mowa. Vngar. *Nyájas edes beszed.* Ang. *Plaisantnesse, and good grace in speaking.*] Est urbanitas, lepos, & venustas sermonis, a verbo Graeco χαριεντίζομαι, quod significat jocor, facetè cavillor. ¶ Sumitur etiam pro figura illa, quæ alio nomine ἀστεισμός à Græcis dicitur, qua scilicet dura dictu mitiùs & gratiùs proferuntur: ut si roganti, An se quispiam quæsiverit, respondeas. Bona forma: item si vixisse dicas, quem mortuum esse velis significare.

Chăris, charitis, [חן chên χάρις. Polon. *Miel ost.* Vng. *Kegyelem, kiw.*] Latinè gratia, festivitas, beneficium, munus. ¶ A' quo charisma, χάρισμα, in eadem significatione.

Chăristĭum marmor, (quod hic ut vitiosè scriptum erat, ita perperam interpretatum) Vide CARYSTIVM.

Chăristĭă, χαριστία, neutri generis & numeri pluralis. [Germ. Ein Freundtmal. Pol. *Swieta wktore powin nowacy godnia.*] Festa vocabantur, quibus cognati conveniebant, & munera mutuò mittebant. Ovidius lib. 2. Fast.

Proxima cognati dixêre Charistia chari:
Et venit ad socios turba propinqua deos.

Valer. lib. 2, cap. 1: Convivium etiam solenne majores instituerunt, idq; Charistia appellavêre, cui præter cognatos & affines nemo interponebatur. ¶ Sumitur pro annona gravi & difficili, sed imperitè.

Chăristĭcŏn, pro remuneratione apud Callistratum in l. divus Adrianus. de bon. damnator. Sed debent ad ea servari, quæ jure præsidum solent erogari: ut puta Charisticon quibusdam officialibus, &c.

Charmasynum, ni, n. f. genus setici, ex eo quòd aspicientes delectet.

Chăritās, & Charus, Vide CARITAS & CARVS.

Chărŏpŭs, penult. corr. Latinè amabilis, blandus, gratiosus: [ידיד jedidh χαρόπους. Gal. *Aimable, plaisant & gracieux.* Ital. *Amabile, piacevole, gratioso.* Germ. Freundtlich/ liebtlich/ holdseelig. Hispan. *Hermoso, gratioso à ver.* Pol. Wdzięczny, miely. Vng. *Kedves, szerelmes.* Angl. *Gratious, amiable.*] à χάρις, & ὄψ, ὄπος, aspectus. de Caropus color. χαρόπωπος χρῶμα, qui dilutam habet viriditatem, igneo quodam splendore intermicatem: qualem in leonum oculis conspicimus.

Chărtă, f. p. [מגלה megbillah χάρτης. Gal. *Carte, papier, livre, ou feuillet de livre.* Ital. *Carta.* Germ. & Belg. Papier. Hisp. *La carta ò hoja del libro.* Pol. *Papier.* Vng. *Papiros.* An. *Paper.* Cum ch aspirato, Papyrus in qua scribimus, proprieq; ex quam veteres ex papyri arboris cortice, & glutino præparabant, cujus species, variaq; nomina, & præparandi rationem vide apud Plin. lib. 13. cap. 11. 12. & 13. Quanquam etiam latiùs Chartæ nomen postea cœpit extendi, ut etiam de iis dicatur quæ ex membranis, linteis, aut alia quacunque materia conficiuntur. Suetonius in Nerone: Plumbeam chartam supino pectore sustinuit. Plin. lib. 13. cap. 11: Chartam Alexandri Magni victoria repertam, autor est M. Varro, condita in Aegypto Alexandria: antè non fuisse chartarum usum: palmarum foliis primò scriptitatum, deinde quarundam arborum libris, postea publica monumenta plumbeis voluminibus, mox & privata linteis confici cœpta, aut ceris. ¶ Charta virgo, quæ nunquam peperit: hoc est, quæ nondum transcripta est, dicitur à Martiale: Custodit ipse virginis pater chartæ. Patere enim dicuntur chartæ, quum ex iis exempla sumuntur. ¶ Item Charta, urbs Tyri dicta est, ex qua & Dido orta fertur, & ab ejus nomine à sese conditam urbem Carthaginem appellasse.

Chărtĕŭs, Chartulanus, & Chartaceus, a, um, quod est ex charta. [χάρτινος χάρτης. Gal. *Fait de carte.* Ital. *Di carta.* Germ. Papyrin/ das von Papyr gemacht ist. Hisp. *Cosa de carta.* Pol. *Papierowy.* Vn. *Papiros/ bol vaio.* Ang. *Made of paper.*] Vlpian. de leg. 3: Quòd si in codicibus sint membraneis, vel charta ceis, vel etiam eboreis, vel alterius materiæ.

Chărtărĭus, a, um, [χαρτάριος. Pol. *Papierni.* Ang. *Belonging to paper.*] ut Chartariæ officinæ. Plin. lib. 8. cap. 10: Hoc artifices officinæ, chartariæq; utuntur.

Chărtŭlă, diminutivum. [χαρτίον. Pol. *Kartezka.* Vng. *Papiros szatska.* Ang. *A litle peece of paper.*] Hieronym. Volo in chartulis meis ineptias scribere.

Chartŭlărĭi, sunt Iustiniano qui tabulis nomina recepta & impensa describebant. Ex Pyrrho.

Charmaticum, mercès quæ officialibus pro charta dabatur, eodem modo quo Cerarium dicitur Verrina 5, quod pro cera pendebatur. [Pol. *Zapłata od pysania.*] Ex vox apud Zonaram observatur: Ἐ πίκλησις καταδικάζεται ἐπιτιμωτῶν ἐπιβάλλοντα ἐξαιτεῖ δωρεάν, ἀπαιτῶν δὲ καὶ χαρτικὸν ἐπὶ τῇ κρίσει γραφῆναι δίκαιον. Ex Horom.

Chărtŏphÿlăcĭum, n. f. [χαρτοφυλάκιον. Pol. *Skrynka od domowa listów.* Vng. *Papiros tartó hely.* Angl. *The treasury of monuments, a great officers house, as the chauncelours of the rolls.*] Scrinium est, vel conclave, vel ipsa etiam domus, in qua chartæ asservantur. Latini Tabularium vocant: nam φυλακὴ custodia est, φυλάττω, custodio.

Charpipràti, Chartarum & papyri venditores sunt: χάρτης enim chartam sonat, & πωλέω vendo. Nunc Papyropolæ vocantur. Hegerin in tit. C. de coll. & chart.

Chartularis, m. f. sunt Iustiniano qui tabulis nomina recepta & impensa describebant. Ex Pyrrho.

Charrilago, vide CARTILAGO.

Chărŭs, a, um, Vide CARVS.

Chăsmă, tis, n. t. Latinè hiatus, fissura. [בקיע bekiah χάσμα. Gal. *Grãde ouverture comme vn abysme ou autre gouffre.* Ital. *Fessura, apertura.* German. Ein grosser spalt/ein klufft. Hispan. *Hendedura, ò abertura como de boca.* Polon. *Przepaszcz, otwarcie, rozpadnienie, rozpuszczenie.* Vng. *Kös, hasadás.* Angl. *A great gaping or opening of the earth or firmament.*] A' χαίνω, Hio. Fit autem Chasma non solùm in cœlo, sed etiam in terra. Vnde ait Iureconsultus de censibus. lege Forma. §. quare si. Si agri portio chasmate perierit, debebit per censitorem revelari. Ammianus eleganti vocabulo Chasmaticum appellat terræmotum, quo patefactis subitò voratrinis, terratum partes per hiatum absorbentur.

Chastanon, Xanthion vel lappa apud Diosc. lib. 4. cap. 139.

Chăŭs, [λύκος αἰθίοψ. Gal. *Loup cervier.* Ital. *Lupo cervier.* Ger. Ein Thierwolff/ist ein gattung der luchsen. Hisp. *Lobo cervel.* Polon. *Lampart.* Vng. *Farkas, pardocz/ fay zöt farkas.*] Lupi species est, pardorum maculas habentis, quem alio nomine lupum cervarium vocant. De quo Plin. lib. 8. cap. 19 ita scribit: Pompei Magni primùm ludi ostenderunt chaum, quem Galli *chaphium* vocant, effigie lupi, pardorum maculis. Et paulò post eodem lib. cap. 22: Sunt in eo genere qui Cervari vocantur, qualem è Gallia in Pompeii Magni arena spectatum diximus.

Chedra, Hippuris altera. Diosc. lib. 4. cap. 5.

Chĕlæ, arum, f. p. [χηλαί. Gal. *Les bras & parties de devant de scorpion.* Ital. *Branche di gambari ò di granceole.* Germ. Die schrem oder arm der Krebsen vñ Scorpion. Hisp. *Bracos de scorpiones de cangrejos.* Polon. *Nogice raczy abo Scorpionowe.* Vng. *Ioz rekfak.* Ang. *The armes or forepartes of a scarpion.*] Scorpionum & cancrorum brachia ita dicta à forficulis denticulatis, quos Græci χηλὰς vocant. Virgil. 1. Georg. Quà locus Erigonem inter, chelasq; sequentes. Ambrosius de cancro loquens: Et periculosum est, inquit, si chelam ejus includat.

Chĕlĭdŏnĭă, f. p. sive Chelidonium, n. t. χελιδόνιον, Herba ab hirundinibus appellata, quæ Græcè χελιδόνες dicuntur. Ea enim avium genere adveniente, nascitur, & discedente extinguitur. Ferunt etiam hirundines oculos pullis suis excæcatis ea herba restituere. Plin. lib. 8. cap. 27. & lib. 25. cap. 8. ¶ Chelidoniæ duæ sunt species, quarum major etiam hodie in officinis nomen retinet. [Gal. *Chelidoine, esclere.* Ital. *Celidonia.* Ger. Scheiwurtz oder groß Schwalbenkraut. Hisp. *Celidonia.* Polon. *Zl'ozwik, celidonia, iaskol'cze yele.* Vng. *Vere lovalja fü.* Angl. *Celidone.*] Minorem autem quòd strumis medeatur, quas Scrophulas nonnulli vocant, sive quòd strumosam habeat radicem, Scrophulariam appellant. [Gal. *Herbe aux escrouelles, aussi lens de prêtre.* Ital. *Fauosella.* Germ. Ein gattung des Steinbrechs beta/ so man herfür Gottes gnad. Hisp. *Scrof-laria menor.* Pol. *Maly rozkier.*] ¶ Chelidonia item vocatur Favonius ventus, à die sexto ante februarias idus, usque ad v. 1. calend. Martias: eò quòd iis diebus hirundines primùm conspici incipiant. Autor. Plin. li. 2. c. 47. ¶ Est etiam Chelidonia gemmæ nomen altera parte purpureæ, nigris interpellantibus maculis, altera hirundinis colorem referentis: unde & nomen accepit. De hac Plin. lib. 37. cap. 10. ¶ Item genus aspidis, ut Galenus autor est. ¶ Chelidonia præterea inter ficorum genera recensetur. Plin. lib. 15. cap. 18. & Colum. lib. 10: Purpureæq; chelidoniæ, pinguesq; mariscæ.

Chĕlĭdŏnĭæ, χελιδόνιαι νῆσοι, Stephano, duæ sunt insulæ contra Chelidonium Tauri promontorium, pestilentissimi aëris, quarum altera Corydela dicitur, altera Menalippea. Circa has insulas

Insulas anthias piscis maxima in copia capitur: ut est videre apud Plinium.

Chēlōnĭă χελωνία, Gemma est Indicæ testitudinis oculo similis, quam magorum vanitas tradidit linguæ impositam, futurorum divinationem præstare. Autor Plin. lib. 37. cap. 10.

Chēlōnĭdĭum, Vide CHELYS.

Chēlydrŏs. [χελυδρος. Gal. *Tortue de mer.* Ital. *Testudine marina.* German. Wasser oder Meerschneck. Hisp. *Galapago de la mar.* Polon. *Morski ślimak.* Vng. *Tengeri teknős béka.* Ang. *A tortois, a water snake.*] Est testudo marina. Nam χέλυς testudinē Græcis, & ὕδωρ aquam significat: quasi testudinem aquaticam dixeris. ¶ Sunt qui etiam pro ornamento muliebri accipi putent, cirantes illud Iuvenalis: donant arcana chelydros. Quo tamen in loco alii cylindros legere malunt.

Chēlys, f. t. [קשׂת *koppidh.* χέλυς. Gal. *Vne tortue.* Ital. *Testudine.* German. Schnecke. Hispan. *Galapago.* Pol. *Lutnia, ślymak, żabiarka.* Vngar. *Teknős béka, laut.* Ang. *A tortois or snake, a lute.*] Propriè est testudo animal, quamvis etiam pro instrumento musico accipitur, quod & Latini testudinem appellant. Nā ex testudine prima facta est cithara à Mercurio, cōsumpta jam carne, sed superstitibus nervis. Ovid. ad Pison. Pulsatur manibus Phœbea chelys. Canona chelys, Seneca.

Chēlōnĭum, n. s. [χελώνιον. Gal. *La couverture & coquille d' vne tortue.* Ital. *La scorza di sopra la testoggine.* Germ. Die Schal oder das Hausslin des Schnecken. Hisp. *La cobertura del galapago.* Pol. *Skorupa od ślimaka, item żabiarka.* Vng. *Béka teknőd.* Ang. *The shell of a tortois or snaile.*] Bud. Testudinis tegumentum est. Nam testudinem Græci χελώνην appellant.

Chemites, sepulchri species ebori similis, in quo Darium conditum ferunt.

Chemosis, oculorum morbus, quando ex tumore vehementi utræq; palpebræ convertuntur, ut vix liceat connivere, & album supra nigrum attollitur ac rubescit.

Chēnălōpēcēs, χηναλώπηξ, ex anserum sunt genere, quibus pro cibis lautionibus utuntur Britanni. Vide Plin. lib. 10. cap. 22. Est autem nomen κατὰ συγκοπὴν ἐκ χηνὸς καὶ ἀλώπεκος: hoc est, ex ansere & vulpe compositum: unde & Vulpanserem Aeliani interpres transtulit. Anserem enim specie, vulpem calliditate refert. Aquilæ & felis injuriam facilè propulsat. Aucupi ad nidū accedenti obviam prodit, ut interim pullis elabendi spatium præbeat. Vide Aelian. lib. 15. cap. 51.

Chēnĭscus, m. s. χηνίσκος, Latinis anserculus est. [Pol. *Gąsiatko.* Vng. *Ludacskaszár.*] Vnde & puppis extremum, quod ornatus gratia ad anseris similitudinem effictum erat, Chenisci appellarunt. Apuleius: Puppis intorta chenisco. Lucian. in eo dialogo, qui πλοῖον, ἢ εὐχαί inscribitur: Ὡς δὲ ἐπέμενε μὲν ἡμῖν ἐκεῖνος ἐφίστασθαι κεκοσμημένος χρυσοῦν χηνίσκον ἐπικείμενον κατὰ τὴν πρῴραν ἐπιφανῆ ἐπιστρέφοντα τὸν τράχηλον καὶ τὸν ἔξω τῶν κεραιῶν ἐπιβεβηκότα τὸν ἐν τῷ στόματι λόφον κινοῦντα καὶ τὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τῶν κεκλῶν τῶν ὑψηλῶν τῶν ἐν τῷ ἐπιστίῳ κειμένων. Hoc est, Vt verò ipsa quidem puppis paulatim assurgit inflexo aureo chenisco ornata (hoc est, inflexa, atque aureum anserculum supernè habens impositum) è regione autem æqua proportione prora prominet in anteriorem partem longè porrecta, cognominè navi deam Isidem videlicet utrinque additam habens. Idem in veris narrationibus: Ὡς τὸν χηνίσκον τὸν ἐπὶ τῇ πρῴρᾳ χρυσοῦν ἐφορῶν ἐπιστρέφοντα καὶ κινοῦντα. Hoc est, Chenisicus enim (sive anserculus) qui ad puppim erat, repentè alis plaudere cœpit & clangorē edere. Formam chenisci, vide apud Bayfium de re navali.

Chēnŏbŏscĭon, pen. prod. χηνοβοσκεῖον, Locus ubi anseres alitq; id genus nantes volucres aluntur. [Polon. *Korzyiągęsły, ptak.* Vng. *Lúd, kis récsy tarto to.*] nam χὴν, χηνὸς, anser dicitur. Columb. lib. 8. cap. 14: Qui verò greges nantium possidere studēt, chenobosciis constituant.

Chenŏmȳchŏn, Herba ad cujus aspectum expavescunt anseres: alis nominibus Nyctegretum dicitur, & Nyctilops, eò quòd noctibus luceat. Vide Plin. lib. 21. cap. 11.

Chēnŏpŭs, dis, m. t. [χηνόπους. Pol. *Gęsia noga.* Vng. *Lud láb.*] Latinè anseris pes dicitur: quo nomine dicta est & herba, quę habet effigiem anserini pedis. Plin. lib. 11. cap. 8: Ceras ex omnium arborum, satorumque floribus confingunt, excepta tamicę & chenopode.

Chēnŏtrŏphĭă, æ, pen. prod. [χηνοτροφεῖα. Pol. *Pokarmi ptaszęcie pokarm.*] Nantium volucrum aviaria.

Cheramides. Genus lapilli pretiosi, qui (ut Strabo libro ultimo refert) in Mauritaniæ campestribus nascitur. Plin. lib. 37. cap. 10: Cheramides eadem esset, quam Ostraciten vocant, nisi quòd hanc ceruleæ interdum bullæ cingunt.

Cheredranon, Hippuris apud Dioscor. lib. 4. ca. 49. [German. Rameschwanz.]

Chĕrsŏ. A' quibusdam appellatur Raphanus sylvestris, quem Latini Armoraciam appellant. Vide Ruell. lib. 2. cap. 123.

Chernites, χερνίτης, Lapidis genus est ebori simillimi, in quo defunctorum corpora condebantur. Plin. lib. 36. cap. 17. Minor est autem conservandis corporibus, nec absumēdis cheronites ebori simillimus, in quo Darium conditum ferunt.

Chersinŏ, æ, f. p. Genus est testudinis terrestris in ardissimis Asiæ desertis roscido humore vivens. Autor Plin. lib. 9. ca. 10.

Chersydrŏs, χερσύδρος, Serpens qui tàm in terris quàm in aquis moratur: nam componitur ex χέρσος terra, & ὕδωρ aqua, quasi vivens in terra & in aqua. [Polon. *Wąż wodnoziemny.*]

Cherydra, χέρυδρα, propriè terræ ruina sive fissura, quam aqua pluvia, torrens, aut terræmotus efficit.

Chrā terra, χρῶν γῆ. [Polon. *Biała glina.* Vng. *Gőrbe fehér.*] Terra est albida, sive cineritia, Samiæ similis, quæ cutem erugat, totumq; corpus amabili coloris bonitate commendat. Autor Diosc. lib. 5, cap. 101.

Chia ficus, sive Chia absolutè, σῦκον χῖον. Fici species est, grato quodam sapore palatum pungens, viniq; veteris, salisq; saporem referens. Mart. lib. 7:

Infanti melimela dato, fatuasq; mariscas:
Nam mihi, quæ novit pungere, Chia placet. Idem lib. 13:
Chia seni similis Baccho, quem Setia misit:
Ipsa merum secum portat, & ipsa salem.

Chĭlĭăs. [אלף *eleph.* χιλιάς. Ang. *The number of a thousand.*] Numerus qui mille continet. Chilia enim mille à Græcis dicitur.

Chĭlĭărchŭs, m. s. Qui mille hominibus præest. [שר אלפים *sar alaphim.* χιλίαρχος. Gall. *Colonnel de mille hommes.* Ital. *Colonello di mille fanti.* Ger. Ein Herr oder Hauptmann vber tausent. Hispan. *Capitan de mil hombres.* Pol. *Rotmistrz nad tysiącem ludu.* Vng. *Ezer ember elöt igaz, ezer vitéz hadnaggya.* Angl. *A capitane over a thousand.*] A' Græcis tamen scriptoribus, quoties de Romanorum militia sermo est, Chiliarchus accipitur pro Tribuno militari: quemadmodum in civitate Demarchus, δήμαρχος, pro Tribuno plebis: nam autore Ioseph. ordo in Romanorum militia hic erat: ut milites ad Centuriones, illi ad Tribunos, quos illi *Chiliarchos* vocant, manè convenirent saluratum. Hecatontarchi autem dicebantur Centuriones, qui centum militibus præerant. Pentecosiarchi, qui quingentis. Decarchi qui & à Latinis Decuriones, qui decem militibus præerant.

Chĭlĭŏphȳllŏn, χιλιόφυλλον, Herba est quæ notioribus nominibus Achillea, & Militaris herba, σφονδυλή, dicitur. Chiliophylli nomen accepit à multitudine foliorum.

Chĭlĭŏdȳnămĭs, [χιλιοδύναμις Dioscoridi. Pol. *Tysiąc sił zioła.*] Chiliodyname Plinio, Herba est quæ alio nomine Polemonia dicitur, à regū certamine, qui ejus inventionem sibi cèrtatim vēdicaverūt. Chiliodynamis autē à Cappadocibus nominata est, ppter varios in medicina usus. Vide Plin. l. 25. c. 6.

Chĭlŏnēs, χίλωνες. German. Der gros Lefftzen hat. Pol. *Wargacze.* Vng. *Nyakas, nagy ajakú.* Angl. *Which hath great lippes.*] Quibus immodica sunt labra, quæ & à Latinis Labeones dicuntur: nam χεῖλος Græcis labrum est.

Chĭmăstrum, n. s. [χίμαστρον. Polon. *Sukonia podszyta, dol'ma na zimę.* Vng. *Téli paraszt ruha, kosok szőrkmány.* An. *A winter garment, a frieze or furred garment.*] Vestis est rusticorum qua hyeme utuntur, διὰ τὸν χειμῶνα, quod nobis sonat hyemare.

Chĭmĕrĭne. Aizoum minus apud Diosc. lib. 4. cap. 92.

Chĭmĕrĭnŏs, pen. corr. χειμερινός, Græcis idem est quod hybernus, sive hyemalis. [Ger. Wintertich. Polon. *Zymni.* Vng. *Téli.* Ang. *Belonging to winter.*] Martialis de Eariro:

Si daret autumnus mihi nomen, Opotinos essem.
Horrida si brumæ sydera, Chimerinos. ¶ Hinc Capricorni Tropicus, ad quem accedente sole, dies brevissimi fiunt, à Græcis *Chimerinos* appellatur: quemadmodum & à nobis *Brumalis.* Plaga quoque Australis habitabilis, à Cosmographis Chimerine appellatur. Duæ enim sunt plagæ orbis habitabiles: quæ à nobis incolitur, ἡμερινὴ nominatur: altera quam incolūt Antichthones. Chimerine, à nobis Hyemalis: quę quòd ad Austrum deflexa sit, Australis quoq; nuncupatur, quum nostra Septentrionibus supposita est.

Chĭragrā, pen. corr. [χειράγρα. Gal. *Douleur & goutte aux mains.* Ital. *Gotta di mano.* Germ. Das zipperle der Henden. Hisp. *Gotta, dolencia de las manos.* Polon. *Łama nie reckach.* Vngar. *Kézgyöny.* Angl. *The goute in the handes.*] Morbus articularis, manus infestans. Martial. Sed nil patrono porrigit, hæc chiragra est.

Chirager, & Chiragricus, [χειραγρικός. Ang. *That hath the goute in the fingers.*] Qui chiragram patitur.

Chirembolum. [χειρεμβολον. Pol. *Zegłarzyna ne sterników kierunie.*] Vlpian. in l. 3. Naut. caup. stabul. Quanquam ipse vel navicularius, vel magister id faciat, quod Græci χειρεμβολον appellant. Significat hæc vox manus immissionem, ut Alciatus in parerg. refert, qui arbitratur χειρεμβολον, dici signum quod magister in prora sedens dat, quum nauta imperat, ut aliquid faciant, seu aliquem recipiant. Verùm quum hęc vox à se nusquam alibi secta sit, admonet amplius quærendum.

Chĭrĭdōtŭ, f. p. [χειριδωτὸς. German. Ein Rock mit langen Ermeln biß auff die Finger. Pol. *Kołszyca.* Vng. *Hosszú ujú ruha.*] Tunica prolixa ultra brachia manus operiens. Alio nomine Macrochira

Macrochira dicitur. Vnde Scipio Gallo homini delicato objecit, quòd cum chiridota tunica: id est, manicata accubuerit. Has vestes Plautus vocat manulcatas. ¶ Dicta est autem chiridota, ἀπὸ τῶν χειρῶν: hoc est, à manibus quas tegebat.

Chirographum, [חותם chotham χειρόγραφον. Gal. Escrit, signé ou cachetté de sa main, seing manuel. Ital. Scritto di mano. Germ. Ein Handtschrifft. Hispan. Escriptura de propria mano. Pol. Cirographo, własnie. Vn. Kezirás. An. My own handwriting.] Est quod nostra manu perscripsimus in fidem alicujus. Asconius scribit Chirographa dici, in quibus tantùm quæ gesta sunt scribi solent. In syngraphis etiam contra fidem veritatis pactio venit, & non numerata pecunia, aut non integrè numerata pro temporaria voluntate hominum scribi solet. Iuven. Vana supervacui dicunt chirographa ligni. Cicer. 3. de Natur. deor. Id quoque L. Labienus fecit quũ chirographum sex primorum imitatus est.

Chirographārĭus, adjectivum: [Pol. Tenktori dłużny chirographem w ręku.] ut Debitor chirographarius, qui suo chirographo scripsit se debitorem in codice. Vlpian. in l. Si ut certo. §. Idem denique. ff. Commodati. Si tibi codicem commodavero, & in eo chirographarium debitorem tuum cavere feceris, &c. ¶ Item Chirographarius creditor dicitur, qui sibi chirographo cavit. Paulus in l. pen. de privileg. credit. Respublica creditrix omnibus chirographariis creditoribus præfertur. Opponuntur autem hi creditores iis qui hypothecarii dicuntur. ¶ Dicitur etiam chirographaria pecunia, quæ sine pignore ex chirographo debetur.

Chirogylius, m. f. echinus terrestris, ut apud Levit. cap. 11.

Chirōmantĭa, [χειρομαντεία. Pol. Gieyes na ręk. ich prorocztwo. Ang. Palmestrie, telling of fortune by lines in the hand.] In manibus divinatio, quæ ex lineatum, quæ in manibus sunt, inspectione fieri solet, à μαντεία & χεὶρ.

Chirōnĭŏn, [χειρώνιον. Ger. Ein kraut/gemeinlich Rhaponticum genennt.] Tertium panacis genus, ab inventore Chirone Centauro ita dictum, folium lapatho simile, florem aureum, radicem parvam habens. Plin. lib. 25. cap. 4. ¶ Est præterea Chironium herba eadem cum centaurio majore: ita dicta à Chirone Centauro, qui ea curatus esse dicitur, quum Herculis arma pertractando telum in pedem decidisset. Vide suprà in dictione CENTAVREA.

Chirōnĭ Vitis, [χειρώνιος ἄμπελος. Pol. Czernika.] Herba est similacis foliis, claviculis suis arbores vitis modo conscendens, pro semine acinos habens uvæ modo dependentes, initio herbaceos, postea nigricantes, radice foris atra, intus buxei coloris. Alio nomine Vitis nigra, ἄμπελος μελαινα appellatur. Vide Plin. lib. 23. cap. 1.

Chirōnōmus, m. f. [χειρονόμος. Gal. Ioueur de morescques, ou celuy qui apprent à mouuoir les mains & à faire la cõtenance. Ital. Giuocatore di mano, dauzatore di moresche con menare di mano. Germ. Der im tanz mit den Henden wunderbare vnd vielerley bossen treibt. Hisp. El que danza por personajes. Pol. Plesiarz. Vng. Tarpsolói kézhányás. Ang. A morrisbe dancer.] Propriè qui inter saltandum manibus gesticulatur: quanvis etiam ad reliqui corporis gestus transferatur. Iuven. Satyr. 6. Chironomum Ledam molli saltante Batillo, Tuccia vesicæ non imperat. ¶ Inde χειρονομεῖν Græcis idem est quod manibus gesticulari cujus verbi participio usus est idem Iuven. Satyr. 3.

Structore interea (nequa indignatio desit)
Saltantem spectas, & χειρονομοῦντα volanti
Cultello, donec peragat dictata magistri
Omnia, nec minimo sanè discrimine refert.
Quo gestu lepores, & quo gallina secetur. Vbi χειρονομοῦντα dixit, quasi manibus gesticulãtem, & certo quodam manuum gestu escas dividentem.

Chirōnōmĭa, f. p. [χειρονομία. Gal. Science de faire gestes des mains, moresques. Ital. Moresche con menare di mano. German. Das seitzam bossen treiben mit den Henden/oder ein abentheuriger bossechtiger tanz. Hispan. Danza por personajes. Polon. Plesiy. Vng. Tarpsolói kézhányás. Ang. The art of playing morrisbes.] Manuum gesticulatio inter saltandum, vel saltationis quoddam genus, quod manuum gesticulationem habebat adjunctam: cujusmodi olim fuit Pyrrhica. Quint. libro 1. cap. 19. legem gestus interpretatur: à χὴρ manus, & νόμος lex: sunt enim manuum motus quidam præscripti, quibus saltantes utuntur: quod potissimùm in Græcorum usu fuit. Apud Romanos autem, integris adhuc urbis moribus, saltatio in solo theatro exercebatur, & maximè pyrrhica.

Chirothēca, f. p. [בית ידים beth jadhaim. χειροθήκη. Gal. Gant. Ital. Guanto. German. Handschuh. Hisp. El guante. Pol. Rękawica. Vngar. Kesztyű. Ang. A glove.] Manuum vagina, quæ etiam Manica sive manutheca, & manipulus dici solet. Cic. in Philip. Solet enim citò ipse accipere manicas. Græci etiam Dactyliothecam vocant.

Chirūrgus, m. f. [χειροῦργος. Gal. Chirurgien. Ital. Cerusico. German. Ein Wundarzet. Hispan. Chirurgiano, que cura con manos. Pol. Rańwierz. Vng. Borbély, czirulikus. Ang. A surgeon, a chirurgion.] Medicus vulnerarius, à manuum operatione sic dictus. Martial. lib. 2. Chirurgus fuerat, nunc est vespillo Diaulus.

Chirūrgĭcus, a, um, χειρουργικός. ut Ars chirurgica, Instrumentum chirurgicum.

Chirūrgĭa, f. p. [χειρουργία. Gal. Chirurgie. Ital. Chirurgia. Germ. Die Kunst der Wundarzney. Hispan. Aquella arte de curar con las manos, chirurgia. Polonicè, Vmieiętność rańwierstwa. Vng. Borbélyság, czirulikosság. Ang. The art of surgerie.] Licet nomen generale sit ad omnem artem, quæ actionem habet manuum cũ cognitione conjunctam: propriè tamen dicitur de ea parte medicinæ, quæ sectione, vel ustione, aut alia quavis ratione, quæ manu administretur, morbos curat. Cicero ad Attium. Sed ego diæta curari incipio, chirurgiæ tædet. ¶ Eadem & Chirurgice appellatur. Celsus in proœmio lib. 1. Medicinæ. Isdemq; temporibus in tres partes medicina diducta est, ut una esset quæ victu: altera quæ medicamentis: tertia quæ manu mederetur. Primam Dietaticen: secundam Pharmacoticen: tertiam Chirurgicen Græci nominaverunt. ¶ Chirurgia est scientia medicinæ altera pars, quæ per consuetas tum incisiones, tùm adustiones, & quæcunque alia manu fiunt, humana corpora restituit. Chirurgia quum sit vetustissima, magis tamen ab illo parente omnis medicinæ Hippocrate, quam à prioribus exculta est: deinde posteaquam deducta ab aliis, habere professores suos cœpit, in Aegypto quoque exerce, Philoxene maximè autore, qui pluribus voluminibus hanc partem diligentissimè comprehendit: Gorgias quoque & Sostratus & Hieron & Apollonii duo, & Hammon. Alexand. multiq; alii viri, singuli quædam repererunt. Ac Romæ non mediocres professores, maximeq; nuper Tryphon pater & Evelpistus, & ut ex scriptis eorum intelligi potest, eruditissimis magis quibusdam in melius mutatis, aliquantum rei disciplinæ adduxerunt. Ex Celso.

Chlāmȳs, ydis, f. t. [מעיל meiil. χλαμύς. Gal. Mantea ou cape, habit de gendarme au temps passé. Ital. Sopraveste militare. Germ. Ein Kriegskleidung. Hispan. Vestidura redonda como manto. Pol. Zołnierska szata. Vng. Kurta mente, kurtá köntös. Ang. A cloke or a spanish cappe, a man of warres habite.] Propriè vestis militaris, pallio brevior multò, ac strictior. Virgil. 8. Aeneid. ipsa agmine Pallas In medio chlamyde & pictis conspectus in armis. Plautus: Puer cape chlamydem, & da pallium. Idem adenatum militis ait opus esse chlamyde, machæra, & petaso. Similiter Iul. Pollux inter apparatus militares numerat chlamyda. Iureconsulti verò inter vestimẽta puerilia numerant chlamydes. A' Numa Romanorum rege chlamydem repertam Suidas autor est. Quidam deducunt à χλαίειν, tepefacere.

Chlāmȳdātŭs, adjectivum, Qui est chlamyde indutus. [χλαμυδωτός. Polon. Wrzącznika szyte obliczone. Vng. Kurta mente. Ang. That weareth a spanish cappe or cloke.] Plaut. in Pseud. Quo hic homo chlamydatus est? aut unde est? aut quem quærit?

Chlāmȳdŭlĭ, diminut. [χλαμύδιον. Vng. Kurta mente ke. Ang. A little cloke with a hoode, or spanish cloke.] Idem: Tũ sume chlamydulam.

Chlænĭ, æ, χλαῖνα, f. p. Vestimenti genus, quod palliis, hyberno præsertim tempore, superinducbatur. [Polon. Kożuszek. Vng. Szuba.] Latinis Læna appellatum. Vnde natum est apud Græcos proverbium: εἰς ἡμέρας χλαῖναν ἀπολέσας, εἰς νύκτα μὴ κεφαλὴν ἔχων τὶς πάλαι κεφαλᾶς χρῆσιν. Hoc est. Aestate lænam deteris. In eos dici solitum qui alieno tempore rebus necessariis abutuntur. ¶ Dicta est autem Chlæna, ut putatur, ἀπὸ τοῦ χλαίειν: hoc est, à calfaciendo, propterea quòd densitate sua & pondere gestantes calefaceret.

Chlorion, χλωρίων, Avis est lutei coloris, perpetuas cum corvo inimicitias exercens, altero alterius ovis insidiante. Vide Plin. lib. 10. cap. 29. & 74.

Chlorites, χλωρίτης, Gemma est herbacei coloris, quæ in scyllæ avis ventre inveniri creditur. Hanc Magi ferro includi iubent, tanquam ad prodigiosa quædam miracula utilem. Vide Plin. lib. ult. cap. 10.

Chŏă, sive Chus, χόα & χοῦς, Mensuræ genus fuit apud Graecos, Romanum capiens congium: hoc est, sextarios sex, sive amphoras Atticas duodecim. Vide Budæum de Asse.

Choaspites, χοασπίτης, Gemma est viridis, auri fulgore intermicante: ita dicta à Choaspi fluvio, in quo invenitur. Autor Plin. lib. 37. cap. 10.

Chœnīx, chœnicis, χοῖνιξ, Nomen mensuræ duos capiens sextarios. Hac mensura servis olim frumentum in cibum admetiebantur domini. Vnde Pythagoreum ænigma est: Super chœnice non sedendum: hoc est, per inertiam & otium alienũ cibum non esse sectandum, sed sua quenque industria sibi vitæ necessaria debere parare. ¶ Chœnix, quæ & major libra apud Athenienses vocatur, fuit mensura tritici, quãtum quisque uno die comederet: pendebat earum drachmas CL. hoc est,

hoc est, VII & XX. uncias Græcas: nostra autem mensura sesquilibram. Ejus Chœnicis dimidium drachmarum LXXV. libra seu libella dicebatur, cujus fit mentio in l. judices. C. de Episc. aut qua jubent Imp. Honor & Theodos. duas libellas & Chœnicem victualis substantię custodiris præstari.

Chœnicion, χοινικιον, Instrumentum est chirurgorũ, quo minora osticula extrahunt. Latini Modiolum vocant. Cels. lib. 8. cap. 3: Exciditur verò os duobus modis: si parvulum est, modiolo, quem χοινικιον Græci vocant: si spatiosum, terebris.

Choerades, [χοιρὰδες. Gall. *Escrouelles.* Ital. *Scrofole.* Ger. Kropff. Hisp. *Lamparones.* Pol. *Sasyl, gruczoi.* Vng. *Merige.* Ang. *The kings evill.*] Nihil aliud sunt quàm indurati adenes in collo præcipuè, in alis, & inguinibus nascentes: Latino vocabulo Serumæ appellatæ. Choerades autem dictæ videntur, ἀπὸ τῶν χοιρῶν hoc est, à suibus, qui hoc malo peculiariter infestantur.

Cholas, Lapis est ex genere smaragdorũ, quem Iuba tradit in Arabia ædificiorum ornamentis includi, referente Plin. libro 37. capite 3.

Chŏlĕra. choleræ, f. p. [Gall. *Cholere.* Ital. *Colera.* Germ. Ein trancknut die von der Gallen her kompt. Hisp. *El humor colera.* Pol. *Kolera, albo, choroba żółcowa gorzko, jęcą cynpaca.* Vng. *Sir.* Ang. *Cholere.*] Morbi genus est præcipitis, in quo & vomitus, & dejectio simul fiunt: Cornel. Cels. libro 4. capit. 11: Primò facienda est mentio choleræ, quia commune id stomachi atq; intestinorum vitium videri potest. Nam simul & dejectio & vomitus est, præterq; hæc inflatio est: intestina torquentur: bilis suprà infraq; erumpit, primùm aquæ similis: deinde ut in ea recens caro lota esse videatur: interdum alba, nonnunquam nigra & varia. ¶ Accipitur pro bile, χολὴ. Lamprid. Alexander, inquit, Cæsar judices, qui furtorum fama laborassent, si casu aliquo viderent: commotione animi & stomachi coleram evomebat.

Chŏlĭambi, χωλίαμβοι, Qui & Scazontes dicũtur, dicti quasi claudi jambi. Græci enim χωλὸν claudum dicunt. Versus sunt Iambici trimetri, nihil aliud à rectis Iambicis distantes, quàm quòd in quinta semper habeant jambum, in sexta verò spondæum.

Cholopæon. Abrotonum, apud Diosc. lib. 5. cap. 27.

Chŏm. f. atis, neut. gen. [מוגה *folelah.* χῶμα. Pol. *Grobelia.* Vng. *Thöö.* Ang. *A dicher, a fence.*] Agger, sive tumulus. Budæus in Pandectas: Chomata sunt aggeres, qui terra aggesta facti sunt, quibusq; Nili aqua coërcetur. Vlpia. de extraor. crim. l. Saccularii: In Aegypto qui chomata rumpit.

Chondrŏs xiphoides, χονδρὸς ξιφοειδὴς. A' medicis appellatur corpus quoddam cartilagineum, quod ab extremo pectoris osse dependet, ventriculi orificio superiori respondens: ita dictum quòd acuminatum sit, & gladioli figuram quodammodo imitetur.

Chŏndrŏs. [בר *bethail.* χόνδρος. Gall. *Cartilage, tendron, ou tendrillon.* Ital. *Cartilagine, tenerume, come è quel de l'orecchi.* Ger. Knörpelbein. Hisp. *Tenilla.* Pol. *Chrząstek.* Vng. *Porczogó.* Ang. *The gristle.*] Græcis est pars similacis, in corpore animalis, ex semine generata, mediam inter ossa & carnem duritiem obtinens, quam Latini cartilaginem vocant.

Chondrosyndesmon, vocant constitutionem illam, quæ est ex ligamentis & cartilaginibus in homine. Gal. 1. de Temperamentis à fine.

Chŏrămos, appellant utrosq; linguæ sinus & cavitates.

Chŏrăgĭum. Choragus, Choraules. Vide CHORVS.

Chŏrămnæi, χορομνοῖοι. [Pol. *Szczigerze.* Vng. *Erdei embelik.*] Geous quoddam hominum sylvestre in Perside, tantæ velocitatis, ut cervos comprehendant cursu. Steph.

Chŏrdŭs, da, dum, Quod serotina fœtura natum est: [עסון *hatsiph, ishon.* Pol. *Pepsi pl od.* Vng. *Wöb vtan születtöt.*] ut Chordi agni, qui post tempus debitum nascuntur: quos vulgus vocabulo inde deducto, *Chordiscos* vocat. Varr. lib. 2. de Re rust. cap. 1: Dicuntur agni chordi, qui post tempus nascuntur, & remanserunt in vulvis intimis: vocant χόρδους: inde Chordi dicti. Plin. li. 8. cap. 47. de ovibus loquens: Gerunt partum diebus CL, postea concepti invalidi: Chordos vocabant antiqui post id tempus natos. ¶ Dicitur & de hominibus unde plerique serius nati, Chordorum cognomen traxerunt. ¶ Vnde Chordi cujusdam Cremeris meminit Suetonius: item alterius Iulius Capitolinus in vita Gordianorum. Quintilianus quoq; lib. 1, à diligenti præceptore exigit, ut nominum origines curiosè scrutetur: cujusmodi sunt Agrippa, Opiter, Chordus & Posthumus. ¶ Transfertur & ad inanimata: unde Chordum fœnum dicitur: quod autumno secatur. Colum. lib. 7. cap. 3: Aliquot autumnali fœno, quod Chordum vocatur. ¶ Sic & Chorda frumenta dicuntur, quæ serò maturescunt. ¶ Apud plerosque animadvertimus Cordum scribi sine aspiratione: quæ tamen scriptura repugnat etymo, quòd paulò antè è Varr. adduximus.

Chŏrdă, dæ, f. p. Funiculus in instrumento musico, fides. [יתר *jéther.* χορδή. Gall. *Corde à instrument de musique.* Ital. *Corda de gli instrumenti musicali.* Ger. Ein seitten. Belg. Een snare. Hisp. *Cuerda.* Pol. *Struna.* Vng. *Hür.* Ang. *A chorde in a musicall instrument or a string.*] Cic. 3. de Orat. Nam voces, ut chordę, sunt intentæ, quæ ad quenq; tactum respondeant, acuta, gravis, cita, tarda, magna, parva. Ovid. 5. Metam. Calliope querulas prætentat pollice chordas, Atq; hæc percussis subjungit carmina nervis. ¶ Eadem oberrare chorda, proverbialiter dicuntur, qui vel in simili re crebriùs peccant, vel culpam eandem iterum atq; iterum committũt. Horat. in Arte poët. -& citharœdus Ridetur, chorda qui semper oberrat eadem.

Chŏrdăpsŭs, m. f. [χορδαψός. Gall. *Iliaque passion.* Ital. *Dolor di visciere, di fianco.* Ger. Die Krancknit des trummens in den därmen. Hisp. *La colica dolencia.* Pol. *Swierzbiacka we wnatrz.* Vng. *Has tekeris, bél fájás.* Ang. *Torment or gripping of the entrailes.*] Morbus est intestinorum, quem Latini ab ilibus Iliacum vocant. Eadem etiam ratione à Græcis χορδαψὸν vocatur, παρὰ τὴν χορδὴν ἰλίου ita enim intestinũ vocant, quod peculiariter hoc morbo infestatur.

Chordum. Vide CHORDVS.

Chŏrēa, reæ. Choraules. Choreuma. Vide CHORVS.

Chŏrĭambŭs, m. f. χορίαμβος, Pes ex prima & ultima productis, duabus medius brevibus: ut filiolis. Dictus Choriambus, quod ex choreo: hoc est, trochæo, constet, & jambo.

Chŏrĭŭs, sive Choreus, χορεῖος, Pes, qui alio nomine dicitur Trochæus, constans ex duabus syllabis, prima longa, & secunda brevi: ut Musa.

Chŏrŏbātēs, [χοροβάτης. Pol. *Zorawna.* ad studnia.] pen. cor. Est regula longa circiter pedes XX, quę habet transversaria aquarum librationibus dicata, ut est videre apud Vitruv. libro 8. capite 6.

Chorocitharista, Chorodidascalus, Choroستates, Vide CHORVS.

Chorodanon. Spondylon apud Diosc. lib. 3. cap. 88.

Chorroci, interpretantur furores.

Chortos, ti, m. f. χόρτος, gramen in cõmune significat, sed præcipuè fœnum.

Chŏrŏgrăphĭa. f. p. χωρογραφία, Regionis alicujus particularis descriptio. Geographia verò, est totius terrarum orbis descriptio. ¶ Hinc fit Chorographus, regionis alicujus descriptor.

Chors. chortis, f. t. Varro. [Ger. Ein hof in einem hauß/ein eyngezeundter oder eingemauerter Meyerhof.]

Chortalis, & Chortale, pen. prod. ut Gallina chortalis, Colum.

Chŏrŭs, ti, m. f. [חוג *machol.* χορός. Gall. *L'assemblee des danses.* Ital. *Coro, multitudine di quelli che cantano ouero saltano.* Ger. Ein viele deren die singen oder tanzen. Hisp. *Corro, companna de personas que dancan ò bailan.* Pol. *Zgromadzenie tanieczniey, albo śpiewaczę.* Vng. *Kar.* Ang. *A companie of dancers.*] Propriè multitudo est canentium, aut saltantium. Nam multorum vocibus, & concentu constat, ut Seneca & Macrobius tradunt. Et apud priscos ex servis symphoniacis comparabatur. Vnde apud Iureconsultos libro 3. de Legatis: Si chorus legatur, perinde est ac quasi singuli homines legati sint. ¶ Et à χορὸς (secundum Platonem libro 2. de Legibus) quæ est lætitia, deducitur. Festus à corona derivat, habetq; primam correptam. Virg. 6. Aeneid. Il la chorum simulans, ovantes orgia circum Ducebat Phrygias. Vbi Servius: Chorum: hoc est, multitudinem in sacra collectam. Idem 1. Georg. Omnis quam chorus, & socii comitantur ovantes. Vbi rursus Servius: Chorus propriè est coævorum cantus atque saltatio. ¶ Transumitur & ad res incorporeas, sumiturq; pro consentienti rerum aliquarum multitudine. Cicer. 3. Offic. Potest igitur quicquam utile esse, quod sit huic talium virtutum choro contrarium? Hieronymus ad Damasum scribit: Chorum esse musicum instrumentum ex simplici pelle, cum duabus cicutis æreis, quod per primam inspiratur, & per secundam sonus emittitur. ¶ Inertium chorus, ἀργόνεκρος χορός. De cœtu lascivientium dicebatur. ¶ In alieno choro pedem ponere, εἰς ἀλλότριον χορὸν πόδα τιθέναι: est sese miscere negotiis alienis, & aliorum sibi vẽdicare partes. Extra chorum saltare, ἐκτὸς χορὸν ὀρχεῖσθαι, dicitur qui dicit aut facit à re quã proposuit alienum aliquid. Etenim qui choros agunt, certis limitibus, certisq; numeris adstricti moventur, ut liberum nõ sit quo libet evagari.

Chŏrăgĭum. gii, n. t. [χορήγιον. Gall. *Le lieu où est l'equipage des ieuneurs de farces, comedies ou tragedies, leur ornement ou apparel.* Ital. *Ornamento, apparecchio da representare comedie ò tragedie.* Germ. Das ist / der pran / oder die rüstung / zu einem tantz oder schawspel. Hisp. *Cierto instrumento para la dancia.* Pol. *Miesce do gry albo tanca sprawiane.* Vng. *Játek ruha tartó ház, farsáng ruhá tartó ház.* Ang. *Stuff where with the places of interludes ar adorned.*] Propriè ædificium amplum post scenam, unde promebantur omnia ad ludos necessaria. Vitruv. lib. 5: Post scenam porticus sunt constituendæ, uti quum imbres repentini ludos interpellaverint,

rint, habeat populus quò se recipiat ex theatro: choragiaq; laxamentum habeant ad chorum parandum, uti sunt Porticus Pompejanæ. ¶ Festus Choragium interpretatur ipsum scenicum instrumentum, quo scena instruitur & apparatur: cujus præfectus dicitur Choragus, χορηγός. Plautus in Trinummo: Ipsa ornamēta à Chorago hæc sumpsit suo periculo. ¶ Transfertur item Choragium ad quemlibet alterius rei apparatum. Autor ad Heren. lib. 4: Aut aliquod fragile falsæ choragium gloriæ comparetur. Apul. lib. 5. de Asin. Iama feralium nuptiarum miserrimæ virgini choragium struitur. ¶ Dictum Choragium à verbo Græco χορηγέω, quod est suppedito, subministro.

Chŏrāgŭs, gi, [χορηγός. Gall. *L'entrepreneur de ieux publiques, celuy qui fournit tout, & mene la danse.* Ital. *Ci a cura degiuochi publici, chi mena la danza.* Ger. Der ein offm spyel oder tanz fürhet/ vnd regiert. Hisp. *El guiador de corro, ò danca.* Pol. *Sprawca tanca albo gry.* Vng. *Iátzek mester.* Ang. *A setter forth of players, a leader of the daunce.*] Dux chori & suppeditator instrumenti ludicri, & expensarum, inquit Budæus. Plautus in Persa: Sed πόθεν ornamenta? T. abs chorago sumito. Suetonius in Augusto:

Quum primùm istorum conduxit mēnia choragum,
Sexq; deos vidit, Mallia sexq; deas.

Chŏraŭles, vel etiam Choraula, com. t. [חלל *chalil.* χοραύλης. Gal. *Celuy qui sonne de la flevste aux ieux, menestrier qui fait dancer au son de la flevste.* Ital. *Suonatore de instrumenti come piffari.* Ger. Ein Spyelmañ/der zu dem tanz pfeifft. Hisp. *El que tanne enel corro ò en la danca.* Pol. *Gracz do tanca pszkaiacy.* Vng. *Hegedős, muszikás.* Ang. *A minstrell, piper, or fluter.*] A choro & tibiis dicti sunt, qui modulantur ad choros, vel qui in choro fistulas inflant. χορὸς nanq; chorum, & tripudium significat, αὐλὸς verò fistulam, seu tibiam: unde Chorauliæ dicti, quod tibris ad choreas canūt. Martial. lib. 11: Non sit quum citharœdus aut choraules. Plin. lib. 37. cap. 1: Præterquam limeniam choraulem, multisq;, fugientibusq; uti solitum. Apuleius: Erat quidem juvenis satis corpulentus, choraula doctissimus. Iuven. Satyr. 6: Accipis uxorem de qua citharœdus Echion, Aut Claphyrus fiat pater, Ambrosiusq; choraules. ¶ Choraules monumentarii, μνημειῶται αὐλητοί, sunt tibicines qui ad sepulchra defunctorum canebant, quales prisci *Sicionas* vocāt, qui apud sitos: id est, defunctos canunt.

Chŏraŭlā, [χοραύλα. Pol. *Piszkanie.*] appellatur ars tibicinū. Vnde Strabo culpat Ptolem. Aegypti regem, quòd præter alia flagitia etiam choraulam exercuerit.

Chŏrēā, rcæ, f. p. [מחולה *mecholah.* χορεία. Gall. *Dance.* Ital. *Ballo.* Germ. Ein tanz. Hisp. *Danca ò baile.* Pol. *Tanieczs.* Vng. *Tánczs.* Ang. *A dance where many dance together.*] penultima indifferente, à χορεύω, salto, pro ipsa saltatione usurpatur. Virg. 6. Aeneid. Pars pedibus plaudunt choreas & carmina dicūt. Idem: Immemores nostri festas duxēre choreas.

Chŏrēutēs, χορευτής, Quilibet ex choro vocatus.

Chŏrēumā, [χόρευμα. Ang. *Dancing and singing together.*] à Platone vocatur canticum, quod à choro canitur & saltatur.

Chŏrōcĭthārīstæ, [חלל *chalil.* χοροκιθαρισταί. Gall. *Chantres ou menetriers qui chantent, ou sonnent aux danses.* Ital. *Quelli che cantano, & suonano in coro.* Germ. Die an den tänzen die harpffen schlahen. Hisp. *Los tannedores de corro ò danca.* Pol. *Do tanca na harffach grayacy.* Vng. *Karba, sokasag kórbi hegedoib.* Ang. *Minstrelles or singers to dancers.*] Qui in choro citharizant: sicut psallo citharistæ qui psallunt: id est, canunt ad citharam. Suet. in Domit. Certabatur etiam prosa oratione, Græcè, Latineq; ac præter citharœdos chorocitharistæ quoque & psallocitharistæ.

Chŏrōdĭdāscălŭs, li, χορεοδιδάσκαλος. Gal. *Maistre de cœur ou de la chapelle.* Ital. *Maestro di coro.* Ger. Ein Spytmeister/der die Personen der spyls unterhält/ vnderweyser. Hisp. *Maestro de danca.* Pol. *Sprawca na komedy.* Vng. *Kar mester, kar igazgato.* Ang. *Master of the company of dancers.*] Magister est chori Aristoteli & Platoni. Budæus.

Chŏrōdĭdāctēs, [χορεοδιδάκτης. Pol. *Tenktori gacsina spiewanie.* Vng. *Kar igazgato, kantor, korala.*] Chori præceptor est, quem vulgus *Intonatorem* vocat, qui scilicet chorum symphoniacum moderatur.

Chŏresis, f. t. χόρεσις. Latinè usus dicitur. Vnde χορεσίζειν, abusio.

Chrestŏn, [χρεστόν. Ger. Wegwart/ oder zame Endivia. Pol. *Podrozpuk, natwrot.* Vng. *Czicsora, katang koro.*] quòd circum agat se cum sole, ut ortum ejus manè spectet, & ejus iter ad occasum usque etiam nubilo die sequatur. Intubi erratici species, quæ Aegyptio nomine *Chichorium*, Romano *Ambubeia* appellatur. Chreston appellatur ab insigni utilitate, teste Plin. li. 20. capite 8.

Chriā, [χρεία. Germ. Ein schöner Spruch hübscher reden/ vnd auch herrlicher Thaten.] Est commemoratio alicujus dicti vel facti, vel utriusq; simul celebrem habens demonstrationem: ut Isocrates dicebat: Virtutem radices amaras, fructus verò dulces. Est autem una ex quatuor exercitationibus, quas Fabius Grammatico tractandas præcipit. Aphthonius in Progym. definit χρείαν hoc modo: χρεία ἐστὶ λακωνικόν τι μνημόνευμα ἐπί τινι ἢ πρόσωπον ἢ πρᾶγμα ἐπιφερόμενον: hoc est, Chria brevis est commemoratio, commodè ad personam aliquam relata. ¶ Chriæ usum & genera latiùs exequitur Cælius Rhodig. lib. 26. cap. 27: Dicta Chria, quòd maximè sit utilis & necessaria: χρεία enim & usum & necessitatem significat.

Chrīsmā, ătis. [משחה שמן *schimen mischchah.* χρῖσμα. Pol. Krzyno, pomazanie. Vng. *Kenet.* Ang. *Oyntment or anoynting.*] Vnguentum sive unctio: à verbo χρίω, ungo: unde & CHRISTVS, χριστός, unctus.

Chrĭstĭānus, De homine Christiano sic præclarè D. Hieronymus loquitur: Nihil (inquit) Christiano felicius, cui promittitur regnum cœlorum: nihil laboriosius, qui quotidie de vita periclitatur: nihil fortius, qui vincit diabolum: nihil imbecillius, qui à carne superatur. ¶ Lactantius Christianos vocat immortalitatis candidatos, lib. 6. Instit. cap. 18. in fin.

Chrōmātā, n. t. χρώματα. Pol. Oszloby. Vng. *Szinek, ékesség.*] Præter vulgatam illam apud Græcos significationem, qua colores denotantur, quæ propriè visus sunt objecta, etiam accipiuntur pro ornamentis & luminibus artium, qui & colores à Latinis appellantur. ¶ Vnde Chromaticum melos ab antiquis dicebatur una ex tribus Musicæ partibus, quæ ob nimiā mollitiem infamiæ nota non caruit: quam tamen Agathon tibicen in primis amplexus fuisse traditur. ¶ Chromatani, inquit Cornutus, in Satyr. 4. Persii, dicuntur colorati, vel qui toto die in arena sunt vel sole. Antiqui enim ungebantur, & in sole erant, ut oleum corpus imbiberet. Vnde Iuven. libro 4. Satyr. 2: Nostra bibat vernum contracta cuticula solem, Et gigantā togam.

Chrōmbŭs, Genus piscis est, cujus tres enumerantur species, Cyprinus, Chalcis, & Cobio. Plin. lib. 32. cap. 11.

Chrōmĭs, apud Plin. li. 32. cap. 11. Piscis est in aqua nidificans.

Chrōnĭā, orum, χρόνια, Saturni festa.

Chrŏnĭcā, orum, neut. gen. [דברי הימים *dibre hamaim.* χρονικά. Gall. *Chroniques, annales.* Ital. *Cronica, annali.* Ger. Chronicken/ Cronicken. Hisp. *Cronica ò historia de tiempos.* Pol. *Kronika, księga maiaca wsobie sprawy potomne.* Vng. *Kronica, historia widbrend tartósa.* Ang. *Chronicles, histories of things done from yeare to yeare.*] non Chronica, cæ, (ut indocti usurpant) Annales, sive historiæ, temporum memoriam conservantes, quibus scilicet res gestæ, servato temporum ordine digerantur. ¶ Invenitur & Chronicus, ca, cum. Gell. libro 17. capite 21: Excerpebamus ex libris, qui Chronici appellantur, quibus temporibus floruissent Græci, simul atq; Romani viri. ¶ Chronici, qui de temporibus scribunt. Plin. libro 35: Quod & ipsius Timagoræ carmine vetusto apparet, Chronicorum errore nō dubio.

Chrŏnĭsmŏs, as, [התמהמה *hitmahmah* אחר *achor* χρονίζω. Pol. Potrzegam. Vng. *Mulatozok naplok.*] Græcum verbum idem significans quod moror, subsisto, & ex itinere identidem quiesco. Quo verbo usus est Lucret. lib. 2: Et satiati agni ludum, blandeq; chronissant.

Chronologia, χρονικὴ sive χρονολογία, an sit pars quoq; philosophiæ, consule Bibliand. in suæ Chronologiæ principio, ubi hanc quæstionem latiùs disputat.

Chrŏnŏs. [עת *heth* זמן *zemán* χρόνος. Gall. *Temps.* Ital. *Tempo.* Ger. Die zeit. Belg. Den tyt. Hisp. *Tiempo.* Pol. *Czas.* Vng. *Idö.* Ang. *Tyme.*] Latinè tempus dicitur. Cicer. 2. de Natura Deor. Saturnum autem eum esse voluerunt, qui cursum & conversionem spatiorum, ac temporum contineret: qui Deus Græcè idipsum nomen habet: χρόνος enim dicitur, qui est idem χρόνος id est, temporis spatium. Hinc factus est locus fabulæ: Cronon, hoc est, Saturnum, filios suos devorare, & eosdē rursus evomere: qua nihil aliud significatur, quàm temporis successu omnia gigni & rursus consumi.

Chrȳsālĭs, dis, χρυσαλίς. Erucæ genus est ex rore nascens, quæ rupto cortice, cui includitur, fit papilio. Vide Plinium lib. 11. capite 23.

Chrȳsānthĕmŏn, χρυσάνθεμον, Genus est anthemidis sive chamæmeli, luteis per ambitum foliis à leucanthemo distinctum, de quo separatim agit Dioscorides lib. 4. meminit Chrysanthemi & Plin. lib. 26. cap. 8.

Chrȳsāspĭdēs, [χρυσασπίδες. Pol. *Zolnierze swietne vbrani.*] Appellati sunt milites armati clypeis auro cælatis.

Chrȳsēlĕctrum, χρυσηλεκτρον, Electri species in colorem luteum declinans: de quo Plin. lib. 37. cap. 4.

Chrȳsēndĕtŏn, pen. cor. [χρυσένδετον. Pol. *Kubek pozłocisty.* Vng. *Aranyas vitatos pohar.*] Vasis genus aureis crustis illigatum. Martial. libro 6: Si videre potes miseri chrysendeta Cinnæ.

Chrysippea, æ, Herba à Chrysippo inventore dicta: cujus meminit Plin. lib. 26. cap. 9.

Chrysiceptrum.

Chrysceptrum, chamæleon albus, Dioscorid. libro 3. capite 9.

Chrysites, χρυσίτης, Gemma est in Aegypto nascens, quæ alio nomine Philogynos dicitur, ostreæ similis Atticæ. Plin. lib. 37. cap. 10. Numeratur etiam Chrysites inter genera lapidis mortuorum à Plin. lib. 36. cap. 22.

Chrysitis, χρυσῖτις, quæ dicatur docet. Plin. lib. 33. cap. 6. his verbis: Fit (ωμῶν) in hisdem metallis & quæ vocatur spuma argenti, genera ejus tria, optima, quam Chrysitim vocant: secunda, quam Argyritin: tertia, quam Molybditin. Et plerunq; omnes hi colores in isdem tubulis inveniuntur. Probatissima est Attica, secunda Hispaniensis, Chrysitis ex ipsa vena fit: Argyritis ex argento: Molybditis plumbi ipsius fusura, quæ Puteolo fit rude & nomen habet. ¶ Est item Chrysitis herbæ genus, quæ alio nomine Chrysocome appellatur: de qua vide paulò pòst in dictione CHRYSOCOME.

Chrysoberilli, χρυσοβήρυλλοι, Berylli quidam pallidiores, sed colorem aureum fulgore præ se ferentes. Est autem Beryllus gemma proxima smaragdis. Plin. lib. 37. cap. 5.

Chrysitis, Mercurialis, Diosc. lib. 4. cap. 202.

Chrysocolis, [χρυσοκόλλα. Pol. Marumé.] A' quibusdam vocatur herba, quæ notiore nomine Parthenium appellatur. Est autem ex iis nomenclaturis quæ inter notha Dioscoridis à doctioribus rejiciuntur.

Chrysocarpum, χρυσόκαρπον, Hederę species est, ab aureo acinorum colore sic appellata. Autor Plin. lib. 16. cap. 34.

Chrysocolla, [χρυσοκόλλα. Ger. Bergrün.] Humor qui in Metallis per venas defluit, crassescente limo, rigoribus hybernis, usq; in duritiam pumicis: laudatissima est in ærariis metallis: proxima in argentariis: tertia in aurariis: detertima in plumbariis. In omnibus autem iis metallis fit & cura, multùm infrà naturalem illam, immissis in venam aquis leviter hyeme tota, usque in Iunium mensem, deinde siccatis in Iunio & Iulio: ita ut planè intelligatur, nihil aliud esse chrysocollam quàm venam putrem. Nativa autem ab hac duritia multùm distat, quam lateam vocant. Tingitur tamen & factitia herba quadam, quam lateam appellant, ut nativam ementiatur. Hęc autem duo genera in usu sunt pictoribus. ¶ Est tertium Chrysocollæ genus, quod aurifices sibi vendicant ad glutinandum aurum: unde & nomen accepit. Temperatur autem Cypria cerugine, & pueri impubis urina, addito nitro. [Gall. Colle à souder d'or, borax. Ital. Borrat. Ger. Burile, mit welchem die Gold schmit ibten. Hisp. Borrax à attincar. Pol. Borax kierum y' ornicis lenus. Vng. Glit, arany glit. Ang. Gold soulder wher with gold is soulded.] Vide plura de hac re apud Plin. lib 33. cap. 5.

Chrysocome, f. p. [χρυσοκόμη. Pol. Parsjęzydio.] Herba est, quæ alio nomine Chrysitis appellatur, Latinam appellationem non habens, palmi altitudine, comantibus fulgore auri coryphis, radice nigrâ, ex austero dulci, in petrosis opaciq; nascens.

Chrysocomis, pen. corr. [χρυσοκόμης. Pol. Złotowłos. Vng. Arany haiu.] Comas aureas habens: quo nomine dictus Apollo, à fulgore radiorum, quæ comæ sunt Solis aureæ.

Chrysogonum, χρυσόγονον, Herba est folio querno, flore comantis verbasci, radice rapi, vehementer intùs rubente, foris nigra: quæ trita & imposita cum accto, muris aranei morsibus auxiliatur. Autor Diosc. lib. 4. cap. 46. Nomen autem accepit ab aurei seminis colore.

Chrysolachanon, χρυσολάχανον Dioscoridi, herba est eadem cum amplice. [Gall. Herbe nommée arrosbe, ou bonnes dames. Ital. Arnella, trapola, ripola. Germ. Wude mutten/ Schetfmitten. Hisp. Arnedo. Pol. Labada.] Plin. verò lib. 27. cap. 8. duo facit Chrysolachani genera: unum in pinetis nascens, lactucæ simile: alterum flore aureo, & foliis oleris.

Chrysolampis, χρυσόλαμπις, Lapillus in Aethiopia nascens, noctu ignei coloris, licet die pallescat. Plin. lib. 37. cap. 10.

Chrysolectrum, Vide CHRYSELECTRVM.

Chrysolithus, [ברקת bariketh, χρυσόλιθος.] penultima cor. Lapis preciosus, aureo nitore translucens: χρυσὸς aurum, λίθος lapis, quasi aureus lapis. Ovid. 2. Metamorphos. Per juga chrysoliti, positæq; ex ordine gemmæ. Vide Plinium libro 37. capite 9.

Chrysoma, atis, [χρύσωμα. Pol. Posłorka. Vng. Fül mutuelt arany.] Græci vocant, quod nos aurum factum, quod scilicet in vasi, aut alium usum laboratum est.

Chrysomallos, χρυσόμαλλος, Epitheton est arietis illius, quo Phryxus trans Hellespontum vectus est: ab aureo nimirũ vellere, quod illi Poëtarum fabulæ tribuerunt. Nam μαλὸς vellus significat, sive lanam.

Chrysomela, [χρυσόμηλα. Pol. Morelki. Vng. Bisalma.] Mala sunt ex genere cydoniorum, ad auri colorem inclinata, & incisuris quibusdam crispata: eadem, ut opinor, cum iis quæ Virgilius Aurea mala appellat. Vide Plinium libro 15. capite 11.

Chrysoplysium, Bud. [Ger. Die kunst Gold zu weschen.]

Chrysoplytes, [Ger. Goldweschen.]

Chrysos, piscis aurei coloris, cujus Ovidium in Halieuticis meminisse autor est Plin. lib. 32. cap. 11. Sunt qui suspicentur eundem esse, quem nunc Auratam dicimus.

Chrysopastus, [χρυσόπαστος. Pol. Złotem posypani.] Auro asperius: πάσσω enim spargo significat.

Chrysoprasius, pen. corr. χρυσόπρασος, Gemma est ex genere topaziorũ, à porracea viriditate nonnihil in aurum declinãs: πράσον enim Græci Porrum vocant. Inde Prasinus color id est, porraceus. Vide de hac gemma Plin. lib. 37. cap. 8.

Chrysospermon, χρυσόσπερμον, A' quibusdam appellatur herba, quæ notiore nomine Sempervivum majus appellatur.

Chrystulion, Psylleum. Diosc. lib. 4. cap 73.

Chrysulca, Aqua illa est, qua mixta metalla dicuntur. Vulgò Aqua forte: cujus vim ignorasse veteres colligit Alciat. ex Vlpiani verbis in l. Idem Pomponius scribit veritus sed si diduci. de ret. vend.

Chus, χοῦς, sive Choa, Genus mensuræ humidorum apud Atticos, Romanum congium capiens, nempe sex sextarios, sive cotylas Atticas duodecim. Bud.

Chymus, [χυμὸς. Pol. Pokarm obrzeciony fie wkrew.] quanvis apud Græcos quemvis succum significet, à medicis tamen peculiariter accipitur pro massa sanguinea, quæ fit in hepate ex chylo è ventriculo per mesenterium attracto, quę deinde exactiùs in venis excocta, & per earum orificia ad universas corporis partes delapsa, vertitur in illarum alimentũ, instauratq; quod à calore naturali fuerat dissipatum.

Chytra, [סיר sir דוד dudh שרר parier. χύτρα. Gall. Vn pot. Ital. Pentola. Ger. Ein haf. Hisp. La olla. Pol. Garnec otrzych negaich, kesl'ek. Vng. Fazek. Ang. A posnet or kettel.] & Chytron, vel etiam Chutron, Latinè olla. Inde Chytropus, odis. Olla quæ habet pedes, vel instrumentũ ferreum, super quod olla apud ignem collocatur. [χυτρόπους. Gall. Pot à trois pieds. Ital. Pentola con i piedi. Ger. Ein dreifaß. Hisp. Olla con sus pies para cozer. Pol. Drisfuss.] Cato: Vbi in Chutra fervescerit id lotium, sub sellam supponito pertusam.

C ante I.

CM. In notis antiquorum, centum millia. CIC. Cicero. C.I.C. Caius Iulius Cæsar. C. IIIIN. Cubitus tres inveniens. CS. CIPP. Cippus: id est, terminus, ut ad tertium cippum, seu lapidem. CIV. Civis vel civitas. C.IV. Causa justi. C.IIIIV.P. cubitos duos inveniens plumbum.

Cibale, Cibarium, Cibo, Vide CIBVS.

Cibórium, n. f. κιβώριον. Dioscorides interpretatur utriculos quosdam in faba Aegyptia (quam & Colocasiam vocat Plinius) vesparum favis similes, in quibus fabæ sunt bullarum modo emergentes. Idem & Cibotium appellari testatur, quasi seminiolum: propterea quòd feratur faba hæc indito in madentem glebam semine, licq; in aquam projecto. Habet autem faba Aegyptia folia latissima, petasi, sive galeri similitudine, quibus Alexandrini pro poculis & catinis utebantur, testibus Plin. lib. 20. cap. 15. & Strabone lib. 17. ¶ A' quorum etiã similitudine Populi quoddam genus Cibotium, sive Cibotium vocari autor est Athenæus. In qua etiam significatione usus est hac voce Horat. lib. 2. Carm. Ode 7: Oblivioso lævia Massico Cibotia exple.

Cibus, m. f. Omne id quo vescimur. [אכל ócbol מזון mazón. ἐδωδή, βοσκή. Gall. Viande. Ital. Cibo. Ger. Speis. Belg. Spuse cos. Hisp. Ceio, mantenimiento, manjar. Pol. Pokarm, zadl'a. Vng. Etek. Ang. Meat, food, sustenance.] Donatus cibum distinguit à victu, quod Cibus etiam delicatis præbeatur: Victus in parvis, aridisq; alimentis constitutus sit. Ter. in Andria: Lana ac tela victum quæritans. Idem in Eunucho: Viden' otium & cibus quid facrat alienus? Ibidem: Cibum nonnunquam capiet cum ea. ¶ Deorum cibus, θεῶν τροφή. De prælautis epulis dicebatur, propterea quòd Homerus fingit deos nectare atque ambrosia victitare, nec ob id unquam senescere. Sueton. in Nerone. ¶ Cibum in matellam ne immittas, πάντα τὰς ἀκοὰς μὴ ἐμβάλλειν. Interpretatur Plutarchus: Ne sermonem urbanum immittas in animum hominis improbi. Nam oratio cibus est animi: is corrumpitur & putrescit si in animum infyncerum inciderit. ¶ E' flamma cibum petere. Terent. in Eunuch. dixit in parasitum, pro quidvis cibi causâ pati ac facere.

Cibo, as, Cibum infero, alo, nutrio. [האכיל heechil מזן. Gall. Nourrir, faire de viande, bailler à manger. Ital. Nodrire, cibare. Ger. Speisen. Hisp. Criar y mantener. Pol. Karmić. Vng. Etni adok, etetni, táplálom. Ang. To feede.] Colum lib. 6: Arq; ea genera, quæ intra septa villæ cibantur, ferè persequuti sumus.

Cibaria, orum, Alimenta non modò hominum, verùm etiam quorumvis animalium. [מאכל maachál. βρῶσις, τροφή. Gall. Nourriture, viande, pension, desserte, vivres. Ital. Nutrimento, cibo. Ger. Allerley speis der leuten vnd des Viechs. Hisp. Mantenimiento, cena. Pol. Pokarmy wszelakie. Vng. Etek, eledel. Ang.

Meat, food, sustenance.] Cic. ad Attic. lib. 6: Respondi me non instituisse iis dare cibaria, quorum opera non essem usus. Cicer. pro Sext. Ros. Anseribus cibaria publicè locantur. Cato de Re rust. cap. 60: Bubus cibaria annua in juga singula lupini modios cxx. *Gre.*

Cĭbārĭŭs, Quod ad cibum pertinet. [τρόφιμος, τροφός. Gall. *Appartenant à nourriture, bon à manger.* Ital. *Cosa che appartien al cibo.* Ger. Das der Speiß zugehörig ist. Hisp. *Cosa de mantenimiento.* Pol. *Pokarmowy.* Vng. *Etekhöz valo.* Ang. *Pertaining to meate.*] Macrob. lib. 3. Satur. Sylla mortuo, Lepidus Consul legem tulit & ipse cibariam. Cato enim sumptuarias leges, cibarias appellat. ¶ Cibarius panis, ἰσοσίτιος ἄρτος Ægineta, dicitur panis secundarius, qui fit ex farina secundaria ex qua flos antè excussus est. Cornelius Celsus libro 2. capite 17: Firmius est triticum quàm milium: idipsum quàm hordeum, & ex trunco firmissima siligo: deinde similа: deinde cui nihil ademptum est, quod ἀσύνεκρον Græci vocant. Infirmior est ex polline: infirmissimus cibarius panis. Hæc ille. Cicer. libro 5. Tuscul. Cui cum peragranti Ægyptum, comitibus nō consequutis, cibarius in capsa panis datus esset, nihil visum est illo pane jucundius. [Gall. *Gros pain, pain de munition, pain bis duquel on n'a rien tiré.* Ital. *Pane grasso, secondario.* Ger. Rauch/schwarz Brot. Hisp. *Pan basto.* Pol. *Chleb domowy, powszedny.* Vng. *Fekete, korpas kenyér.* Ang. *Gray breade.*] ¶ Cibarium vinum pro ignobili. Varro: Potus meus vinum cibarium. ¶ Sic & cibarius homo, ab eodē dicitur pro sordido & plebeio, ait enim: Tuus frater cibarius fuit Aristoxenus. ¶ Cibarium oleum. Columel. libro 12. capite 50: Cavendum est itaque ne ex ea fiat oleum cibarium.

Cibātŭs, hujus cibatus, m. q. Idem ferè quod Cibus. [ἐδωδή, ἐδεστός, βιβρώσκω. Gall. *Nour riture, mangeaille.* Ital. *Cibo, refocamento.* Ger. Speisung. Hisp. *Mantenimiento, cruo.* Pol. *Karmie.* Vng. *Etek.* Ang. *Feeding, nourishing.*] Plin. Truncos quidem granissimo in cibatu habent. Plautus in Mil. Interclude inimicis commeatum: tibi muni viam. Qua cibatus commeatusq; ad te & legiones tuas Tutò possit pervenire.

Cibālĭs, & hoc cibale, Quod ad cibum pertinet. [ἐδώδιμος. Pol. *Zipni.* Vng. *Etekhöz valo.* Ang. *Belonging to food.*] Varro: Est enim lac omnium rerum, quas cibali causa cupimus, liquentium maximè alibile, & id ovillum, inde caprinum. Sic enim hactenus lectum est in omnibus quotquot videre contigit, Dictionarii hujusce editionibus: quum tamen in emendationibus Varronis exemplaribus, Cibi causa legatur, non cibali. Locus Varronis est de Re rust. lib. 2. cap. 11. quem ideo indicare visum est, ut & lectori diligentiæ nostræ fidem faceremus, & ne quippiam, animi potiùs nostri somnio, quàm opum orū exemplarium fide freti, videremur emendasse.

Cibicida, æ, Qui cibum cædit: hoc est, comedo, sive furco. Lucil. lib. 27: [Ang. *Which carveth meat.*] Vigiuti domi an triginta vel centum cibicidas alas. Ex Nonio.

Cibilla, æ, [Gall. *Table ronde.* Ital. *Mensa.* Germ. Ein Tisch auff dem man isset: Ein Schreibtisch. Hisp. *Mesa redonda.* Pol. *Stoł okrągły.* Vng. *Asztal, kerek asztal.* Ang. *A round table.*] teste Varrone lib. 4. de lingua Latina: Mensa erat scaria à cibis dicta, quæ primùm quadrata fiebat, & postea rotonda. ¶ Festus item Cibillam interpretatur mensæ rotundę genus: apud quem tamen Cillibam corruptè legi putaverim, pro Cibilla.

Cĭcādă, f. p. [τέττιξ. Gall. *Cigale.* Ital. *Cicala.* Ger. Ein Grillen das im Sommer auff den bewmen singt: Ein Heu schreck. Belg. Een Krecket. Hisp. *Cigarra o chicharra.* Pol. *Szyrszyk.* Vng. *Tsikk.* Ang. *A grasshopper.*] Insecti genus canorum, aculeatum quiddam habens in pectore, quo rorem lambit, nonnisi æstivis mensibus apparens: unde & Cicadam quidam dictam volunt, quasi citò cadentem: hoc est, evanescentem. Virgil. 3. Georg. Et cantu querulę rumpent arbusta cicadę. Idē Aeglog. 2: At mecum raucis (tua dum vestigia lustro) Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis. Plin. li. 11. cap. 26, autor est, cicadam ex omnibus quæ vivunt, sine ore esse, pro eo aculeatum quiddam in pectore habere linguæ simile, quo rorem lambit, & pectus ipsum fistulosum, quo vocem emittit. Cicadarum autem duo genera: minores, quæ primæ proveniunt, & novissimæ pereunt: majores, quæ canunt, vocantur Achetæ. ¶ Cicadæ apem comparas, ἀνθρώπῳ ἀδικωτάτῳ συγκρίνεις. Convenit in res supra modum imparis, propiùs à quod cicada cùm major, tùm canora quum sit, non modò minuto corpusculo, verumetiam penè muta. Lucianus. ¶ Cicadis plenus, τέττιγος μεμεστωμένος. In gloriosos ac stultos olim dicebatur, aut obsoletis ac jam desitis utentes. Antiquitus enim Atticis mos erat, capillorum cincinnis aureas cicadas addere. ¶ Cicada vocalior, τέττιγος λαλίστερος. Dici solitum in hominem impendio garrulum aut admodum musicum: propterea quòd hoc insectum rore duntaxat vivens, cantu potissimùm delectetur.

Cĭcātrĭx, cis. f. t. Propriè, est signum vulneris obducti, quasi circa cutem, vel quasi occæcatrix. [אחוכה *arudah.* אלה. Gall. *Cicatrice, la marque qui demeure apres la playe.* Ital. *Il segno della ferita è piaga.* Ger. Ein wundmal/ ein schramm/ Ist ein zeichen eines verwachsenen wunden. Belg. Een littekem. Hisp. *Señal que queda de la herida.* Pol. *Szram, blizna.* Vng. *Seb hely, vak seb.* Ang. *The scarre of a wounde.*] Est enim callosa cato pro cute inducta, ubi hiatus vulneris, quod jam coivit, fuerat. Terent. in Eunuch. Neq; pugnas narras, neque cicatrices suas Ostentat. Cic. 7. Phil. Inculcatam tamē ipse plagam accepit, ut docet cicatrix. ¶ Hinc Cicatricare, teste Festo, pro eo quod est cicatricem ducere. ¶ Cicatrix refricari dicitur: quum dolor temporū spatio jam mitior, renovatur. Cicero in Rullum: Ne aut refocare obductam jam Reip. cicatricem videret.

Cĭcātrĭcōsŭs, Cicatricibus plenus. [κηκίδες. Gall. *Plein de cicatrices.* Ital. *Pieno di segni de ferite.* Ger. Voll wundmäleren. Hisp. *Lleno de señales de heridas.* Pol. *Szramowaty.* Vng. *Seb helyes, vak sebes.* Ang. *Full of scarres or gashes.*] Columel. de Arb. cap. 11: Tum etiam vitis minus cicatricosa fit. Quintil. lib. 4. capite 1: Turbari memoria, vel continuandi verba facilitate deficiat, cuiquam turpius: quum vitiosum proœmium possit videri, ut cicatricosa facies.

Cĭccum. Dicebant antiqui membranam tenuem, quæ est malo punico, velut cellularū discrimen. [Ger. Ein dünn häutlein / als in den Granatäpffeln zwischen den kernen. Pol. *Łupina w marancy.* Ang. *The thinne skinne of a pome garnate.*] Festus: Cicū mēbrana tenuis malorū Punicorum. Varr. li. 6 de ling. Lat.

Cĭcĕr, ris, ō. n. Genus leguminis. [κίκερι. Gal. *Pois chiches.* Ital. *Cece.* Ger. *Kicheren.* Hisp. *Garuanc.* Pol. *Wielki groch.* Vng. *Bagoly borsó, csicsor borsó.*] Plinius libro 18, capite 12: Cicera natura est gigni cum falsilagine: ideo solum urit, nec nisi madefactum priùs, seri debet. Vide ibidem plura ciceris genera. Horat. 1 Serm. Sat. 6. Inde domum me Ad porri, & ciceris refero laganique catinum. Idem in Arte poet. dixit: Ciceris & nucis emptor, pro infimæ sortis homine, deq; ima plebe quempiam significans.

Cicer arietinum, aliud à sativo vulgari. Vide Diosc. lib. 2. Plin. lib. 18. Theophr. lib. 9. Paul. lib. 6.

Cicer erraticum, serpillum.

Cĭcĕrĭ, n. f. p. [Gal. *Cicerole, vne sorte de poix ciches.* Ital. *Cicerola.* Germ. Schwartzichte Kicheren / grun erbs. Hisp. *La galgana, legumbre.* Pol. *Wyka.* Vng. *Lö lukk.*] Leguminis genus, à Cubitella inter pabula annumeratum, à cicercula solo differens colore. Est cum obsoletior & nigro propior. Græcis ἐρέβινθος dicitur, si Theodori versioni credimus: quanquam idem pro ochro nonnunquam & erviliam vertit.

Cĭcĕrbĭtă, Leonicenus dicit illam esse, quam Dioscorides Seuchon appellat.

Cĭcĕrcŭlă, æ, Leguminis genus ciceri non dissimile, sed minutius, inæquales angulos habens, veluti pisum. [ἐρέβινθος. Gall. *Cerce, pois cerce.* Ital. *Cicerchia.* Ger. Kleine kicheren. Hisp. *Cicerchia.* Pol. *Szpowica.* Vng. *Vadborsó, fergeborsó.*] Plin. lib. 18. capite 12. Est & Cicercula minuti ciceris, inæquales angulos habens veluti pisum. Columell. libro 2. capite 10: Cicerculа, quæ pisо est similis, mense Januario, aut Februario seri debet, loco, cœlo humido.

Cĭcĕrcŭlum, neutr. gener. Genus sinopidis. Plin. lib. 35. cap. 6. Species sinopidis tres, rubra, & minus rubens, & inter has media. Pretium optimæ in libras tredecim denarii. Usus ad penicillum, aut si lignum colorare libeat. Ejus, quæ ex Africa venit, octoni asses: Cicerculum appellant.

Cĭchŏrĭum, penult. producta, κιχώριον Dioscoridi. Herba est, quam alio nomine Intubum erraticum vocant. [חרוב מרור. Gall. *De la cichorée.* Ital. *Cicoria, radicchio.* Ger. Wegwart. Sonnenwirbel. Hisp. *Chicoria, yerba cuncida.* Pol. *Podrożnik, sałatnik.* Vng. *Katáng kaló.* Ang. *Wild succory or endyve.*] Plinius libro 20. cap. 8. Cichorium refrigerat in cibo sumptum. Idem lib. 19. cap. 8: Est & erraticum intubum, quod in Ægypto Cichorium vocant. Horatius dictionis hujus penultimam syllabam produxit: corrupit autem antepenultimam, perinde ac si apud Græcos κιχώριον scriberetur: Me (inquit) pascunt olivæ, Mercichoria, leveroq; malvæ. Posterior versus est Dactylicus, Acimantius, Acolecticus, constans duobus dactylis, & duobus spondæis. *Carm. 1. 31. ℣. 16.*

Cĭcĭ, [קיקיון *kikajon.* κύκειον, κυκεών. Pol. *Skopek mielky.*] Frutex est parvæ fici magnitudine, folia habens platano similia, majora tamen nigrioraq;, & majore lævore mollia: semen autem in racemis asperis, quod cortice nudatum recino vermi similе est: ex quo colligitur id, quod Ricinium oleum vocant, lucernarum luminibus, & emplastris utile. Ab hujus feminis similitudine Romani ipsum etiam fruticem Ricinum appellant, quemadmodum & Græci κροτῶνα. Vide Diosc. lib. 4. cap. 141. & Plin. lib. 15. cap. 7. Vulgus herbariorum hodie Catapuam majorem vocat.

Cĭcĭnus, a, um, adjectivum: ut, Oleum cicinum, κικινέλαιον Dioscoridi, quod & Ricininum appellari paulo ante docuimus.

mus. Plin. lib. 23. cap. 4: Oleum cicinum bibitur ad purgationes ventris cum parte caldæ mensura.

Cicina, (quod hic pro ave nocturna legebatur) Vide CICVMA.

Cicindelā, f. p. penultima producta. [κηρόλαμπις, Arist. Gall. *Ver au mouche luisante de nuict, au temps que les bleds sont meurs ou fiez.* Ital. *Musca picciola detta lucciola, cioè luce di notte.* Ger. Mucke oder töferle die zu nacht scheinen. Hisp. *Luciernega.* Pol. *Zlotnik, chrząszyk mocy świecący.* Vng. *Eyel rundókká bogaratska, villanczó.* Ang. *A globerd or glowworme.*] Genus muscarum, quod noctu lucet ignium modo, laterum & clunium colore: à Græcis λαμπυρίς dicta. Quidam Nocticulam, alii Nitedulam vocant. Non ante matura pabula, aut post defecta conspicitur: nunc pennarum hiatu refulgens, nunc compressu obumbrata. Ab hac lychnus pensilis, quem vulgò *Lampadem* vocant, Cicindela appellatur, quę nocte tota servatur accensa, & lampyridis instar lucet.

Ciconiā. Avis quæ serpentibus pullos nutrit, teste Plin. lib. 10. cap. 23. [חסידה *chasidhah.* κίκλαρος. Gall. *Cigongne.* Ital. *Cigogna.* Ger. Ein Storck. Belg. Een Ooievaer. Hisp. *Cigoenna.* Pol. *Bocian.* Vng. *Eszterag.* Ang. *A storke, a birde so called.*] Iuvenal. Satyr. 14: serpente ciconia pullos Nutrit, & inventa per devia rura lacerta. Ovid. 4. Metamorph. sumptis quin candida pennis ipsa sibi plaudat crepitante ciconia rostro. ¶ Quo etiam nomine ab Hispanis vocatur lignum rostratum, quo è puteis hauriri aqua solet: quod & *Telonem* agricolæ vocant. ¶ Item Ciconia mensuræ genus est, sive instrumenti, quo rustici uti solent in sulcis & fossis ducendis, ne qua pars aliis aut profandior esset, aut latior. Colum. lib. 4: Sed huic operi erigendo, quasi quandam machinam commenti majores nostri, regulam fabricaverunt, in cujus latere virga prominens ad eam altitudinem, qua deprimi sulcum oportet, contingit summam ripę partem. Id genus mensuræ *Ciconiam* vocant rustici. ¶ Ciconia etiam sannæ & irrisionis species est. Irrisores enim apud veteres digitis colligatis, & ad inferiorem partem inclinatis ciconinum rostrum formabāt, quod quum præsentarent post tergum nutantes, deridebant. Vnde Persius Sat. 1: O' Iane à tergo quem nulla ciconia pinxit.

Cicuma. æ, Avis est nocturna, teste Festo. [Pol. *Lielek.*] Cælius lib. 17. cap. 11. nycticoracem interpretatur.

Cicur. oris, pen. cor. adjectivum, Animal mansuetum: [מאו *lammàdh.* ἥμερος. Gall. *Apprivoisé, privé, qui hante avec les hommes.* Ital. *Animal di selvatico fatto domestico.* Ger. Zam, gewonnet. Belg. Zam. Hisp. *Cosa domestica, doméda y mansa.* Pol. *Oygl ukany, łaskawy.* Vng. *Szelid.* Ang. *Tame.*] ut Aper, cervus, leo, & quicquid cicurat: id est, mansuefieri potest. Quod enim à fero discretum est, id Cicur dicitur. Cicero 5. Tuculan. Earum ipsarum solivagas, partim congregatas, immanes alias, quasdam autem cicures, nonnullas abditas, terraq; tectas. ¶ Cicur ingenium dicitur mite, ac mansuetum. Varr. de ling. Lat. libro tertio.

Cicūro, as. Mansuefacio. verbum vetus, quod alio verbo dicitur Exarmo. [מאו *lammàdh.* ἡμερόω. Gall. *Apprivoiser.* Ital. *Domesticare.* Germ. Zam machen. Hisp. *Amansar los animales fieros.* Pol. *Oygl ukaie.* Vng. *Meg szelidítem.* Ang. *To tame, or to make tame.*] Varr. de ling. Lat.

Cicutā, pen. prod. f. p. [κώνειον. Gall. *Cigue, herbe venimeuse.* Ital. *Cicuta herba.* Ger. Schirling. Hisp. *La cicuta planta mala.* Pol. *Szwarcwald.* Vng. *Bábók.* Ang. *Hemlocke.*] Herba venenosa, teste Plinio lib. 25. cap. 13. caule viridi & geniculato, altior cæpe binis cubitis, in cacuminibusq; ramosa, foliis coriandri tenuioribus, gravi odoratu, semine anisio crassiori, radice concava, nullius usus: nam semini tantum & foliis refrigeratoria vis est. Cicutæ famam Athenienses auxerunt, succo eius capitali judicio damnatis necem inferentes. Iuvenal. Satyr. 7: hunc inopem vidistis Athenæ, Nil præter gelidas aulæ conferre cicutas. ¶ Est item Cicuta (ut Servius docet) in cannis calamisve, quod interceptum est inter duos nodos. Virgil. 2. Aeglog. Est mihi disparibus septem compacta cicutis Fistula.

Cicutaria, myrrhis Dioscoridi.

Cidāris. ris, penultima correpta. [צניף *tsaniph.* κίδαρις. Pol. *Zetta.* Vng. *Paryolat, sákosfa.*] Tegumentum capitis, quo Persarum reges peculiariter, utebantur, albis maculis in cærulei coloris fascia intermicantibus. Qu. Curtius libro 5: Cidarim regum capitis vocant insigne. Hieronymus item autor est, Hebræorum Pontifices cidari uti solitos, in qua Dei nomen habebant inscriptum.

Cidonium malum, idem quod cotoneum. [Pol. *Pigwa.* Vng. *Birsalma.* Ang. *A quince peare.*] Hinc Cidonium vinum, ex ejus mali succo confectum. Vlpian. de trit. leg. si quis. Cidonia, *inquit*, si qua alia sunt vina quæ non ex vinea fiunt.

Cieo, es, Cio, is, ambo civi, citum faciunt: sed à Cieo, es, fit Citum penultima correpta: à Cio verò producitur. Ovidius libro 1. Metamorph. Nec fruitur somno vigilantibus excita curis. Idem lib. 1. Trist. Accitus toties in genus omne joci. ¶ Et Cieo quidem significat turbare, commovere. [הביע *hebiah* הניע *henìah.* ἐξεγείρω, κινέω. Gall. *Provoquer, esmouvoir.* Ital. *Movere, turbare.* Ger. Bewegen/betrüben. Belg. Beweren. Hisp. *Mover, turbar y llamar.* Pol. *Zamecam, pobudzam.* Vng. *Ébl mozdítom, indítom, bevigatom.* Ang. *To stirre or raise up, to call or name.*] Virgilius 4. Aeneid. - tonitru cœlum omne ciebo. ¶ Cio verò, vocо proprié. Propriè autem dixi, quoniam Cire aliquando movere est: sicut & Ciere vocare, adeò ut alterum pro altero quandoque sumi posse videatur. Virgil. 6. Aeneid. Misenum Aeolidem, quo non præstantior alter Aere ciere viros, Martemq; accendere cantu. Columell. libro 7. capite 5: Cio, is, pro movеo: Nullo (*inquit*) tempore, & minimè æstate utile est, boves in cursum concitari: nam ea res cit alvum. Livius libro 1: Principes utrinque pugnam ciebant. Similiter à Cieo fiunt Concieo, & Excieo, & si qua sunt alia composita. Primùm significat commoveo vel convoco. Liv. Galli, quos prædæ populationumq; conciverat spes. Secundùm, foras moveo & excutio. A' Cio fit Excio, evoco. Statius libro 4. Theb. - suus excit in arma Antiqua Tityotha Deus. Accio sive Arcio: de quibus suprà, Pręcio, provoco, Percio, pulso, tango, percutio, valde commoveo. Concio, simul voco, congrego. Hinc Concio, onis, quod tria significat, autore Gellio: populum ipsum, qui ad audiendum convenit: orationem ipsam quæ coram multitudine habetur: & locum, sive suggestum, ex quo habetur oratio. A' Concio, Excio, Procio, rursus fiunt, Concito, Excito, Procito, frequentativa. Porrò quòd præterita & supina eadem amborum simplicium sunt, itemq; compositorum, orta est non parva interpretandi ea verba difficultas. Nam Cito, as, frequentativum est amborum primitivorum, Cio & Cieo: ideò aliquando vocito, aliquando frequenter moveo significat. Pro vocito, *invocamus.* Cicer. in Verr. Act. 4: Citatur reus, causa agitur. Pro crebrò moveo. Colum. libro 8: Ne immaturis herbis citetur alvus. Igitur non somniculosè spectanda sunt frequentativa, composita, præterita, participia; quoq; compositorum, ut quæ convocationis magis proprietatem habent à Cio, quæ verò motiones, è Cieo sumantur.

Citūs, m. f. Celer, velox, [מהיר *mahir, ἐξύς.* Gall. *Soudain, vite.* Ital. *Veloce.* Ger. Schnell/behend. Hisp. *Muy ligero.* Pol. *Prędky, wartky.* Vng. *Gyors.* Ang. *Swift, spedie.*] Liv. 6. bel. Pun. Eques citus ab Roma venit. Salust. Modò citus, modò tardus incessus ejus. ¶ Hinc Citior, citissimus. Plaut. Nullam ego rem citiorem apud homines esse, quàm famam reor. Citissimus omnium rediit. ¶ Est & Citus participium à Cieo, pro citatus vel agitatus. Virgil. lib. 8. Aeneid. Haud procul inde citæ Metium in diversa quadrigæ Distulerant.

Citō, adverbium. [מהרה *bimhèrah, ἐξύς, ταχύς.* Gall. *Tost, soudainement.* Ital. *Subito, tosto, presto.* Ger. Geschwind/bald/flugs. Hisp. *Presto o ligeramente.* Pol. *Prędko, schotnie.* Vng. *Gyorsan hamar.* Ang. *Hastelie spedelie.*] Terent. in Eunuch. Citò hunc deduci ad militem. Cicer. Vert. lib. 4: Quid ergo potissimùm scribam? quod velle te puto, citò me ad te esse venturum.

Citius, comparativum. [Pol. *Rychlei.* Vng. *Gyorsabban, hamarább.*] Terentius in Hecyra: Quame propter examinatum citiùs educi foràs. Virg. Aeneid. 1: Hæc ait, & dicto citiùs tumida æquora placat.

Citissimē, superlativum. [Vng. *Igen gyorsan.*] Plin. lib. 17. cap. 4: Citissimè ascias retundit.

Cito, as, p. frequentativum à Cieo, In jus voco, adesse jubeo, diem alicui dico, accuso. [קרא *karà.* καλέω, παρακαλέω, ἀγορεύω. Gall. *Appeller, hailler, faire assancer.* Ital. *Citare, chiamare.* Ger. Beruffen/citieren. Hisp. *Llamar.* Pol. *Pegwam, cituie.* Vng. *Be idézem.* Ang. *To call to iustice, to summond, to sett a day of compearing to iustice.*] Cicer. antequam iret: Non citatur reus audaciæ, sed virtutis reus citatur: id est, accusatur. Cicer. pro Cluent. Cognoscite nunc ita reum citatum esse illum, ut re semel atque iterum præjudicata, condemnatus in judicium venerit. Et in Vetrem 4: Citat reum, non respondet: citat accusatorem, citatus accusator M. Pacilius, nescio quo casu, non respondit, nō adfuit. ¶ Aliquando videtur poni pro laudare. Idem de Nat. deor. libro 1: Tu ipse paulò antè, quum tanquam Senatum Philosophorum citares, summos viros despere dicebas. ¶ Citare etiam, Incitare, provocare. [הביע הניע *hebiah, heniah.* παρορμάω. Gall. *Inciter, provoquer.* Ital. *Incitare, esmovere.* Germ. Bewegen/nötigen/treiben. Hisp. *Mover.* Pol. *Pobudzę, przymuszam.* Ang. *To stirre up, to auger or provoke.*] Cæsar 3. bell. civil. Protinusque equo citato, Larissam contendit. Livius libro 1. ab Vrbe: Age sanè omnes citatis equis advolant Romam. Columell. libro 8. Ne immaturis herbis citetur alvus. Alia composita sunt Concito, quod est ad iram provoco. Item Excito, suscito, *&c.*

Cītātus, participium, sive nomen ex participio, Acceleratus, vel citus, aut velox. [מהיר *mahir ἐξύς.* Gall. *Esmeu, hastè, amanti, legier, viste.* Ital. *Chiamato, citato, veloce.* Germ. Schnell/behend.

Hisp. *Llamado, ligero.* Pol. *Pobudzony, ochotny, szybky.* Vng. *Gyors, hamaria.* Ang. *Stirred or moved vp, speedie.*] Apuleius: Citato, non testudineo gressu. Liv. libro 8. bell. Pun. Citato gradu in hostem ducebant. Idem: Citato vadere equo. Liv. 7. bel. Pun. Nero ea nocte quæ sequuta est pugnam, citatiore quàm inde venerat agmine, die sexta ad stativa atq; ad hostem pervenit. Ibidem libro 2: Quàm citatissimo poterant agmine sese abripuerunt.

Citatim, adverbium, Celeriter, velociter. [באחרה *bimberab.* Gall. *Hastiuement, vistement.* Ital. *Presto.* Ger. Schnellig, eilig, rasch, weg, bald. Hisp. *Presstamente, presto.* Pol. *Hned, w kok.* Vng. *Gyorsan, hamarságal.* Ang. *Hastelie, speedelie.*] Hirtius de bell. Afric. Ipse cum expedita copia in eum locum citatim contendit.

Cilicium, cii, n. s. à Cilicibus populis dictum est, apud quos (ut inquit Varro 2. de Re rustica capite 11.) Cilicia primùm confecta sunt. [שק *sak.* κιλίκιον ἱδρῶτα. Gall. *Vne haire, vne cilasine.* Ital. & Hisp. *Cilicio.* Germ. Ein Kleid das aus Bockshar oder grisshar gemacht ist. Pol. *Wlosienna sakonia, gruba.* item *Wlosiana ka.* Vng. *Gúba.* Ang. *A cloth made of heare, a strayner.*] Cicero 5. in Verrem: Quam iste civitatibus frumentum, coria, cilicia, saccos imperaret. Fiunt autem ex villis hircorum atque capratum: adhibenturq; (ut Vegetius inquit) ad excipiendum impetum sagittarum. ¶ Asconius scribit Cilicia tecta esse ex pilis, in castrorum usum atque nautarum. ¶ Inde Cilicina vestis, quæ ex Cilicio est, vel ei similis. [κιλικία τὸ κιλίκιον ἢ τριχίνη ἐσθής. Gall. *Vne haire, vestement de poil de cheure ou de boue.* Ital. *Vestimento tessuto di pili di diuersi animali.* Germ. Ein härten kleid. Hisp. *Vestidura de pelos como de cabrasy otros animales.* Ang. *The kille clothe of heare.*]

Cilium, [κρόσσος. Gall. *La peau qui couure les yeux dessus & dessous ou les cligneux.* Ital. *Ciglio.* Ger. Die höhe oder der rand ob den augen. Belg. Een oogbraume. Hisp. *La pestaña o parpado del ojo.* Pol. *Rzęsy.* Vng. *Szemhéj, szemszőr.* Ang. *The eye lid.*] teste Plinio libro 9. capite 37: Antiqui vocaverunt extremum superioris genæ ambitum; unde & Supercilia. Genas autem intelligit Plinius folliculos quibus oculus integitur, & à quibus palpebræ: hoc est, pili dependent. ¶ Alii Cilia intelligunt folliculos ipsos quibus oculus integitur. Nam quas Græci vocant βλεφαρίδας. Theodorus Cilia vertit. Lactantius quoque de Opific. oculos ciliorum tegminibus occultatos scribit. ¶ Cilium (inquit Festus) folliculus, quo oculus tegitur: unde & Supercilium. Idem alibi: Supercilium dicitur, quòd super cilium situ est, integumentum oculi superius.

Cilibæ, pen. corr. Vide CIBELA.

Cilleo, Antiqui usurpaverunt pro moveo: [קדן *kanáti.* κινῶ. Gall. *Mouuoir.* Ital. *Mouere.* Ger. Bewegen. Hisp. *Mouer.* Pol. *Poruszam.* Vng. *Pillegatok, mozgatom.* Ang. *To moue.*] unde etiam Furcillæ appellatæ sunt. Autor Servius lib. 2. Georg.

Cillibantes, κιλλίβαντες, Instrumenta erant tribus pedibus fulta, quibus in bello, scuto imponebant fatigati: ut ex Aristophane annotavit Cælius lib. 8. cap. 16.

Cillibantum. Vide CYLIBANTVM.

Cilones. [κῶνοι. Pol. *Kokialki łomowie.* Vng. *Hozzá fűtt, lom vélt homlokúak.*] Dicti sunt quorum capita oblonga, & compressa sunt: vel quibus frons eminentior est, ita ut à dextra sinistraque recta videatur. Cicero in Sallust. Quicquid impudicorum, cilonum, particidarum, sacrilegorum, debitorum fuit in urbe, &c.

Cima. Vide CYMA.

Cimacia. Vide CYMATIA.

Cimeliarchium, Locus est, ubi reponitur thesaurus. Vnde Cimeliarcha, custos vasorum & aliarum rerum Ecclesiæ.

Cimex, m. r. Vermiculus est odore fœdus, ex ligno nascens, chartisq; & paleis. [κόρις. Ger. Ein Wantze. Belg. Een Wechluys. Pol. *Pluskwa.* Vng. *Palaczkférgy, szúnyocz.*] Martialis libro 11: Nec toga, nec focus est, nec cutus cimice lectus. Plinius libro 27. capite 9: Folia cimicem necant. Idem libro 29. capite 4: Veluti cimicum animalia fœdissimi, & dictu quoque fastidiendi natura, contra serpentum morsus, & præcipuè aspidum, valere dicitur.

Cimolia creta. Vide in Onomastico CIMOLIVS.

Cinædiæ, Lapilli qui inveniuntur in cerebro cinædi piscis, maris habitum colore præfagientes. Plin. lib. 37. cap. 10.

Cinædus, cum æ, diphthongo. [קדש *kadhésh.* κίναιδος, πόρνος, κόρρος. Pol. *Niewieściapuch, ten który się mężowi w łóżku.* Vng. *Az mely gyermekkel természet ellen élnek, fajdalmai gyermek.*] Qui muliebria patitur παρὰ φύσιν τὰ ἀφροδίσια. Catullus Epigramm. 22: Cinædus mollior cuniculi capillo, vel anseris medulla, vel mola mollicella. Gellius: Nihil interest, quibus membris cinædi sitis posterioribus, an prioribus. ¶ Alii Cinædos, quasi pudore vacuos appellant: κενὸς enim vacuus, αἰδὼς pudor. Alii interpretantur saltatores, vel pantomimos, ἀπὸ τῆς κινήσεως, quod libidine omnibus anteirent, qui choros ducebant, & omnia agilitate se exercerent. Hos alio vocabulo Petaurista vocant, eò quòd saltibus levioribus moverentur: ut nulla dubitatio in corpore videretur. Plautus in Aul. in fustibus sum mollior magis, quàm ullus cinædus. ¶ Cinædus etiam genus piscis, de quo Plinius lib. 32. cap. ult. Cinædi, inquit, soli piscium lutei, ubi lege pro soli toti ex authoritate Athenæi. Pinnæ est marinus saxatilis, totus luteus, excepto dorso, quod purpurascit, mænis figura similis, μαινίδι ἐοικὼς dictus Aristoteli ob indivisas spinas.

Cinædus, cis, ea, cum, pen. corr. adjectivum κινήδικος. Plautus in Sticho: Lepidam & suavem cantationem aliquam occipio Cinædicam.

Cinædior, in comparativo. [Pol. *Więcej niewieściapek.* Vng. *Sodomai gyermek.*] Catullus in Epigram. de Varicone: Hic illa ut decet cinædiorem id est, impudentiorem.

Cinædulus, diminutivè à Cinædus. [Pol. *Więcej niewieściapek.* Vng. *Sodomai gyermekdedec.*] Macrob. Satur. lib. 3. cap. 14: Tullius est Scipio Africanus Æmilianus, qui in oratione contra legem judiciariam Tiberii Gracchi sic ait: Docentur præstigiæ inhonestæ cum cinædulis, & sambucca psalteriorq; eunt in ludum histrionum.

Cinara. Vide CINTRA.

Cinaræ, Cardui sunt maiores, qui primùm ab Italis, mox etiam à Gallis inter præcipuas mensarum delicias habiti sunt. [κοκλυμοι. Gall. *Artichaux.* Ital. *Carciofoli.* Ger. Kiam wurtzel die kein stachlen haben. Hisp. *Cardos que se labran y comen.* Pol. *Wlosky ostet.* Vng. *Begyes kóró.* Ang. *Artichokes.*] Columella libro 10: Hispida pomatur cinara, quæ dulcibus laccho Potanti veniat, nec Phœbo grata canenti, &c. Nominis originem referunt ad Cinaram puellam, in herbam sui nominis mutatam. Alii à cinere deductum putant, quòd cinere in primis hæc herba gaudeat stercorari.

Cincinni, per fluplex n, m. f. [קוצות *kevutsóth* מלפות *sidhlóth* מתלשות *mathlaphóth.* κίκινοι. Gall. *Cicinnes entortillez, crespes ou reuerillez, passillons.* Ital. *Capelli crespi.* Germ. Getauschte haar. Belg. Gecroult haer. Hisp. *Cuedeja de los cabellos.* Pol. *Kotyry, włosy skrzywione.* Vng. *Be font hay, fodertor hay, kötöttes haj.* Ang. *Tindles of broided heare.*] Sunt crines intorti, qui etiam Calamistrati dicuntur. Iuven. Altior hic quare cincinnus? His capillos Martialis Anulos vocat: ait enim: Vnus de tot procaverat orbe comatum Anulus. Varro: Is est coliculus veruti intortus, ut cincinnus. Solent autem cincinni oleo pertingi. Cicero in Pisonem: Erant illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ.

Cincinnatus, adject. qui capillos intortos gestat, calamistratus. [βοστρυχόεις, ὁ κατεσκευασμένος κόμην μετὰ μύρου. Gall. *Tortillonné, & ayant les cheueux regrillez.* Ital. *Con capelli ricci.* Germ. Der traust oder trause harig & tregt. Hisp. *Cosa con aquellas guedejas.* Pol. *Kolpiorzony.* Vng. *Be font hajú, fodertor hajas.* Ang. *That hath hair broided in bunches.*] Cicero post reditum in Senat. Quo valet cincinnatus ganeo non solùm civium lachrymæ, veramicorum patriæ preces repudiavit? Plautus Capt. Subrufus aliquantum, crispus, cincinnatus. ¶ Hoc cognomen fuit L. Quinctio, qui ab aratro ad dictaturam vocatus, Æquos victos sub jugum egit, & decimosexto die à quo magistratum acceperat, Dictatura se abdicavit.

Cinctus, [κίγκλος, Suidæ. Gall. *Oiseau qui tousiours remuë la queue.* Ital. *Codatremola.* Germ. Wasserstitz. Hisp. *Vna ave que siempre mueue la cola.* Pol. *Pliszka.* Vng. *Farczóla billegető.* Ang. *A water swallow, a magtaille.*] Avis est exigua, perpetuò caudam movens, unde & Motacilla à nonnullis appellatur. Hanc posteriore sui parte tam debilem esse ajunt, ut nidum struere non possit: sed in alienis nidis ova pariat. Quæ res fecit locum proverbio, ut omnium rerum inopia laborantes Cinclo pauperiores dicamus. Autores Suidas, & Aelian. lib. 15. cap. 28.

Cinctus. Vide CINGO.

Ciner, Cimiflones. Vide CINIS.

Cingo, is, xi, ctum, act. 1. Coërceo, comprehendo. [חגר *chagór.* ζώννυμι. Gall. *Ceindre, enuironner, entourer.* Ital. *Cingere.* Germ. Vmbgurten, vmbgehen. Belg. Omgeruen, omranghen. Hisp. *Ceñir.* Pol. *Opasuję, obstawam.* Vng. *Körülöveszem, megszorítom.* Ang. *To gird or compasse about.*] Ovid. 5. Fastor. Sustulit hoc Nymphe, cinxitq; decentibus amnis. Idem 2. de Ponto: Vos ego complectar, Geticis si cingar ab amnis. Cicero 3. de Nat. deor. Diligentiusq; urbem religione, quàm ipsis mœnibus cingitis. ¶ Per translationem Cingere ponitur pro circuire, & circunsepire, περιβάλλειν. Livius libro 1: Nam & muro lapideo, cujus exordium operis Sabino bello turbatum erat, urbem, quam nondum munierat, cingere parat. Plinius: Quum eum saltum venatores cinxissent. Tactum cingo, quasi circumago. ¶ Cingere arborem vetustè pro deglubrare, sive delibrare ponitur, ut tradit Paulus Ful. 5. de

5. de arboribus furtim cæsis: in qua significatione apud Vlpianum semel iterumq; invenitur. ¶ Hujus composita sunt, Accingo, Circumcingo, Discingo: de quibus suis locis. Incinctus, idem quod cinctus. Liv. 10. Incinctum Gabino cinctu super telum stantem. Intercingo. Plinius: Thebaicus intercinctus aureis gutis invenitur in Africæ parte. Præcingo, idem quod cingo, ἐπιζώννυμι. Plaut. in Bach. Inde de hippodromo, & palæstra ubi revenisset domum Cincticulo præcinctus, in sella apud magistratum assideres. Interdum præcingere, est præparare, παρασκευάζειν: unde Præcinctos, ὀξύτους, strenuos & expeditos dicimus. Procingo, cingo, apparo: à quo procinctus apparatus bellicus. Vnde dicimus, aliquid nos fecisse in procinctu, quum ad expeditionem, aut ad iter essemus parati & accincti. Ovid. Hæc in procinctu carmina facta puta. Plin. Vinum curas, vigorémq; animi impedit ad procinctum tendentibus. Et procincta classis vocabatur, quum exercitus cinctus erat confestim pugnaturus. Recingo, quod cinctum erat, discingo. Ovid 1. Metamorph. Velantq; caput, tunicasq; recingunt. Subcingo, subtus cingo, & ad cingulum alligo, ὑπαράπτειν, ὑποζώννυμι. Cicer. 11. Phil. Serg. Galbam eodem pugione succinctum quo in castris videtis. Et succingere: id est, cinctu vestes ita colligere, ut breviores videantur, fiatq; homo ad agendum promptior. Vnde & succinctam orationem, brevem dicimus, & Succinctè, breviter, συντόμως. Hinc succingulum, balteum dicimus, ζωνίον. Succinctorium, vestis genus brevissimæ, quo venter & verenda teguntur: quod & semicinctiũ vocatur, quod medium hominem cingatid est, vestiat.

Cinctus, participium. [חגור chagbúr. ἐζωσμένος, περιεζωσμένος. Gall. Ceint, tout ceint. Ital. Cinto. Germ. Vmbgeben/vmbgurtet. Hisp. Ceñido. Pol. Obtoczony. Vng. Körmyw l viteldt, meg szoritatott. Ang. Girded or compassed about.] Cicer. pro Flac. Equidem existimo in ejusmodi regione atque provincia, quæ mari cincta, partibus distincta, insulis circundata esset, &c. Gellius: Scuto pedestri & gladio Hispaniensi cinctus, contrà Gallum constitit. ¶ Cinctus etiam simpliciter sine adjectione, qui ad militiam conscriptus, miles factus est. Marcel. de testam. Titius priusquam tribunus legionis factus esset, testamentum fecit, & postea cinctus manente eodem testamento discessit: quod inde introductum, quòd prælium inituri præcingerentur. Ex Horomano.

Circūnluō, luis, lui, n. t. Circunfluo. [περιρρέω. Gall. *Laver & mouiller tout entour.* Ital. *Scorrere intorno.* Germ. Zu ring vmb anrinnen/ anwallen. Hispan. *Correr la liquido en derredor.* Pol. Wkol'o cżekaż omywam. Vng. *Kĕrnyw'l folyok.* Ang. *To wash and wett about.*] Liv. 5. bell. Punic. Quo in peninsulæ modum pars major circunluitur.

Circūnlŭvĭo, onis, verbale, f. t. [περιρροή, περιλουσις. Pol. Okrzynie wode. Vng. *Kĕrnyw'l folyás.* Ang. *A flowing about of water.*] Est, quum parte alicujus agri rapidus amnis in alveum suum impulerit, & in modum insulæ circunvolverit: quæ ipso jure vicinioris erit. Valla. Cicer. 1. de Orat. Gentilitatū, agnationum, alluvionum, circunluvionum, &c. Circumluvium jus prædiorum est, inquit Festus.

Circūmmĭtto, act. t. [περιπέμπω. Gallic. *Envoyer par tout ou de tous cotez.* Ital. *Mandare intorno.* German. Umbher schicken. Belg. Rontom senden. Hispan. *Embiar en derredor.* Pol. Obsielam. Vn. *Kĕrnyw'l bocsátom.* An. *To send through out all partes.*] Liv. 4. ab Vrbe: Veiens multitudine abundans, qui inter dimicationem castra Romana aggrederentur, post montes circummisit. Idem 2. ab Vrbe: Vincebatque auxilio loci paucitas, ni jugo circummissus Veiens, in verticem collis crassisset.

Circūmmittĕrĕ, [περιπέμπειν. Vng. *Kĕrnyw'l bocsátani.*] Cæsar lib. 7: Legiones in omnes partes circummittuntur.

Circūmmŭlcĕrĕ, Molli attactu circuncirca abblandiri. [περιψηλαφᾶν. Gallic. *Attoucher doucement de tous costez, & quasi amiguoter.* Italic. *Lusingare intorno.* German. Umbstreichen. Hispan. *Halagar en derredor.* Polon. Ogł'askawiać. Vng. *Kĕrnyw'l torblyczni, enyhitení.* Ang. *To touche softlie on all parts, to flatter.*] Plin. lib. 28. cap. 3: Ex qua familia legatus Hexagon nomine à Consulibus Romæ in dolium serpentium conjectus, experimenti causa, circummulcentibus linguis miraculum præbuit.

Circūmmūnĭo, act. q. Circunsepio, circunroboro. [περιοχυρόω. Gallic. *Fortifier ou munir de toutes pars.* Ital. *Fortificare intorno.* Germ. Zu ringo vmb bewarem oder bevestigen. Bel. Rontom tuynen/ rontom stercken. Hisp. *Fortalecer en derredor.* Pol. Ogrodzam, obsypuie. Vn. *Kĕrnyw'l rekesztĕm, mind kĕrul meg erősítém.* An. *To fortifie on all partes.*] Colum. lib. 3: Priusquam pomarium constituas, quàm magnum voles, circummunito macerie aut fossa, ita ut non solùm pecori, sed nec homini transitus sit. Plaut. Capt. In vinclis custodiisque circummuniti sumus.

Circūmmūnĭtĭo, verbale, f. t. [περιοχύρωμα. Pol. Wkolo ogrodzenie. Vn. *Kĕrö kĕrnyw'l valo meg erősítés.*] Cæsar: Id ne fieri posset, obsidione, oppidique circummunitione fiebat.

Circūmnascŏr, d. t. [περιφύομαι. Gall. *Naistre entour, naistre en croissre à l'entour.* Ital. *Nascere intorno.* Ger. Herumb wachsen. Hisp. *Nacer en derredor.* Pol. Wkol'o rośle. Vn. *Kĕrnyw'l termĕk.* An. *To growe or to be borne about.*] Plin. lib. 2. cap. 103: Lacus Sinnaus in Asia circumnascente ablinihio inficitur.

Circūmŏbrŭĕrĕ, act. t. [περιστέγω, περικαλύπτω. Gallic. *Couurir de toutes pars, enuelopper & cacher de tout en quelque chose.* Ital. *Coprire di terra intorno.* German. Umbthun vberfallen vnd bidecken mit Erdtreich. Hispan. *Enterrar ò amagar en derredor.* Polon. Zawsze obsypuie. Vn. *Kĕrnyw'l borítani.* An. *To cover round about or to ouerwhelme.*] Plin. lib. 19. cap. 5: Confert alterna folia circumobruere.

Circumpādānŭs, a, um, Qui habitat in circuitu Padi. [Ital. *Che habita intorno al Po.* Vn. *Pádon kĕrnyw'l lakók.*] Liv. 1. bel. Pun. Consistere jussis militibus Italiam ostentat, subjectosque Alpinis montibus circumpadanos campos. Plin. lib. 14. cap. 20: Liguriæ maximè, circumpadanisque multis utilitas.

Circumpāngo, [περιφυτεύω. Gall. *Ficher & attacher entour, faire tour & bordre à l'entour.* Ital. *Figere in terra di intorno.* Ger. Umbstecken. Hisp. *Plantar en derredor.* Pol. Obtikam. Vn. *Kĕrnyw'l gyökdosom.* An. *To fasten or bend about, to cause to sticke.*] Plin. lib. 17. cap. 13: Ramis terra circumpactis.

Circumpāvio, vis, Circumpavire, [περικαταφαίνω. Gall. *Dresser & applanir en frappant tout entour.* Ital. *Battere, percuotere di intorno.* Germ. Herumb schlahen. Hispan. *Disonar en derredor.* Pol. Otapłuie, obklaskam. Vn. *Kĕrnyw'l verdegĕtem.* An. *To make plane or pave about.*]

Circūmpĕdes pen. cor. m. t. Idem qui & A' pedibus dicuntur. [οἱ περὶ τοὺς πόδας, οἱ παρεστῶτες. Gallic. *Seruiteurs qui sont à l'entour, de leur maistre, qui luy assistent.* Ital. *Seruitori di casa.* German. Diener so auff ihre Herren warten wo sie hin gehen. Hispan. *Moco despuelas.* Polon. *Sługa domowy, pacholęcy.* Vn. *Asztalnok, vdvarlo szolga.* An. *Seruides readie to assist their maisters.*] Cicer. 3. in Verr. Servos artifices pupilli quum haberet domi, circumpedes autem homines formosos & litteratos, suos esse dicebat.

Circūmplĕctŏr, ĕteris, d. t. [περιπτύσσω. Gallic. *Embrasser tout entour, enuironner.* Ital. *Abbracciare intorno.* German. Umbgreiffen/ vmbfassen. Hispan. *Abracar en derredor.* Pol. Obłapiam, obymam. Vng. *Atal bĕlĕm.* An. *To embrace round about, to ouerrunne.*] Cicer. de Vniver. Vndique est eos circumplexus. Plin. lib. 15. cap. 16: Tam vastis arboribus, ut temi nequirent circumplecti.

Circūmplĕxŭs, us, m. q. Nomen. [περιπτυσμός. Gall. *Embrassement, entourement, environnement.* Ita. *Abbracciamento, circundatione.* Ger. Umbfahung/ vmbgebung. Hisp. *Rodeamiento.* Pol. Obłapienie. Vn. *Altal bĕlĕs.* An. *Embracing.*] Plin. lib. 10. cap. 83: Lacertæ, ut ea quæ sine pedibus sunt, circumplexu venerem novere.

Circūmplĭco, as, pen. cor. Circunnecto. [περιπτύσσω. Gall. *Enuelopper tout entour, entortiller.* Ital. *Auuoluppare di intorno, intortigliare.* Ger. Umbwickelen. Hisp. *Plegar en derredor.* Pol. Obwiam, obiacżam. Vn. *Kĕrnyw'l tekerĕdĕm.* An. *To folde or winde about.*] Cic. 1. de Divinat. Experrecta nutrix animadvertit puerum dormientem circumplicatum serpentis amplexu.

Circūmpōno, nis, [περιτίθημι. Gall. *Mettre entour.* Ital. *Mettere intorno.* Germ. Umbsetzen/ vmbtragen. Hisp. *Poner en derredor.* Pol. Okładam. Vng. *Kĕrnyw'l tesszem.* Ang. *To put about.*] Horat. 2. Serm.

rat. 2. Serm. Sat. 4: Primus & inveni piper album cum sale nigro Incretum puris circumposuisse catillis.

Circumpōtātio, onis, verbale à Circumpoto, quum pocula de manu in manum traduntur, & in circuitum redeunt. [ἐγκυκλοπότημα. Pol. Wkol'o pytjie. Vn. Rendscreimt wolo vnis, pobár kemlei. Ang. Drinking about.] Cicer 2. de Legib. Hæc præterea sunt in legibus de unctura, quibus servilis unctura tollitur, omnisque circumpotatio.

Circūnrādo, dis, act. 1. Abrado, in circuitum rado. [ἀφεψάω. Gallic. Raler tout entour, ratisser à l'entour. Ital. Radere intorno. Germ. Vmbschaben. Hispan. Raer ò arrebatar en derredor. Pol. Oskrobuie. Vng. Környw'l nyirbm. Ang. To shave about, or to scrape about.] Plinius libro 17. cap. 26: Veluti detractio sanguinis circumsti corticis. Colum. libro 4. cap. 29: Hujus traducis si non est facultas, tum detractum viti quàm recentissimum elipitar sarmentum, & leviter circunrasum.

Circūnrētio, tis, act. q. Impedio, & implico, involvo. [ἀφεκτάω. Gall. Entourer & envelopper comme d'vn rez. Ital. Inuiluppare intorno, impedire. German. Mit einem Garn vmbgeben. Hispan. Embolver en derredor, empachar ò embaracar. Polon. Obwiatoiam sjeciu. Vng. Köre kötöszöm, környw'l hállolom. Ang. To intangle or fetter in nets round about.] Lucr. lib. 5: Circunretit enim jus, atque injuria quemque, Vnde etiam exorta est, ad eum pleunque revertit. Cicer. 7. in Verrem: Num ego tibi ullam salutem, ullum perfugium putem, quum tete implicatum severitate judicum, circunretitum frequentia populi Romani esse videam?

Circūnrōdo, dis, penult. prod. Arrodo. [ἀφεψήσω, ἀφεψέω. Gall. Ronger tout entour. Ital. Rodere intorno. Ger. Vmbnagen. Hisp. Roer en derredor. Pol. Okesinie. Vng. Környw'l rágom. An. To gnaw about.] Plinius lib. 32. cap. 12: Polypum hamos appetere, brachiisque complexa, non morsu, nec priùs dimittere, quàm escam circumroserit. ¶ Circunrodere per translationem accipitur pro meditari, & quodammodo ruminare. Cicero ad Attic. lib. 4: Quid quòd iam (dudum enim circunrodo quod devorandum est) subturpicula mihi videbatur esse πολυωλία. ¶ Item pro detraho, obtrecto. Horat. 1. Epist. Dente Theonino quum circunroditur.

Circūnscālpo, pis, [ἀφεκκόπτω. Gal. Gratter en grauer entour. Ital. Grattare da intorno. Ger. Vmbkratzen. Hisp. Escarnar ò rascar, esculpir ò rasgar. Pol. Odrapanie. Vng. Környw'l ásogatom, vésiom. An. To scrath about.] Plin. lib. 20. cap. 5: Radice ejus circunscalpti dentes dolore liberantur.

Circūnscārrīfico, cas, act. p. [ἀφεκμυσσόω. Gall. Escarifier & enuiron en tourner à l'entour. Ital. Far intorno piccolini tagli in su la persona, acciò il sangue ò triste humore esca. German. Rundthalben schlossen. Hispan. Sangrar en derredor. Polon. Wkol'o ekrezyluie. Vng. Környw'l kösöly hzom. Ang. To launce, to open a sore round about.] Plin. lib. 22. cap. 23: Pedum clavos circunscarificatos ferro, mulum ceræ extrahit.

Circūnscindo, dis, act. 1. [ἀφεκκόπτω, ἀφεκτέμνω. Gall. Encoiler & couper de toutes parts. Ital. Tagliare da ogni parte. German. Vmbschneiden. Hispan. Cortar ò tasar en derredor. Polon. Obrzynaie. Vng. Környw'l hasitom, metszöm. Ang. To cutt about.] Liv. 2. ab Vrbe: Quò ferociùs clamitabat, eò infestiùs circunscindere, & spoliare lictor.

Circūnscribo, bis, act. 1. Colligo, comprehendo, definio, determino, concludo. [περιγράφω. Gal. Escrire à l'entour, borner, limiter tout entour. Ital. Circunscriuere. Ger. Zu rings vmbschreiben, vmfassen. Belg. Omschreven. Hispan. Terminar. Pol. Opisuie, obwijam. Vng. Környw'l irom, be foglalom. Ang. To write about, to border and set meares, to bound.] Cicero 6. Philip. Virgula fluentem circunscripsit, jussitque ut responderet, priusquam ea illa circunscriptione excederet. Lactantius: Cujus scientia summam breviter circunscribo, ut neque religio ulla sine sapientia sit, nec ulla sine religione probanda sapientia. Columella: Diophanes Bithynus Vticensem totum, Dionysii Fœni Magonis interpretem, per multa diffusum voluminis, sex epitomis circumscripsit. Cicero in Paradox. Exilium terribile est illis, quibus circunscripteus est habitandi locus: id est, constitutus. Idem pro Rab. Exiguum nobis vitæ cursulum natura circunscripsit, immensum gloriæ. ¶ Aliquando ponitur pro circunvenio, & decipio. [רמה piel, רמיה, מרמה, מרמיה. Gall. Decetour, circumuenir. Ital. Frandare, circumuenire. Ger. Betrügen. Hisp. Engannar. Pol. Oszukaie, zdradzam. Vng. Megtselom. An. To deceive.] Idem 1. Acad. Alterum est, quod captiosis & fallacibus interrogatiunculis circunsripti & decepti quidam, quum eas dissolvere non possunt, desistunt à veritate. Plin. lib. 7: Vana mortalitas, & ad circunscribendam seipsam ingeniosa.

Circūnscriptē, adverb. Definitè, paucis, breviter. [περιγραφικῶς. Gallic. Briefement, en certains limites. Ital. Breuemente, con misura. German. Kürtzlich, mit vmbschreibung. Hispan. Breue y distintamente. Pol. Krotce, zwięsłem. Vng. Be foglalás keppen, röuideu. An. Briefle, shortlie, in measure.] Cic. de Nat. deor. Id ratione concludimus, singulasque res diffinimus, circunscripteque complectimur.

Circūnscriptōr, m. 1. Deceptor, fraudator. [ὁ ἀφεγγράφων, ὁ ἐξαπατῶν. Vn. Csalárd, csalo.] Iuven. Sat. 15: pupillum ad jura vocantem Circunscriptorem.

Circūnscriptio, onis, verbale, f. 1. Circuitio, definitio, terminatio. [ἀφεγγραφή, ὁριγραφία. Gall. Description de tour, enuironnement. Ital. Misura, limitatione. Germ. Vmbschreibung. Hisp. Medida, termino. Pol. Oppisanie. Vng. Be foglalás környw'l irás. Ang. Bounding, or going about.] Cic. 1. Tusc. Quum totam terram contueri licebit, ejusque cùm situm, formam, circunscriptionem, tùm & habitabiles regiones. Verborum quadam circunscriptione comprehendere cōcludereque sententiam. Cicer. de Clar. Orat. ¶ Circunscriptio, pro deceptione & fraude. [מרמה mirmah, ἀπατεωνία, κλεψία, γοητεία. Gall. Tromperie, surprinse, deception. Ital. Inganno, falsità. Germ. Betrügerey, beschis. Hisp. Engaño. Pol. Oszukaństwie. An. Deceiuing.] Cic. pro Cluent. Quum omnis ab his fraus, omnes insidiæ, circunscriptionesque adolescentium nascerentur.

Circūnscriptōr, Brevior. [Pol. Zemierzoni. Vn. Rövidebb kiáczob, be foglalab, környul irtab. Ang. More brieff.] Plin. epist. lib. 1: Nam in concionibus eadem quæ in orationibus vis est, prestior tamen, & circunscriptior, & adductior.

Circūnscriptus, non videtur, qui usus est jure communi, l. non videtur circunscriptus. C. de integ. rest.

Circūnscriptus dolo, dicitur sua facultate lapsus. l. 1. ff. de Minoribus.

Circunsēco, cas, Circuncido. [περιτέμνω. Gall. Couper tout à l'entour. Ital. Tagliare intorno. Germ. Vmbschneiden oder hauen. Hispan. Cortar en derredor. Pol. Oczasinie, obrezuie. Vng. Környw'l vágom, meszöm. An. To cutt about.] Colum. lib. 7. cap. 5: Tuberculum cui subest vermiculus, ferro quàm cautissimè circunsecari oportet.

Circūnsēcus, adverb. pen. cor. Significat in circuitu, à lateribus. [Pol. Wkrag. Vn. Körös környul.] Apul. lib. 5: Quique circunsecus venantur.

Circūnsēdēo, des, n. f. & Circunsideo, des, circunsedi, circunsessum, Circundo, obsideo, obsidione cingo. [περικαθέζομαι, πολιορκέω. Gall. Se seoir à l'entour, estre assis autour, assieger, tenir le siege à l'entour. Ital. Assediare d'ogni intorno. Germ. Zu ring herumb sitzen, vmbsitzeren. Belg. Omringen, belegen. Hisp. Poner cerco à algun lugar. Pol. Wkrag obsiadam. Vn. Környw'l vlök. Ang. To sit about, to besiege round about.] Cæl. ad Cic. lib. 8: Nisi si mavult Pompeium Brundusii circunsidere. Cic. ad Att. lib. 9: Populi Romani exercitus Cn. Pompeium circunsidet, fossa & vallo septum tenet, fuga prohibet. ¶ Circunsident item, qui assident utrinque alteri. Cic. 4. in Catil. Nec tamen ego sum ille ferreus, qui fratris charissimi atque amantissimi præsentia mœrore non moveat, horumque omnium lacrymis à quibus me circuncessum videtis.

Circūnsessio, f. 1. Obsessio. [ἀφεδρία, πολιορκία, περιοχή. Gall. Assiegement, assiette à l'entour. Ital. Assedio di vna città. Ger. Vmbsatzung, vmbtägerung. Hisp. Obra de poner cerco à algun lugar. Pol. Obsjedzenie. Vn. Környul ülés, meg szállás. An. Besettinge, besieging about.] Cic. 3. Verr. Te hujus circunsessionis tuæ causam & culpam in alios transtulisse.

Circūnsēpio, pis, act. q. Circundo, cingo. [περιφράττω, ἀφεφράττω. Gall. Clorre & mettre d'vne haye ou d'autre chose tout à l'entour. Ital. Fare vna siepe d'intorno, circundare vna con ragioni. Germ. Vmbzeunen, mit einem Zaun vmbgeben. Hisp. Cercar de sitio ò seto en derredor. Pol. Ogradzam, opłacam. Vng. Környw'l vékosítom. Ang. To hedge and fence about.] Cic. ad August. Sed quoniam cohortibus armatis circunseptus Senatus. Liv. 1. ab Vrbe: Conscius deinde, malè quæsiti regni ab seipso adversus se exemplum capi posse, armatis corpus circunsepsit.

Circūnsēro, ris, [ἀφεμπολάω. Gall. Semer ou planter à l'entour. Ital. Seminare ò piantare d'intorno. Ger. Vmbsäen. Hisp. Sembrar ò plantar en derredor. Pol. Osjewam. Vng. Környw'l vetöm, vetöm. Ang. To plant or sowe about.] Plin. lib. 21. cap. 12: At genistas circunseri alvearibus gratissimum.

Circūnsīdo, dis, n. 1. idem quod circunsedeo, nisi quòdmodum quendam habeat conjunctum: ut Circunsidere dicatur, qui se jam ad sedendum componunt, vel qui ipso actu oppidum, vel arcem castris vel exercitu circundant. [Vng. Környw'l ülöm, meg ülöm.] Liv. 9. ab Vrbe: Et spe abjecta Satriculæ tuendæ, Pidiliam ipsi socios Romanorum, ut parem dolorem hosti redderent, circunsidunt.

Circūnsignārē, [περιεσημάνθη. [ἀφεσημείωσε. Gall. Marquer à l'entour. Ital. Segnare ò bollare. Ger. Vmbzeichnen. Hisp. Señalar en derredor. Pol. Oznaczam. Vng. Környw'l tetzöm. An. To mark about.] Columell. lib. de Arbor. cap. 26: Eam duobus digitis quadratis circumsignato, ut medio gemma sit.

Circūnsīsto, is, n. 1. Circundo, circunsto. [ἀφεστήκω. Gal. Enuironner

rouner quelqu'vn, & se treuuer auprès de luy pour l'assaillir, defendre ou autrement. Ital. *Stare intorno, circondare.* Germ. Vmbstellen oder vmbgehen. Bel. Rontomstam. Hispan. *Estar en derredor, cercar y rodear.* Pol. *Obstępuie.* Vn. *Környw'l állok.* An. *To compasse or stand about one.*] Liv. lib. 1: Centuriones Metium circunstitunt. Cæsar: Si quis graviori vulnere accepto deciderat, circunsistebant: id est, circum astabant faventes ei, & tela ab eo arcentes. Virgilius: At fessi tandem cives infanda furentem Armati circunstitunt.

Circũsistŏr, [*περιστάτης.* Vn. *Környul allatatom.*] Apuleius lib. de philosophia: Fortitudo quippe circunsistitur hinc audacia, inde timiditate.

Circũsŏno, as, are, Vndique sono. [*περιηχῶ.* Gall. *Resonner & retentir de toutes parts, sonner à l'entour.* Ital. *Sonare d'ogni intorno.* German. Vmb vnd vmb thönen oder klingen. Hispan. *Sonar en derredor.* Polon. *Wokrąg brzmie.* Vng. *Környw'l zengök.* Ang. *To sound round about on all parts.*] Liv. 9. bel. Maced. Eos deducere in locum qui circunsonet ululatibus cantuque symphoniæ, & cymbalorum, & tympanorum pulsu, ne vox quiritantis, quum per vim stuprum inferatur, exauditi possit. Idem 3. ab Vrbe: Iussa miles exequitur, clamor hostes circunsonat.

Circũnspĕrgo, [*περιπάσσω.* Gall. *Espandre & espartir tout à entour, espartir ça & là.* Ital. *Spargere intorno.* Ger. Vmbsprützen oder sprengen. Hisp. *Derramar à rosiar en derredor.* Po. *Obtrząsiam.* Vn. *Környw'l hintem.* Ang. *To scatter or sprinkle about.*] Colum. lib. 11. cap. 2: Magnis arboribus quaternos modios stercoris capini circunspergere, &c.

Circũnspĭcĭo, cis, act. t. ex Circum & Specio. Omnia oculis lustro, accuratè considero. [*περιορῶ.* Gall. *Regarder à l'entour, prendre garde de tous costez.* Ital. *Guardare d'ogni intorno.* Germ. Vmbsehen, ja rings vmbher sehen. Bel. Rontem oversien, embesien. Hisp. *Mirar en derredor.* Pol. *Wokrąg patrzę.* Vn. *Környw'l nezek.* An. *To look about, to behold on all parts.*] Est q; Circunspicio, huc atque illuc oculos verto, & circunfero: omnia oculis collustro. Iustin. lib. 1. Primò latebras circunspicit. Cic. pro Roscio: Circunspicit, æstuat. Terent. in And. Circunspicio nutquam. ¶ Significat etiam animadvertere, & diligenter videre, sive considerare. Cic. 4. Acad. Deinde quò dicant, posse accidere sapienti, ut quum omnia fecerit, diligentissimeq; circunspexerit, existat aliquid quod & verisimile videatur. Circunspicere se, pro Glonari, & se ipsum admirari, sibi placere. Cic. Vsque eòne te diligis, & magnificè circunspicis, ut, &c.

Circunspectus, m. f. significationis est activæ, & significat eum qui in omnem partem circunspectat: hoc est, qui prudens est & sagax. [קסם *kesem.* περιβλεπτικός, περιεκτικός. Gal. *Considéré, advisé, posé, prudent, qui prenoit à tout ce qu'il doit faire.* Ital. *Circunspetto, prudente, che prende quanto deue fare.* Ger. Vmbsichtig/ oder fürsichtig/ weis. Hisp. *Prudente y sabio, à ojeato.* Pol. *Oppatrzny, rozumny.* Vn. *Eszes, vigyázó.* Ang. *Circumspect, wise, wise.*] Columel. Nam illa solennia sunt omnibus circunspectis, ut cegastuli mancipia cognoscant.

Circũnspĕcto, as, frequentativum, Frequenter circunspicio. [השקיף *hoschkiph.* διαβλεπτικός, περιβλεπτικός. Gall. *Regarder souuent çà & là, & diligemment.* Ital. *Riguardare con diligentia.* Ger. Mit fleiß sich vmbsichen. Hispan. *Mirar en derredor muchas vezes y con diligencia.* Pol. *Pilno się oglądam.* Vng. *Környw'l sokszor nezek.* Ang. *To look often about & diligently.*] Terent. in Eunuch. Et properans venit: nescio quid circunspectat. Cicer. 2. de Nat. deor. Iam verò illa etiam notiora, quanto se opere custodiant bestiæ, ut in pastu circunspectent, ut in cubilibus delitescant.

Circũnspĕctŭs, passivè, [περιεσκεμμένος. Pol. *Opatrzony.* Vng. *Környw'l megtekintve.* ¶ Consideratus, judicatus. Qui circunspicitur: ut, Verba non circunspecta: id est, non perpensa, & considerata. Ovid. 5. Fast. Verba movent iras non circunspecta deorum. Vires non circunspectæ. Ovid. 5. Metaph. Sed furit, & cupiens alto dare vulnera collo Non circunspectis exactum viribus ensem Fregit in extrema percussæ parte columnæ. Id est, non circunspiciens quò vires, & feriendi impetum rectè dirigeret.

Circunspĕctŭs, us, ui. m. q. [περιβλεψία, περιωπή, περιοχή. Gal. *Veuë, & regard de tous costez.* Ital. *Auiso, riguardo à fare qualche cosa.* Ger. Das vmbsehen an alle Ort. Hisp. *Retaramiento de mirar.* Pol. *Oberzenie na wszystkie strony.* Vng. *Környw'l nezés, vigyázás.* Ang. *Looking round about and beholding.*] Actus ipse circunspiciendi. Cic. 12. Philipp. Hæc ego in urbe prævideo: facilis est circunspectus, unde exeam, quò progrediar: quid ad dexteram, quid ad sinistram sit. Plin. lib. 11. cap. 37: Cervix flexilis ad circunspectum, articulorum nodis jungitur.

Circũnspĭcĕntĭa, idem. [Vn. *Szemlélés, vigyázás.*] Gell. lib. 14. cap. 2: Multa & anxia cura, & circumspicientia indigent.

Circũnspĕctĭo, aliud verbale, Accurata consideratio. [קסם *kesem.* Pol. *Pilnobeiprzenie.* Vn. *Szorgalmatos szemlélés, vigyázás.*] Cic. 4. Acad. Sin ex circunspectione aliqua, & accurata consideratione, quod visum sit, id se dicent sequi, tamen certam non habebunt.

Circunspĕctĕ, adverbium, [περιεσκεμμένως. Vng. *Eszesen, szemlélve, szemlésen.* Ang. *Forecastingly.*] Quintil. lib. 9. cap. 2: Parciùs & circunspectiùs faciendum. Circunspectius agere, Gell. lib. 3. cap. 8: id est, cautius.

Circũnspectātŏr, & Circunspectatrix, verbalia. [ὁ περιεσκεμμένος, ἡ περιεσκεμμένη. Vng. *Környw'l szemlélő.*] Plaut. Aul. Exeundũ hercle tibi hinc est foras Circunspectatrix cum oculis emissitiis. Apuleius in Apolog. Quàm improba juvenum circunspectatrix, quàm immodica tui ostentatrix.

Circũnspĭcŭus, à Circunspicior, Qui circunquaque aspici potest. περιοπτός.

Circũnstipo, as, Comitum agmine cingo. [Vn. *Környw'l állom.*] ut, Amores nurum circunstipant. Claud. 2. Panegy.

Circũnsto, stas, circunsteti, circunstitum, Circundo. [περιΐστημι. Gall. *Estre entour, se tenir debout à l'entour, environner.* Ital. *Stare intorno, circondare.* Germ. Vmbstehen. Belg. Rontom stam. Hisp. *Estar en derredor, cercar y rodear.* Po. *Wokrąg stoię.* Vn. *Környw'l állok.* An. *To stand about.*] Cic. ad Attic. li. 1: Vt me circunsteterint, ut aperte jugula pro meo capite P. Clodio ostentarint. Idem in Catil. Fortissimi cives, qui circunstant senatum. Ovid. 3. Metam. Ad circunstantes veritus sua brachia sylvas.

Circũnstāntĭa, æ, f. p. Actus ipse circunstandi. [Gal. *Circonstance.* Ital. *Circonstancia.* Ger. Das vmbstehen: vmbstand/ vmbstellung. Belg. Omstandem. Hisp. *Aquel estar assi.* Pol. *Okolicznosci.* Vng. *Környw'l állás.* Ang. *Circumstance, or standing about.*] Gell. lib. 5. cap. 7: De loci importunitate, & loci circunstantia. ¶ Circunstantiæ item, περιστάσεις, quæ in unaquaque controversia quæri solent, & quasi quæstionem circunstant. Ex circunstantia ducere argumentum. Quintil. lib. 5. cap. 10.

Circũnstātĭo, onis, verbale. [περίστασις. Pol. *Okolicznosci.* Vn. *Környw'l állás.* Ang. *Standing about.*] Gell. lib. 7. cap. 4: Ea circunstatio militum Corona appellata sit.

Circũnstrĕpo, pis, n. t. In circuitu strepitum facio. [περιβρέμω. Gall. *Faire bruit à l'entour.* Ital. *Far strepito intorno.* Germ. *Herumb rauschen.* Hisp. *Hazer estruendo en derredor.* Pol. *Wkoło szyelk czynię.* Vng. *Környw'l zörgök.* Ang. *To make a noize round about.*] Tacitus: Tum certatim cæteri circunstrepunt.

Circũnstrĕpĭtŭs, [περιεκτυπούμενος. Pol. *Wkoło trząsł.* Vng. *Környw'l zörgettetik.*] Apuleius in Apolog. Ianua calcibus propulsata, fenestræ canticis circunstrepitæ.

Circũnstrŭo, struis. [περιοικοδομῶ. Gall. *Edifier à l'entour.* Ital. *Edificare intorno.* Germ. Ringsweis vmbbauen. Hisp. *Componer ò edificar en derredor.* Pol. *Wokrąg buduię.* Vn. *Környw'l rakom, épitem.* Ang. *To build round about.*] Plin. lib. 11. cap. 6: His deindefores quoque latiores circunstruunt. Idem lib. 19. cap. 1: Ripisque undique circunstructis lapide.

Circũnsŭdo, das. [περιιδρώω. Gall. *Suer de toutes parts.* Ital. *Sudare da ogni parte.* Germ. An allen Orten schwitzen. Hisp. *Sudar de todas partes.* Pol. *Ze wszad się poce.* Vn. *Körülkörnyw'l izzadok.* An. *To sweat on all parts.*] Plin. lib. 14. cap. 1: Stipatæ vinaceis circunsudantibus.

Circũnsŭo, suis, act. t. [περιῆσω. Gall. *Coudre à l'entour.* Ital. *Cucire da ogni banda.* Germ. Vmbnähen. Hisp. *Coser en derredor.* Pol. *Obszywam.* Vng. *Környw'l varrom.*] Plinius lib. 34. cap. 16: Vitilibusque navigiis circunsutis corio advehi.

Circũntĕgo, gis, Circuncirca operio. [περικαλύπτω. Gall. *Couurir tout à l'entour.* Ital. *Coprire intorno.* Germ. Allenthalben bedecken. Hisp. *Cubrir en derredor.* Pol. *Wszędzie nakrywam.* Vng. *Környw'l fedem.* Ang. *To cover about.*] Plautus Mil. Meus herus elephanti corio circumtectus, non suo est. Cœlum circuntegit omnia. Lucr. lib. 1.

Circũntexo, xis, [περιυφαίνω, περικαλυπτοφαίνω. Gal. *Tisser à l'entour.* Ital. *Tessere intorno.* Ger. Vmbwäben. Hisp. *Tener en derredor.* Po. *Obtkam.* Vn. *Környw'l szövöm.* An. *To weave about.*] Virg. lib. 1. Aeneid. Et circuntextum croceo velamen acantho.

Circũntextum, ti, Amictus genus, quod purpuram circum habeat. Festus.

Circũntondĕo, des. [περιοκείρω. Gallic. *Tondre ou tonser à l'entour.* Ital. *Tondere tutto, da ogni banda.* German. Ganz vnd gar beschören. Hispan. *Tresquilar en derredor.* Polon. *Wszędzie ogalam.* Vng. *Környul nyírom, beretválom.* Ang. *To shear or poll round about.*] Suetonius in Augusto cap. 75: Stephanionem togatarium, cui in puerilem habitum circuntonsam matronam ministrasse compererat, per trina theatra virgis cæsum relegaverit.

Circũntŏno, nas, [περιβρέμω. Gall. *Tonner & faire bruit à l'entour.* Ital. *Tuonare, far gran romore di intorno.* Germ. Herumb thönen/ vast thönen. Hispan. *Tronar en derredor.* Pol. *Około grymię.* Vng. *Környul dörgök.* An. *To thun der and sound about.*] Horat. 2. Serm. Satyr. 3: quem cepit vitrea fama, Hunc circuntonuit

tonuit gaudens Bellona cruentis. Sil. lib. 6: Iamque ubi feralem strepitu circumtonat aulam Cornea gramineum persultans ungula campum.

Circūtrēmo, mis. [περιτρέμω ἔχω, περιτρόμοιν. Gall. Trembler de tous costez. Ital. Tremare intorno. Ger. Umb vnd vmb zittern. Hisp. Temer ò tembler en derredor. Pol. Ze wszad drże. Vng. Mindenfelől remekelek. Ang. To tremble in all partes.] Lucret. lib. 1: Atque ideo totum circumtremere æthera signis.

Circumvādo, pen. prod. Invado, undique invado. [περιπαίω. Gall. Environner, assaillir de toutes parts, surprendre. Ital. Assalire d'ogni intorno. Germ. Ringsweis ansallen. Belg. Omgaen. Hisp. Asaltear en derredor. Pol. Wokrag obiegnąć. Vng. Környülfogom. An. To compasse and set vpon on all partes.] Liv. 2. bel. Maced. Repente anceps terror hinc muros ascendentibus Romanis, illinc arce capta, Barbaros circumvasit.

Circūmvāgus, gi, m. f. [περιπλανώμενος. Pol. Okolicui. Vng. Környülfogó. Ang. Which wandreth or goeth round about.] ut, Oceanus circumvagus. Horat. Epod. 16: - æthereæ moles circumvaga flammæ. Autor carminis ad Pisonem. Periphrasis est Solis.

Circūmvāllāre, Vallo munire, obsidere, circumvenire. [περιτειχίζειν, περιτειχίζειν. Gal. Environner de rempars, munir & rempare. Ital. Fortificare d'ogni intorno di baiti oni ò palificata. Germ. Umzwuns vmbschanzen/ verbollwerken. Hispan. Cercar fortalecer de palizada ò baluarte. Pol. Obiegam wał em. Vng. Környülárkolom, környülvésdem. Ang. To compasse and fortifie about with bollwerke or rempart.] Cæsar 7. bell. Gall. Oppidum oppugnare instituit, idque biduo circumvallavit. Cicer. ad Attic. libr. 9: Quum mihi epistola affertur à Lepta, circumvallatum esse Pompeium. Terent. Adelph. Tot res repentè circumvallant, unde emergi non potest.

Circūmvēho, is, ere, act. 1. Circumporto, circūduco. [περιφέρω. Gall. Porter çà & là, transporter à l'entour. Ital. Menare intorno. Ger. Herumbführen. Bel. Omvoeren. Hisp. Traer en derredor. Pol. Obwozić. Vn. Környülvonszom vészben, hordozom. Ang. To carie or conuaigh about.] Liv. 3. ab Vrbe: Dictator quantum undique prospici poterat, equo circumvectus, contemplatusq; quantus castrorum, quæque forma esset.

Circūmvēctio, onis, verbale, [περιφορά. Gall. Portage ou transport à l'entour. Ital. Atto portare ò passare intorno. Germ. Herumbsitzung. Hisp. Obra de traher en derredor. Pol. Obwiezenie. Vn. Környülhordozás, környülvitel. An. Carying or conueighing about.] Cic. ad Attic. lib. 2: Illud tamen quod scribit, animadvertas velim de portorio circumvectionis.

Circūmvēcto, as, frequentativum, περιφέρομαι, πολλάκις κυκλῶ φέρομαι. Virgil. 3. Georg. Singula dum capti circumvectamur amore.

Circūmvēnio, Circundo. [הקיף hikkíph, κυκλόω. Gal. Environner, rouler. Ita. Circundare. Ger. Umbgeben. Bel. Omvangen/ omringen. Hisp. Cercar en derredor. Pol. Okrążam. Vng. Környülvészem. An. To come about, to compasse.] Liv. lib. 1: Vt & hostibus circumveniri se à tergo tatis terror ac fuga injiceretur. Salustius: Petere consulatum C. Antonium, quem sibi collegam sperabat, hominem nobilem, familiarem, & omnibus necessitudinibus circumventum. ¶ Aliquando ponitur pro decipio & fallo: [טתה pitah רמה rimmah, παραστήσω, πλανῶ. Gall. Circonvenir, surprendre, tromper. Ital. Frodare, ingannare. Ger. Einen hindergehn/betriegen. Bel. Achtergaen / bedriegen. Hisp. Saltear ò tomar de salto, engañar. Pol. Ossukować, zdradzić. Vng. Megtsalom. An. To deceiue, to beguile.] tractum à venationibus, qui feras laqueis retibus, & canibus circumvenire solent. Cic. li. 2. Offic. Suum quisque teneat, & neque tenuiores propter humilitatem circumveniantur, nec locupletibus ad sua vel tenenda, vel recuperanda obsit invidia. ¶ Aliquando pro opprimo. Salust. Cuique optimo literas mittit se falsis criminibus circumventum. Sic Liv. lib. 1: Fœnore circumventam plebem dixit.

Circūmvēntio, ônis, deceptio, circunscriptio. [Pol. Ossukanie. Vn. Tsalárdság, tsalás.] D. de Minorib. l. 17. In integrum vetò restitutio errori proprii veniæ petitionem, vel adversari circumventionis allegationem continet.

Circūmvēntor, tis, qui alterum circumvenit, & decipit. [Pol. Ossuka. Vng. Tsalárd, tsalás.] Lampridius in Alex. Severo: Habuit amicos non crudeles, non circumventores sui, non traditores.

Circūmvērto, Circumvolvo. [סבב hesób. περιστρέφω. Gall. Retourner à l'entour. Ital. Voltarsi de intorno. Ger. Vmbtreyen/ vmbwenden. Hisp. Boluer en derredor. Pol. Wkoło obracam. Vng. Környülfordítom. An. To turne round about.] Plautus Persa: Iam à foro argentarii abeunt, in cursu rotula circumvertitur. ¶ Circumvertere aliquem argento. Plaut. Pseud. Aut de pacto faciam consultis dolis, Qui me argento circumvertant. Id est, dolis auferant à me argentum.

Circūmvērso. [περιστρέφομαι. Gall. Aller tout autour, tourner, à l'entour. Ital. Andare, practicare per tutto. Germ. Hinumb gehen. Hisp. Andar ò conuersar en derredor. Pol. Obiegam. Vng. Környülforgatom. Ang. To go or turne round about.] Luc. lib. 6: Nunc hinc, nunc illinc fremitus per nubila mittunt, Quærentes viam, circumversantur, & ignis Semina convolvunt è nubibus.

Circūmvestīre, Vndequaque vestire. [περιπέννυμι, περιβάλλω. Gall. Vestir & couurir à l'entour, cacher de tous costez. Ital. Vestire d'intorno. Ger. Vmb vnd vmb bettzeiden. Hisp. Vestir en derredor. Pol. Przyodziewam. Vng. Környülruházom, fölöltözöttem. Ang. To cloath or couer round about.] Plin. lib. 17. cap. 23: Vernacula putatio dejectis per ramos vitium crinibus, circumvestit arborem. Cic. 3. de Orat. Quandoquidem iste circumvestit dictis, sepit sedulò.

Circūmvincio, cis, [περιδέω. Gall. Lier tout autour. Ital. Ligare d'intorno, da ogni banda. Ger. Vmbbinden. Hisp. Atar en derredor. Pol. Obwiązuie. Vng. Környülkötöm. Ang. To bind and make fast round about.] Plaut. Rud. Quasi myrteta juncis, ita ego vos virgis circumvinciam.

Circūmvīso, circumvisis, frequentativum à circumvideo. [περιπαίω. Pol. Wkoło obeirzenie. Vng. Körülkörnyülláttatom.]

Circūmvōlo, las, n. p. [περιπέτομαι. Gal. Voler à l'entour. Ital. Volare intorno. Ger. Herumb fliegen. Bel. Omvliegen. Hisp. Volar en derredor. Pol. Oblatuie. Vng. Környülrepülök. Ang. To flee round about.] Sil. li. 17: - jaculo circumvolat alite campum. Horat. 2. Serm. Satyr 1: - Mors atris circumvolat alis.

Circūmvōlātus, participium passivum, à Circumvolor. [περιπεπόμενος. Pol. Obiezenie. Vng. Környülrepültetek.] Plin. lib. 10. cap. 32: Halcyonem videre rarissimum est, nec nisi Vergiliarum occasu, & circa solstitia brumámve, nave aliquando circumvolata, statim in latebras abeuntem.

Circūmvōlito, frequentativum: iterum atque iterum circumvolo. [ἐκυκλῶ πετόμενος, εἰς κύκλῳ πολλάκις ἐπέτομαι. Gall. Voleter, ou voltiger à l'entour. Ita. Volare spesso per quà & per là. Germ. Hinumb vnd wider herumb fliegen. Hisp. Volar muchas vezes en derredor. Pol. Latem y sam latam. Vng. Környülrepdesek. Ang. To flee often round about.] Hujus proprius usus est apud Virg. lib. 1. Georg. Aut arguta lacus circūvolitavit arundo. ¶ Columella per translationē pro Crebrò viso, seu pro Celeriter circundo, usus est: An honestius dixerim mercenarii salutatoris mēdacissimum aucupium, circumvolitatis limina potentiorum.

Circūmvolvēre, act. 1. [περιστρέφω. Gall. Entortiller autour, se tourner autour. Ital. Volgere intorno. Ger. Herumb wetzen. Hispan. Boluer en derredor. Pol. Obwie, obtoczy. Vng. Környülhaytom, környülforgatom. Ang. To wrappe, or to roll round about.] Plin. lib. 10. cap. 16. Serpentes coëunt complexu, adeò circumvolutæ sibi, ut existimari biceps possit. Virg. Interea magnum sol circumvolvitur annū, Et glacialis hyems Aquilonibus asperat undas.

Circūs, ci, m. f. gen. Circulus. [חוג chugh, κύκλος. Gall. Cercle, rondeau, entour, circuit. Ital. Cerchio, circolo. German. Ein Vmbkreis/ein Circk. Belg. Een ront yerck/een circkel. Hispan. Cerco, circolo dorco, ò rodilla di cabeça. Pol. Krąg. Vng. Kerekgö, kerek kör. Ang. A circle, all round going about like a circle.] Omnis rei gyrum ambitus: à circumēundo, secundum Servium. Mathematici definiunt eum, figuram planam, una tantum linea contentam, in cujus medio punctus sit, à quo omnes lineæ ad circumferentiam ductæ, inter se sint æquales. Et differt Circus à Globo, quòd circus est planities rotunda, ut circulus: globus soliditas undique rotunda, ut est sphæra, & stamineum glomera. ¶ Circus, κίρκος, Athen. lib. 13. etiam dicitur locus in quo populus ludos spectans considebat. Virgil. lib. 5. - mediaque in valle theatri Circus erat. Cic. 3. Phil. Nescis heri quantum in circo diem ludorum Romanorum fuisse? Fuerunt autem tres Circi Romæ: Circus maximus inter Palatium & Aventinum. Circus Flaminius, qui & Apollinaris: & Circus Neronis in Vaticano. ¶ Candens Circus, κύκλος γαλαξίας: id est, orbis lacteus. Cic. in Arato: Vidisti magnum candentem serpere circum, Lacteus hic nimio fulgens candore notatur. Idem in somnio Scipionis: Erat autem is splendidissimo candore inter flammas Circus elucens, quem vos (ut à Græcis accepistis) orbem lacteum nuncupatis. ¶ Circus, Aristoteli κίρκος & ἱερὸς κίρκος Homero, est etiam Accipitris genus, omnium avium velocissimus, columbisque infestus, teste Homero. Plinius lib. 10. cap. 8: Accipitrum genera XVI. invenimus) fortasse error hic est, legendumque ex Aristotele lib. 9. hist. anim. cap. 36. Decem) Ex iis Circon claudum altero pede. (At hoc Arist. lib. 9. Hist. cap. 15. de Aegitho) prosperrimi augurii nuptialibus negociis, & pecuariæ rei. Vide CIRCOS.

Circulus, m. f. diminutivum à Circus. [חוגל chugh, κύκλος. Gall. Cercle, entour. Ita. Circolo, cerchio. Ger. Ein Circkel. Bel. Eenen ronde/ oft ront yerck. Hisp. Circulo ò rodeo ò rodilla, de cabeza. Pol. Cirkiel, okrągłość. Vn. Kerekgö, kerekség. An. A circle.] Figura est annularis. Cic. 2. de Nat. deor. Quumq; duæ formæ præstantes sint, ex solidis

ex solidis globus (sic enim sphæram interpretari placet) ex planis autem circulus aut orbis, qui κύκλος Græcè dicitur, &c. A' mathematicis definitur esse figura plana, una tantùm linea contenta, in cujus medio punctus est, à quo omnes lineæ ad circumferentiam ductæ, sunt æquales. ¶ Hæc omnium planarum figuratum est perfectissima: unde Circularem scientiam dicimus, pro absoluta omnium scientiarum cognitione, quā Græci ἐγκυκλοπαιδείαν vocant. ¶ Circulus per translationem, pro cœtu hominum in orbem collectorum sumitur. [קָהָל kahal עֵדָה hedhah. Gall. *Compagnie d'hommes faisant vn cercle pour raisonner.* Ital. *Compagnia in luogo publico per ragionare.* Germ. Ein Versamlung der leuten in ringo weis. Hisp. *El cerrillo d'hombres.*] Tacit. lib. 3: Nec ignoro in conviviis & circulis incusari ista, & modum posci. Liv. lib. 4. Decad. 5: In omnibus circulis atque etiam (si diis placet) in conviviis sunt, qui exercitus in Macedoniam ducant.

Circulus, quinque circulis hæc nomina assignant, summum frigidissimæ partis finem, septentrionalem appellant: secundum ab eo, solstitialem: ab hoc deinde, qui medium polum dividit, æquinoctialem, quòd in eo Sol diei & noctis horas æquet: ab hoc deinde, qui est æquinoctiali proximus, brumalem: nam & solstitialis est ordinatus, septentrionali deinde secontrarium australem appellant: circulus autem zodiacus, cujus fines sol negatur excedere, ex circulo solstitiali ad brumalem per diagonium ostenditur, ita ut ex utraque parte meridianum circulum medium secet: per hunc Sol ire fertur, & orbem terrarum viginti & quatuor horis circumire. Ex Hygeno de limitibus constituendis.

Circus Soli principaliter consecratus est à paganis: cui ædes medio spatio, & effigies de fastigio ædis emicat, quod nonnulli putaverunt sub tecto consecrandum: quem in aperto habent. Est autem circus omne illud spatium, quod circuire equi solent: hunc Romani dictum putant à circuitu equorum, eò quòd ibi circum metas equi currant: Græci verò à Circe filia Solis, quæ patri suo genus hoc certaminis instituit. Ornamenta Circi, ova, meta, obeliscus, carcer. Ova honori Castoris & Pollucis scribunt, qui illos ovo editos credendo, de cygno & Iove non erubescunt. Metarum appellatione propriè terminum ac finem mundi designare volunt, ab eo quod aliquis omensus finis est, sive ad testimonium orientis occidentisque Solis. Obeliscum Mesferes rex Aegypti primus fecisse fertur tali ex causa. Quum quodam tempore Nilus violenta inundatione Aegyptum vastasset, indignatus rex, tanquam pœnas à flumine exigeret, sagittam in undas misit: non multò post gravi valetudine correptus, lumen amisit: qui post cæcitatem visu recepto, duos obeliscos Soli consecravit: obeliscus enim sagitta dicitur, qui ideo medio circo ponitur: quia per medium mundum sol currit: medio autē spatio ab utraque meta constitutus obeliscus, fastigium summitatemque cœli significat, quum Sol ab utroque spatio medio horarum discrimine transcendit: summo obelisco superpositum est quiddam auratum, in modum flammæ formatum: quoniam sol plurimum caloris atque igris habet. In circo, unde emittuntur equi, carceres dicuntur, à carcere, qui est in civitate: quòd, ut ibi homines damnati, atque inclusi, ita hic equi coërcentur, ne exeant antè, quàm signum emittant. Ars Circi, auriga, & currus, equites vel pedites, aurigæ autem duobus coloribus sunt, prasinus & venetus: prasinus terræ, venetus cœlo & mari dedicatus est à paganis. Erichthonius autem, qui regnavit Athenis primus quatuor equos junxisse fertur, sicut Virgilius autor est, dicens:

Primus Erichthonius currus, & quatuor ausus
Iungere equos, rapidisque rotis insistere victor.

Currus autem à cursu dictus: vel quia rotas habere videtur: unde & carrum, quasi currum: quadrigatum verò currus duplici temone olim erant, perpetuoque, & qui omnibus equis injiceretur, jugo primus Cinstenes Sicyonius tantùm medios jugavit, eosque singulos ex utraque parte simplici vinculo applicavit. Quadrigæ, bigæ, trigæ, sejugæ, à numero equorum & jugo dictæ: ex quibus quadrigas Soli, bigas Lunæ, trigas Inferis, sejugas Iovi, desultores Lucifero & Hespero sacraverunt. Quadrigas ideo Soli jungunt: quia per quatuor tempora annus vertitur, ver, æstatem, autumnum, & hyemem: bigas Lunæ: quoniam gemino cursu cum Sole contendit, sive quia & nocte videtur, & die: jungunt enim unum equum nigrum, alterum candidum. Trigas diis inferis: quia hi per tres ætates homines ad se rapiunt: id est, per infantiam, juventutem, senectutem: Sejugæ, maximus currus, Iovi: propterea quòd maximum deorum suorum eum esse credunt. Septem spatia quadrigæ currunt, referentes hoc ad cursum septem stellarum, quibus mundum regi dicunt: sive ad cursum septem dierum præsentium, quibus peractis vitæ terminus consummatur. Porrò equites singulares ideo currere dicunt: quia singulariter unusquisque curium vitæ hujus peragit, atque transit, alius alio tempore sequens alium, per unam tamen viam mortalitatis usque ad propriam metam mortis. Desultores nominant, quòd olim, prout quisque ad finem cursus venerat, desiliebat, & currebat, sive de equo in equum iterum transiliebat. Pedites autem ajunt propterea pede currere: quia pedibus curritur mortalitatis: ob hoc à superiore parte cursunt ad inferiora: id est, ab Oriente ad Occidentem: quia mortales oriuntur, & occidunt. Nudi currunt: quia & homini in seculo nullæ reliquiæ sunt. Recto spatio currunt: quia inter vitam & mortem nihil distat.

Circa causas quoque elementorum iidem Gentiles etiam colores equorum junxerunt, roseos Soli: id est, igni: albos aëri: prasinos terræ: venetos mari assimilantes. Item roseos æstati, currere voluerunt, quòd ignei coloris sint, & cuncta tunc flavescant: albos hyemi, quòd sit glacialis & frigoribus universa canescant: veri prasinos viridi colore: quia tunc pampinus densatur. Item roseos currere Marti sacraverunt, à quo Romani exoriuntur, & quia vexilla Romanorum eo coloe decorantur, sive quòd Mars gaudeat sanguine: albos zephyris, & serenis tempestatibus, prasinos floris & terræ, venetos aquis vel aëri, qui cæruleo sunt colore: luteos: id est, oceos, igni & Soli: purpureos Iri sacrificaverunt, quem arcum dicimus, quòd is plurimos colores habeat. Isidorus de etymologiis.

Circĭ ăris, re, adjectivum. [Gall. *Chose de cercle.* Ital. *Circolare.* Ger. Das zu dem Circo gehört. Hisp. *Cosa de cerco, de cerrillo.* Pol. Okolicznościowy, okrągły. Vn. *Kerbugdi, kerek.* An. *Round, or belonging to a circle.*] Quod ad circulum pertinet. κυκλικός, ἐστι, Figura circularis. ¶ Circulares item magistratus dicuntur, qui in orbem desituntur, quæ & κυκλικὰς πράξεις à Demosthene appellantur.

Circŭlātŏr, m. t. Qui hominum cœtu circundatus, fabulis ea aut præstigiis oblectat, quive in foro, hominúmve corona sese ostentare solet, quem & circumforaneū dicimus. [ἀγύρτης, ἀπατεών. Gall. *Basteleur, qui amasse le peuple à l'entour de soi, comme vn vendeur de triacle.* Ital. *Il canta in banco, ciarlatano.* Ger. Ein vmbschweifiger / Landstreicher / oder der vnder den leuten Mährsagt / oder Abentheuer treibt. Belg. Een Gauckelaer. Hisp. *El que ponta al pueblo para que vea lo que hace, charlatano.* Pol. Widzowisko, bisarz. Vn. *Kurtzolo, tselisapo vrigar, tselisko.* Ang. *A teller that gatherethe the people about him.*] Cic. lib. 5. Epist. Circulator auctionum nostrissimus. Apul. lib. 1. de Asino: Circulatorem aspexi equestrem, spatham præacutam mucrone infixa devorasse. Paul. Iureconl. ff. de Extraord. crim. In circulatores qui serpentes circunferunt, & proponunt, si cui ob eorum metum damnum datum est, pro modo admissi actio dabitur. Dictus Circulator à circulo: hoc est, hominum corona.

Circulātrix, icis, f. t. Fœmininum à circulator. Quæ in foro hominumque frequentia versatur, ineptiis & præstigiis spectatores oblectans. [ἀγύρτις. Gall. *Basteleuse, femme qui va de ville & d'autre comme vn basteleur.* Ital. *Donna che va ballando à vendere per guadagno.* Germ. Ein Abentheurerin, die sich vnderstaht singen / tanzen oder Märte vnd Fabeln zu sagen. Hisp. *La que enlaza cerrillos.* Pol. Szathierka, *plaudica.* Vng. *Tselisapo vrigar, tselisko.* Ang. *She that inuiseth the people about her.*] Mart. lib. 10. Linguā circulatricem dixit pro petulanti & maledica. Vernaculorum (inquit) dicta, sordidum dentem, Et fœda linguæ probra circulatrix. Poëta quidam clancularius spargit.

Circŭlārĭus, a, um, Quod ad circulatorem spectat. [ἀγυρτικός. Gall. *De basteleur.* Ital. *Cosa pertinente à buffone, à ciarlatano.* Germ. Das zu einem solchen Abentheurer gehört. Hisp. *Cosa para los cerrillos y charlatan.* Pol. *Matacz, omy.* Vn. *Tselisapo kerugdi, vrigar.* An. *Belonging to a teller.*] Vnde Quintilianus præcipit nobis parandam vim orandi, non circulatoriam voluptatem spectandam: hoc est, garrulam illam circulatorum fellicitatem non esse aucupandam. Idem Quintil. lib. 2. cap. 4: Extemporalis garrulitas, nec expectata cogitatio, ex vix surgendi mora, circulatoriæ verè jactationis est.

Circŭlātim, Significat per circulos. [κυκλόθεν. Gall. *Tout autour.* Ital. *Circondamente.* Germ. Von ring zu ring. Hisp. *De cerrillo en cerrillo.* Pol. Wkrąg, wkoło. Vng. *Kerbugue, kerbugbeli.* Ang. *Round about, by circles.*] Suet. In summo publico luctu externarum gentium multitudo circulatim suo quæque more lamentata est.

Circŭlo, as, are, act. p. pro circundare legitur. [περιβάλλω. Gall. *Environner.* Ital. *Circolare, circondare.* Ger. Vmbgehen oder mit einem Circel treff. Belg. Omvangen / omgaen. Hisp. *Cercar, hazer cerco.* Pol. Okrążyć, Okrążam. Vng. *Környekezém, környekezém.* Ang. *To compasse, to environne.*] Colum. lib. 12: Iaque debebit antè circulari fossula, quæ replearur lapidibus & calce. Cic. de Clar. Orat. posuit pro In circulum caput circumferre: Videt (inquit) oscitantem judicem, colloquentem cum alterō, nonnunquam etiam circulantem.

Cirrus, [κῶμος. Gall. *Nouette.* Ital. *Lodola.* Ger. Ein Lerch. Hisp. *Cogujada.*

Cogujada. Pol. *Skowronek.* Vngar. *Pacsirta.* Ang. *A lark.*] Est avis, quam alio nomine Alaudam dicimus. Hanc poëtæ fabulantur fuisse Scyllam Nisi regis filiam, quæ quum patrem fatali crine spoliatum Minoi prodidisset, mutata est in avem Cirim. Nominis hujus etymon Ovidius deducit à Græco verbo κείρω, quod est tondeo: alludens nimirum ad fabulam, qua Scylla purpureum Nisi patris crinem fertur totondisse. Sic enim ait lib. 7. Metamorph.

-plumis in avem mutata vocatur
Ciris, & à tonso est hoc nomen adepta capillo.

Cirnĕi, æ. Vas vinarium minum κεραία misceo significat. [Ger. *Ein Horn.* Pol. *Winna koffa.* Vng. *Boros edeny.* Ang. *A vessel for wine.*] Plaut. in Amphyt. Inde implevi cirneam.

Cirri, à quibusdam appellantur capilli contorti, ac perinde crispan, quales picus Martius, & alauda, & grues in capitibus gerunt [קוצות *kevutsoth.* βόστρυχοι, κατακλάσματα. Gal. *Vne rouffe de cheueux retors les vns contre les autres.* Ital. *Capelli crespi.* German. *Haarzöpff.* Hispan. *La guadeja delos cabellos.* Polon. *Kedzyori.* Vngar. *A markoz, Czöbek.* Vng. *Bofour, meg fodoritot háy.* Ang. *Buckles offrized heare.*] Ostreorum etiam capillamenta dicuntur Cirri. Martial. libro 7: Est ostreorum rapere lividos cirros. ¶ Alii cirros capillos capitis attonsos putant, à κείρω attondeo, incido. Cato de liberis educandis: Itaque Ambraciæ primùm puerilem dentem, item cirros ad Apollinem ponere solent.

Cirrātus id est, capillatus. [βοστρυχοφόρος. Gal. *Qui a les cheueux retors & par rouffeaux.* Ital. *Chi ha ricci i capelli.* German. *Der vnder lopt Haar oder krische Zöpff hat.* Hispan. *Qui tiene crespos los cabellos.* Polon. *Skrzyczony, kedzyerzawy.* Vng. *Bofour halo.* Ang. *That hath curled and frizled heare.*] Persius: Fen' cirratorũ centum distata fuisse Pro nihilo pendas? ¶ Inde Cirratos vocant pueros, qui comam nutriunt, quam Veneri consecrent dentiam.

Cirsi, νοσήματα, ab Hippocrate vocantur varices: hoc est, tumores pedum, & nonnunquam circa imam partem ventris, atque adeò circa ipsos testes. Aristoteles κιρσὸς vocat. Tu vide lexicon Hortæi.

Cis. [κὶς. Pol. *Robak, wszemnicy.* Vng. *Bucsa, ferreg, moly.*] Vermiculus in milico præcipuè & hordeo nascens, feminaq; illa cuspide sua exiguis foraminibus penetrans: à cujus similitudine etiam pumex lapis κισηρὶς Græcis appellatur, quòd fistulosus sit, & multis foraminibus pertusus.

Cis, & Citra. [עבר *biber. citra, ini mid, ini πέρας.* Gal. *De ça.* Ital. *Di qua.* German. *Hiedissend.* Hisp. *Aquende.* Polon. *Zonadtwey.* Vngar. *Innen.* Angl. *On this part or side.*] differunt, quòd Cis magis propriis nominibus fluminum vel montium præponi solet reliquis magis Citra: ut, Cis Rhenum, Cis Padum, Cis Alpes, ini μὰ τὰ ἄκρα. Citra forum, citra templũ: hoc est, ab hac parte templi, aut fori. ¶ Harum duarum præpositionum significationi opponitur Vltra, quod significat Trans, vel ab alia parte: ut, Vltra Apenninum, Vltra Padum. Hæ autem particulæ Citra, Intra, Vltra, ut docet Gellius, apud veteres singulis syllabis appellabantur Cis & Vls. Dicebaturque Cis Tyberim, & Vls Tyberim: mox dici cœptum est, Citra Tyberim, & Vltra Tyberim, & Intra Calẽdas, Citra Calendas. ¶ Cis etiam per compositionem nominibus montium, vel fluviorum conjungitur, Cisalpinus, Cispadanus. Et quanvis habeat vim localem, per translationem tamen, & in tempore, & in aliis rebus ut possimus: ut, Cis definitum tempus venisti, Vltra tempus à nobis datũ venisti. Cis naturæ leges: hoc est, minus quàm patiantur naturæ leges. ¶ Citra etiam quandoq; pro Sine, χωρὶς, ponitur. Columella: In agricultura voluntas facultatesq; citra scientiam sæpè magnam dominis afferunt jacturam. Suet. in Cæs. Alii citra Senatus, populique autoritatem id est, sine autoritate. Quinct. lib. 1: Tum neque citra Musicen, Grammatice potest esse perfecta. Plin. lib. 31: Citra festidium nominẽtur. ¶ Quandoq; ponitur pro Antea: ut, Citra Calẽdas id est, ante Calendas. Suet. in August. Solebat etiam cum spectaculorum dies, siquando quid insuetum, dignumque cognitu, erat. ¶ Fit autem Citra à Cis.

Cisĭdŭm, à Citra, vel à Citer, vocabulo obsoleto. [ἐσχατιὰ. Gal. *Qui est plus proche de nous.* Ital. *Più vicino, vltimo.* Ger. *Der hetzsten.* Hispan. *Cosa de mas aquende.* Polon. *Dalszy, oddalony.* Vngar. *Inneg.* Anglice, *That is nigher.*] Cicer. ad Attic. libro 12: Hirtius ad me scripsit, Sextum Pompeium Corduba exisse, & fugisse in Hispaniam citeriorem. Aetas citerior. Valer. lib. 8. titul. de studio & industria. Citerioris ætatis metas, sed non parvi tamen spatii Chrysippi vivacitas flexit. Hoc est, ad iniquiorem nostræque propiorem ætatem pervenit. Quæ cuncta nobis proxima sunt, citima appellantur. Cicer. de Vniv. Hoc autem citimam è mediana linea direxit ad lævam, sed principatum dedit superiori. Idem in Somn. Scip. Ex quibus erat ea minima, quæ ultima cœlo, citima terris, luce lucebat aliena.

Cĭsĭmŭs, pen. corr. superlativum a Cis, vel Citra, vel potiùs ab antiquo nomine Citer, Proximus. Vnde Citima vocantur, quæ in cœlo infima sunt, & nobis proxima. [ἐσχατιὰ. Gal. *Troisiesme, le nous.* Ital. *Molto di più di qua, più propinquo à noi.* German. *Der zu dem allernechsten hiedissend bey vns ist.* Hisp. *Cosa de mayor mas aquende.* Pol. *Nabliższy nas.* Vng. *Leg innetsebb, legkozelebb valo.* Ang. *Nighest.*] Cicero in Somn. Ex quibus erat ea minima, quæ ultima cœlo, citima terris luce lucebat aliena.

Cĭsĭbĭlĭtes, genus vini est, in Galacia nascens, quod saporem mulsi præbet.

Cĭsĭum, n. f. Genus vehiculi, duas habens rotas: [צב *tsab.* δίφρος. Gal. *Vn certain chariot à deux roues à porter gens.* Ital. *Vn carro che ha due rote.* Germ. *Ein Karch mit zweyen Rederen.* Hispan. *Vn genero de carro à andar.* Polonice, *Kara, kolassa odwo kolach.* Vngar. *Taliga.* Angl. *A certane cart or wagon with two wheales.*] à quo Cisiarii, qui cisium regunt. Cicer. Delituit in quadam cauponula, atque se ibi occultans, perpotavit ad vesperum: inde cisio celeriter ad urbem vectus, domum venit capite involuto.

Cĭsĭārĭŭs, m. f. Cisii moderator sive auriga. [ὁ ἐπὶ τοῦ δίφρου ἡνιοχεύων. Gal. *Charrier & menneur de chariot à deux roues.* Ital. *Carraniero.* Germ. *Ein Karrer.* Hispan. *Carratero, el que rige aquellas andas à carro.* Polon. *Kolessnik.* Vng. *Taligás, kocsi.* Ang. *A carter that guideth a cart with two wheales.*] Paul. Iurec. lib. 29. Digest. Si cisiarius, dum cæteros transire contendit, cisium everterit, & servum quassavit, vel occidit, puto ex locato esse in eum actionem.

Cĭspĕllo, as, are, apud vetustissimos invenitur pro eo quod est in citeriorem partem pellere. [Germ. *Hiedisend vertreiben.* Pol. *Przyszedpezam.* Vng. *Innen haytom, innen wiszem.*] Plaut. in Amph. Inde optimè cispellam virum.

Cĭssanthĕmŏs, penult. corr. κισσανθεμος. Altera cyclaminii species est, quam vulgus hodie (teste Ruellio) *Diva Maria sigillum* vocat.

Cĭssĭbĭum, n. f. Ligneum poculum ex hedera, quod Græci κισσύβιον & κισσίβιον vocant. [Pol. *Kusz, bliuszczy.* Vng. *Borostyán fabol isznak poharat.*] Meminerunt Theocritus & Homerus. Pollux ait poculum illud pastorale sic dictum, quòd hedera circundatum sit: nam κισσὸς hederam significat.

Cĭssĭtēs, κισσίτης, Gemma est ad similitudinem folii hederæ candicans. Plin. lib. 37. cap. 11: Cissites in candido collucet, hederæ foliis, quæ totam tenent. Et apud eundem ejusdem lib. cap. 10: Cissites circa Copton nascitur candida, & videtur intùs habere partum, qui sentiatur etiam strepitu.

Cĭssŭs. [κισσὸς. Pol. *Bluszcz.* Vn. *Borostyán fa.*] Hederæ genus est, quæ sola sine adminiculo subsistit, neq; arboris aut muri, alteriúsve pedamenti eget sustentaculo, unde etiam Orthocissus à Græcis dicitur, quasi erecta hedera. Fabulantur Græci Cissum Liberi patris pulionem in hanc herbam conversum, ei nomen fecisse.

Cĭsĭŭm, f. p. Fiscinum, arca. [סל *sal* ארון *aron.* Gal. *Panier, corbeille, coffre ou balu.* Ital. *Panniero, canestro.* Germ. *Ein Korb, Zeinen oder Kist.* Hisp. *Cesta.* Pol. *Kosz, skrzynia.* Vng. *Vékaszapu.* Ang. *A chest or coffer.*] Genus vasis viminei, apud Colum. libro 11. cap. 32. Ovid. 2. Metamorph. Clauserat Actæo textà de vimine cista. ¶ Fit etiam Cista ex asseribus, in qua conduntur & pecuniæ, & alia usui nostro necessaria. Cicer. in Verr. Quaternos H S, quos mihi Senatus decrevit, & ex ærario dedit, ego habebo, & in cistam transferam ex fisco. Iuven. Nanque vetus Græcos servabat cista libellos.

Cĭstĭcŭlă, f. *cicis.* Gal. *Petit panier, petit coffre ou bougette.* Ital. *Picciol panniero.* Ger. *Ein kleen Körbin oder Kistin.* Hispan. *Cestilla.* Pol. *Skrzynka koszyk.* Vng. *Vékaszka, fatsipotska.* Ang. *A little chest.*] Martial. libro 1: Parcæ cistula non capax olivæ. ¶ Hinc aliud diminutivum Cistella. Terent. in Eunuch. Cistellam Pythia domo esset cum monumentis. ¶ A quo rursus Cistellula. Plaut. in Rud. Vbinam ea fuit cistellula? Autor ad Herenn. lib. 1: Cistellam pro vase posuit, quo suffragia populi in creandis magistratibus, legibusq; ferendis colligebantur, quum ait: Saturninus legem ferre cœpit, collegæ intercedere, ille nihilominus cistellam detulit.

Cĭstĭfĕr, a, um. [κιστοφόρος. Vng. *Vékaszapu hordozó.* Ang. *Which beareth a chest.*] Qui fert cistam. Martial. Nuptisti Gellia cistifero.

Cĭstĕllātrĭx, icis. [κιστοφόρος. Vng. *Vékaszapu hordozó leány.*] Plaut. Trin. Nox datur ducitur familia tota, Cantrices, cistellatrices, nuntii, tenuntii raptores panis & peni. Videtur significare ancillam, quæ canistrum fert hederæ.

Cĭstĕrnă, Locus in quo colligitur aqua pluvia per euripos & canaliculos sub stillicidio positos ad imbres suscipiendos. [בור *bor.* δεξαμενή, τὸ ὑδρεῖον, ὑδροδόχη. Gal. *Citerne, lieu à recueillir l'eau de pluye pour la garder.* Ital. *Cisterna.* Germ. *Ein Cistern, ein ort dahin das Regenwasser zusammen lauffet.* Belg. *Een Regenback.*

Hisp. Cisterna à algibe de agua. Pol. Cisterna albo studnia do ktorey wpuszka woda y dyszy, brunna. Vng. à kút, esső víz, ólo kút. Ang. A pipe to weda y dyszy, brunna. Vng. à kút, esső víz, ólo kút. Ang. A cistern, a place to keep and gather rayne.] Vlpian. l. 1. ff. de fonte: Cisterna aquam vivam non habet. Et quidem cisternæ imbribus concipiuntur, sed per glaream immissam in spongias purificatis. Idem l. Vulgatis. §. sed & si de navi. ff. de gias purificatis. Idem l. Vulgatis. §. sed & si de navi. ff. de fuit. Et quidem si cisterna viva sit, quid dices? aut aquæ cisternæ?

Cisternālis, a, um, [ὑδρεῖος, ὑδρεῖον, ὑδρεῖον. Gall. De citerne. Ital. Di cisterna. Ger. Von den Cisternen gebohrt. Hisp. Cosa de cisterna à algibe. Pol. studzienni. Vng. à kutbeli. Ang. belonging to a cistern.] Colum. lib. 12. cap. 43: Tota deinde vasa in aqua fontana, vel cisternina ponderibus impositis mergi.

Cistis, [κίστη. Gal. Ciste. Ital. Cista. Germ. Cistus, ein fiand. Hisp. Cerasos.] quem & Cittaron vocant, sive Cissaron. Est frutex major thymo, foliis ocymi: cujus duo sunt genera, floris colore distincta. Masculus enim florem habet rosaceum, fœmina album. Vide Plin. lib. 24. cap. 10. Vulgus Rosagineum, sive Rosam cantatam appellat. Sub hoc frutice nascitur hypocistis: de qua suo loco. ¶ Est & Cisti species Leda Plinio, λήδη Dioscoridi, ex qua ladanũ λάδανον, sive λήδανον Herodoto. De quo Plinius libro 12. cap. 17.

Cistŏphŏrus, m. f. κιστοφόρος. Cistophorus, Ciceroni Asiatica pecunia, cujus pretium fuit paulxillo majus quàm denarii dimidium: ita dictus quòd in eo essent expressi cistigeri: quatuor autem denarii, ut ex Festo colligere licet, efficiunt 7. cistophoros cum semisse: ex qua summa ad calculos revocata, colligitur ejus pretium ad tres obolos cum semisse, Malaspina. n. in Ep. ad Att. aliter tradens fallitur. Hæc Adr. Iunius. Numi species, sic dicti à Canephoris Palladis Atticæ virginibus ministris, quarum imaginem habebat impressam. Cicero ad Atticum libro 11: Ego in cistophoro in Asia habeo ad sestertia bis & vicies. Hujus pecuniæ permutatione fidem nostram facilè tuebere. Idem pro Domo sua: Vt si in Asia cistophorum flagitaret.

Cistŭlĕ. Vide CISTA.

Citātis, Vide CITO, citas.

Citĕrĭa, Appellabatur effigies quædam arguta & loquax ridiculi gratia, quæ in pompa vehi Romæ solebat. Cato in M. Cæcilium: Quid ego cum illo decertem ampliùs, quem ego deniq; credo in pompa vectitatum iri ludis pro citeria, atque cum spectatoribus sermocinaturum? Festus: Citeriæ itaque convitium in homines impēdio loquaces olim jactatum est. Vnde speciem Proverbii habebunt orationes hujusmodi: Citeria loquacior: &, Per hoc mutam dicas citeriam: unus cum multis citeriis certare possit.

Citĕrĭŏr, Citerius, Vide CITRA in CIS.

Cithāra, pen. corr. f. p. Instrumentum musicum, alio nomine Lyra. [κιθάρα, ἡ κιθάρα. Gal. Vne harpe. Ital. Cetera. Germ. Ein Harpff. Belg. Een Harpe. Hisp. Harpa, instrumento. Pol. Harfa. Vng. Hegedü. Angl. An harpe.] Hanc Hieronymus scribit effici in modum Δ literæ, cum chordis viginti quatuor, & per digitos variis vocibus, tinnulisq; ictibus in diversis modis cõcitari. Plin. lib. 7. cap. 56: Citharam Amphion: ut alii, Orpheus: ut alii, Linus invenit. ¶ Citharam Virgilius pro ipsa musica & harmonia accepit. 12. Aeneid. Augurium, citharamq; dabat: celeresq; sagittas. Quint. lib. 2. cap. 8: Nam sicut cithara, ita oratio perfecta non est, nisi ab imo ad summum omnibus intenta nervis consentiant. ¶ Non omnes qui habent citharam, sunt citharœdi. Varro de Re rustic. li. 2. Quo significatum est, complurибus mortalium adesse virtutis insignia, aut etiam famam, qui tamen vera virtute vacent.

Cithărœdus, m. f. Qui cithara canit. [κιθαρῳδός. Gal. Harpeur, joueur de harpe en partie. Ital. Chi canta su la cetera, citarista. Germ. Ein Harpffenschlaher, oder welcher darzu singt. Belg. Een Harpenaer. Hispan. El que tomo la harpe. Polon. Harfista, Spiewak przy harfie. Vn. Hegedüs. Ang. An harper.] Propriè (ut Moscopulus annotavit) qui & citharam pulsat, & ore accinit. Iuven. Accipis uxorẽ, de qua citharœdus Echion, Aut Graphysus fiat pater. Cic. 5. Tusc. At vocem citharœdi non audiunt.

Cithărœdĭcus, ca, cum: [κιθαρῳδικός. Vngar. Hegedüs, hegedü vale, 7. belonging to an harpe.] ut Citharœdica ars, apud Plin. lib. 9. cap. 8. & Citharœdicus habitus. Sueton. in Nerva: Item statuas suas citharœdico habitu.

Cithăristā, com. p. κιθαριστής. Qui citharam tantùm pulsat, non etiam accinit: nam is (teste Moscopulo) propriè dicitur Citharœdus. Cic. 3. Verr. At etiam illum Aspendium citharistam, de quo sæpè audistis id, quod est Græcis hominibus in proverbio, quem omnia intùs canere dicebant, sustulit.

Cithărĭus, κιθάριος Athenæo, κιθαρῳδός Aeliano, & κιθαρίας Oppiano lib. 1. Piscis est qui Romæ Folio dicitur. Rhombo similis est, vel Galeno teste lib. 3. Aliment. Cujus dentes serrati, lingua foli ex planis soluta est: Caro insuavior: quia alga vescitur, ut salpa. Cithari præter Aristotelem meminit Plin. lib. 32. cap. 11. Peculiaris autem maris acipenser, aurata, Cyr. balanus, corvus, citharus.

Cithărĭsĭtrĭā, f. p. Quæ cithara canit. [κιθαρίστρια. Gal. Femme qui joue de la harpe. Ital. Quella che canta in su la cetera. German. Ein Harpffenschlaherin, oder welche darzu singt. Hispan. La muger que tanne la harpa. Pol. Kiera na harfie gra y przyuiey, śpiewa. Vng. Hegedüs lö, muzikai asszony. Ang. A woman that playeth on the harpe.] Terent. Phorm. Continuò quandam nactus est puellulam Citharistriam. Ibidem Terentius eandem vocat Fidicinam: Ille, qui illam amabat fidicinam. ¶ Sunt autem Citharistæ, & Citharistria, verbalia, à Græco verbo κιθαρίζω, quod est cithara cano.

Citĭmŭs, Vide Citra in CIS.

Citoros, Vide CYTORVS.

Citra, præpositio, ἐκτός, Vide in dictione CIS.

Citro, Vide in dictione VLTRO.

Citrŭs, f. f. Arbor est duorum generum: quarum altera lauri folio perpetuò virens, eadem est cum malo medica, quæ citrium malum gignit, oris graveolentiam emendans, & vestis commendans odorem, easdemq; à tineis conservans. [μηλέα μηδική, vel μηδικὴ, vel κεδρόμηλον. Gal. Citronier, arbre qui porte les citrons. Ital. Citronaro. Germ. Citronbaum. Hispan. Cidrar, madera mas, preciosa que alterar. Pol. Cytrynowe drzewo. Vng. Czitrom fa. Ang. A limon tree.] Altera sylvestri cupresso similis est, & caudice, & folio, & odoratu, in Mauritania præcipuè nascens: unde in Italiam pretiosissimarum mensarum materiam advehebatur, quæ & Cedrinæ appellantur à Plin. lib. 13. cap. 15: Hæc arbor ab Homero Trogete, à quibusdam etiam Thyia appellatur, præcipuam in radicis crispitudine dotem habens. ¶ Citrum neutr. gener. citri arboris lignum. Varro 3. de Re rust. cap. 2: Nuncubi hic videa citrum, aut auri? Martial. lib. 9: Et testudineum mensus quater hexaclinon, Ingemuit tetro non satis esse suo. Idem libro 10: & citrum vetus, Indicosque dentes.

Citrĕŭs, a, um, Quod ex citro confectum est. [Pol. Cytrynowy. Vngar. Czitromfel vala. Ang. Made of the limon tree.] Cicer. 6. Verr. Tu maximam & pulcherrimam mensam citream, à Q. Luradio Diodoro (qui Q. Catulli beneficio à L. Sylla civis Romanus factus est) omnibus scientibus Lilybæi abstulisti. Citream mensam cum aurea comparat Martialis in Distichis: Accipe fœlices. Atlantica munera, mensas: Aurea qui dederit dona, minora dabit.

Citrĭnŭs color, A' citri similitudine dictus. [An. The colour of an orenge.] Plin. li. 19. cap. 5, de cucumere loquens: Crescunt, quæ coguntur, forma, in Italia virides, & quàm minimis in promociis quàm maximi, & citrini, aut nigri.

Citrĕŭs, a, um, adjectivum, ut Citrea malus, quæ & Medica, μηδική, nominatur. Arbor est toto anno pomifera, aliis cadentibus, aliis maturescentibus, aliis subnascentibus pomis. Folia habet lauri, intercursantibus spinis: fructum verò aureo colore, & odore gratissimo: quem Virgil. 2. Georg. miris laudibus celebravit, ibi, Medica fert tristes succos, tardumq; saporem Fœlicis mali. Præcipuæ mali hujus dotes sunt, oris graveolentiam commendare, & vestes à tineis illæsas conservare. Varia citrei mali genera vide apud Ruel. lib. 1. cap. 69, & Amatum Lusitanum in Dioscorid. cap. de citreis.

Citrĭ, κίτρια, [Polon. Pagalmwyst niemiesiąca wpoczęciu, płoczowy iadła. Vng. Hasas asszonynak kezdetben.] Depravatis mulierum prægnantium appetitus, quum inutiles cibos appetant, quod fere cõtingere soleat secundo aut tertio à concepta mense, ex alimento in ventriculo corrupto, fœtu existente tam imbecilli, ut nutrimentum consumere non possit. Hinc fit, ut copiosæ in ventriculo redundantiæ accumulentur, quæ variũ absurdumq; gignunt appetitum, ut carbonum, cretæ, & similium. Eam ob causam Græci malum hoc κίτριον, hoc est, picam appellavẽre, ab avis ejus varietate sumpta similitudine.

Citrampĕlŏs, κιτράμπελος; Herba est quæ Dioscoridi Historiæ, & officinis Parietaria dicitur. [Pol. Nac ściana.] Vitis hac appellatione Paul. Aegin. lib. 6.

Cittŏsis, κίττωσις, Vvarum vitium est, quum acini à racemis dilapsi pereunt. Vide Cœl. Rhodig. Antiq. lect. lib. 6. cap. 2.

Cīvis, hujus civis, com. t. Vrbis incola, Municeps, liberè ceteros (Ciceroni probatur) quòd vinculo quodam societatis cives in unum coeant cœtum, & sub iisdem legibus vivant. [אישהעיר איש בן העיר בן העיר, ἀστός, πολίτης. Gal. Citoyen, un citoyenne. Ital. Cittadino. Ger. Ein Burger oder Burgerin. Belg. Burgher. Hispan. Ciudadano. Pol. Mieszczanin, albo mieszczka. Vngar. Polgár, polgárbeli. Ang. A citizen or burgesse.] Cic. in Catil. Servi me hercule mei si me isto pacto metuerent, ut metuunt omnes cives tui, domum meam relinquendam putarem. Idem 1. de Finib. Debeo profectò, quantumcunq; possum, in eo quoq; elaborare, ut sint opera, studio, labore meo, docliores cives mei. ¶ Civis, cui contrarium, Peregrinus. Cic. 6. Verr. Apud Segestanos repertum esse judices scitote omnes, cives Romanos esse oportere.

nem, neque liberum, neque servum, neque civem, neque peregrinum, qui illud signum auderet attingere. Idem: Colebatur à civibus, ab omnibus advenis visebatur.

Civitās, f. t. Civium multitudo unum in locum congregata, quę eodem jure vivit. [עיר *hir. mikuz.* Gal. *Cité, bourgeoisie, assemblée de ville, amas de citoyens.* Ital. *Città.* Ger. Ein Burgerschafft oder Stett. Hispan. *Ciudad, compañia de ciudadanos.* Polon. *Miasto, mieszkanie.* Vngar. *Vároſ.* Ang. *A citie.*] Cicer. de Somn. Scip. Nihil enim est illi principi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat acceptius, quàm concilia, cœtusq; hominum jure sociati, quæ civitates appellantur. Idem pro Sellio: Tum conventicula hominum, quæ postea civitates nominatæ sunt. ¶ Civitas, & Vrbs in hoc differunt, quòd incolæ dicuntur civitas: urbs verò complectitur ædificia. Cic. 4 Acad. Aristoteles & Xenocrates, quos Antiochus sequi volebat, nò dubitavissent quin & Prætor ille esset, & Roma urbs, & eam civitas incoleret. Idem pro P. Sylla: Etenim in qua civitate res tantas gesserim, memini, & in qua urbe intelligo. ¶ Aliquando Civitas dicitur jus civium: unde Civitate donare, *πολιτεύειν διδόναι*. Vsurpativè tamen dicitur urbs: hoc est, ipsa mœnia, & ædificia. ¶ Capere civitatem, Plat. in Dialogo, qui Sophista inscribitur, proverbialiter dixit, pro rem difficilem assequi. Neq; enim civitas primo statim impetu capitur. ¶ Civitatem usurpare, se pro cive agere. Suetonius in Claudio: Civitatem Romanam usurpantes in campo æsquilino securi percussit. ¶ Magna civitas, magna solitudo, *ἐρημία μεγάλη ἐστὶ ἡ μεγάλη πόλις*. Quadrabit in urbes aut domos, agros aut hortos, aut aliud id genus quidpiam amplum quidem & spatiosum, sed parum excultum: Aut in librum ingentem quidem illum, verùm impolitum & illimatum. ¶ Servorum civitas, *δούλων πόλις*. De cœtu convictuq; hominum improborum, furacium, aut ignobilium dici potest. ¶ Dicitur etiam civitas, pro regione tota, cujus incolæ iisdem legibus utuntur, ut civitas Allobrogum, Helvetiorum. Salust. Itaque Qu. Fabio Sangæ, cujus patrocinio plurimum civitas utebatur, rem omnem uti cognoverunt aperiunt. Cæs. lib. 1: Apud Helvetios longè nobilissimus & ditissimus fuit Orgetorix. Is M. Messala & M. Pisone Cos. regni cupiditate inductus, congregationem nobilitatis fecit, & civitati persuasit, ut de finibus suis cum omnibus copiis exirent.

Civilis, & hoc civile, Quod est civium, seu quod ad cives pertinet: [*πολιτικός*. Gal. *Politique, appartenant aux citoyens.* Ital. *Civile.* German. Burgerlich/oder das den Burgern zugehört. Belg. Burgerlyck. Hispan. *Cosa de ciudad, civil.* Pol. *Mieyski.* Vng. *Vároſi emberiegh.* Ang. *Belonging to a citie.*] ut, Civilis mos, Civile jus, Civile odium, Civile bellum, Civilis homo, qui est peritus eorum quæ ad administrandam Rempub pertinent. Cicer. 7. Phil. Itaq; ego ille, qui semper autor pacis fuit cuiq; pax, præsertim civilis, quanquam omnibus bonis, mihi tamen in primis fuit optabilis. Idem ad Att. lib. 7: Genus belli quod sit, vides: ita civile est, ut non ex civium dissensione, sed ex unius perditi civis audacia natum sit. ¶ Vndę civiles: id est, curæ, & solicitudines. Horat. 1. Epist. Nunc agilis fio, & versor civilibus undis. Studia civilia. Cicer. pro Font. Si inimico testi credi non oportuit, inimicior Marcello Crassus, aut Fimbriæ Scaurus, ex civilibus studiis, atq; obtrectatione domestica, quàm huic Galli? ¶ Civilis actio. i. præscriptis verbis: D. lib. 9. Tit. ult. l. 15. Cat. opponitur legitimæ: Civilis actio incerti vocatur.

Civilōr, & Civilius, [*πολιτικώτερος, ον*. Vngar. *Emberſegeb.*] comparativa. Ovid. 4. Trist. Eleg. 4: Ipse pater patrię, quid enim civilius illo?

Civilissimus Superl. [Vngar. *Igēn emberſegēs.*] Spartianus in Adriano: In colloquiis etiam humillimorum civilissimus fuit.

Civilitas, f. t. Comitas, facilitas, humanitas. [*ἡ πολιτικός*. Gal. *Civilité, honnêteté, police.* Ital. *Civiltà.* Germ. Burgerliche vnnd ehrenliche jucht. Belg. Hueschcot. Hispan. *Civilidad, ò policia.* Polon. *Obyczaiowie.* Vng. *Emberſeg.* Ang. *Civilitie, gentilesse and courtesie, ease in manners.*] Moderatio quædam atque modestia magis civi hominiq; politico, quàm Imperatori convenens, quam Augusto tribuit Suetonius cap. 51: Clementię civilitatis q; *εὐφυΐαν*, cujus multa & magna documenta sunt. Iulius Capitolinus laudat Antoninum Pium, quòd Imperatorium fastigium ad summam civilitatem deduxerit.

Civiliter, adverbium, Civium more. [*πολιτικῶς*. Gal. *Civilement.* Ital. *Civilmente, cittadinescamente.* Ger. Burgerlich/statlich. Belg. Huyslich. Hisp. *Civilmente, polidamente.* Pol. *Obyczaiowie.* Vng. *Emberſegesen, Polgári módra.* Angl. *Civilie, gentillie, like citizen.*] Cicer. 1. Offic. Vt enim quum civiliter contendimus, aliter si est inimicus, aliter si competitor: cum altero certamen honoris & dignitatis est, cū altero capitis & famæ. Iuven. Satyr. 5: Poscimus ut cœnes civiliter. i. ut tibi lit panis idē qui aliis cōvivis, illiteq; ferculis uteris: non ut tyrannico more, aut regio cœnes. Ovid. 12. Metam. Exercet memores pluiquā civiliter iras.

Civicus, a, um, pen. corr. Civilis. [*πολιτικός*. Gal. *Citoyen.* Ital. *Cittadinesco, civile.* Ger. Burgerlich. Hispan. *Civil, de ciudad.* Pol. *Mieyski.* Vng. *Vároſi emberſegbi.* Ang. *A Civill, of a citie.*] Civica corona, quam civis civi, à quo servatus fuisset in prælio, testē vitæ dare solebat, ex fronde querna: quoniam cibus antiquissimus è querceu capi consueverat. Cic. pro Planc. At id etiam gregarii milites faciunt inviti, ut coronam dent civicam, & se ab aliquo servatos esse fateantur.

C ante L.

CL. In notis antiquorum Claudius. CL. V. clarissimus vir. CL. F. clarissima filia, vel fœmina. C L. I. Claudius. C. I. D B I. causam laudabilem. C. L. Caii Libertus, vel Caius Libertus. C I. conlibertus. C. L. vel I. vel L. Caia liberta. C. L. Caiæ liberte. C. L I B. Caii libertus, vel liberorum. C L B. C L. conlibertæ clarissimæ. C. M A R. P. caput margine pleno. C M. Comis. C. M L. centum millia. C M S. Comis. C. M. Civis malus. C. M. vel C A. M. causa mortis, vel M. Marius. C O M. vel C O. comitia obdurata. C. M. T. causa mali tui. C. M T. crementum multum. C M L. X II. camelos duodecim.

Clabula, Vide C L A V O S A.

Clādēs, f. t. Strages, cōflictus, & calamitas. [*אויד שבר schober אבל אבלה*. Gal. *Desconfiture de guerre, perte en bataille, vicissitude perdue.* Ital. *Calamità, vecisione.* Germ. Ein nidertag/verderbung/jämertycher schad. Bel. Een ongeval/nedertage. Hisp. *El estrago, ò mortandad à hierro.* Pol. *Porażka, szkoda gwałtowna.* Vn. *Vesgedelom, harcz.* Ang. *Great slaughter and damage.*] *ἀπὸ τοῦ κλάδου*: hoc est, ramo: est enim nihil aliud, quàm ramorum & surculorum detritio: quemadmodum calamitas calamorum: strages stratarum arborum. Deinde *permutatione* ad homines transfertur: quanquam non desunt, qui *ἀπὸ τοῦ κλαίειν*: hoc est, à flendo, sive lugendo, aut à cadendo cladem, quasi cadem dicta existimant. Plin. lib. 16. cap. 32: A' quo deinde tempore majestas populi Romani resurrexit, quæ autè vastata cladibus fuerat. Cic. de Clar. Orat. Cursum ingenii tui Brute, premit hæc importuna clades civitatis. Virg. 12. Aeneid. -& subita turbaret clade Latinos.

Clam, Præpositio ablativo casui serviens, Secretò, latenter. [*בסתר besther, κλάπα, κρύφα*. Gal. *En cachette, secrettement.* Ital. *Celatamente, di nascoso.* German. Heimlicher weiß/verborgentlich. Belg. Heymelyck/sonder sumando weten. Hispan. *Occulta y escondidamente.* Polon. *Cichobe tajemnie.* Vngar. *Alattomban, titkonn.* Ang. *Privatlie, secretlie, clofelie.*] Clam patre egisti. Plaut. in Amph. Is amare occœpit Alcumenan clām viro. ¶ Iungitur aliquando & accusativo. Plaut. Cas. Bona multa faciam clam meam hanc uxorem. Cicer. in Salust. Timens ne facinora ejus clām vos essent. ¶ Quandoque reperitur loco adverbii posita. Virgil. 1. Aeneid. Clām ferro incautum superat, securus amorum Germanæ. ¶ Hinc compositum Perclām, quod est valde occultè.

Clānculō, *κλοπῇ κλάπα*, clām sive clanculum. [Vngar. *Titkon, alattomba.*] Macrobius Satur. lib. 5. cap. 18: Fuit enim hic poëta, ut scrupulosè & anxiè ita dissimulanter & quasi clancul̄ō doctus, ut multa transtulerit, quæ unde translata sint, difficile sit cognitu.

Clānculum, diminutivum est à Clam. [*בסתר besther. κλάπαιον, κρυφαῖον*. Gal. *Secrettement, en cachette.* Ital. *Di nascoso, celatamente.* Ger. Heimlichen. Belg. Secretelyck. Hispan. *A escondidillas.* Pol. *Poczichu, dybnie.* Vng. *Titkon, alattomban.* Ang. *Secretlie, privatlie.*] Terent. in Eunuch. In cellulam ad te patris penum omne congerebam clanculum. Ibidem: Venisse clanculum per impluvium. ¶ Clanculum cum accusativo junxit Terent. in Adelph. -postremò alii clanculum Patres, quæ faciunt, quæ fert adolescentia: Ea ne me celet, consuefaci filium.

Clāncularius, a, um, Occultus, latens. [*בסתר מסתר κρυφίος, κρυφαῖος*. Gal. *Secret, caché, inconnu.* Ital. *Occulto, secreto.* German. Verborgen. Hispan. *Escondido, secreto.* Polon. *Tajemni.* Vngar. *Alattombanualo, titkon valo.* Ang. *Secret, private.*] Martial. lib. 10: Vernaculorum dicta, sordidum dentem, Et fœda linguæ probra circulatricis, Poēta quidam clancularius spargit, Et vult videri nostra, &c.

Clāndēstīnō, penult. prod. Occultè, secretò, latenter. [*בסתר besther. κρυφῆν, κρυφῆν λόγῳ, κρύφα*. Gal. *En cachette, secrettement.* Ital. *Secretamente, occultamente.* German. Heimlich/verborgentlich. Hispan. *Escondidamente, ò escondidillas.* Polon. *Cichobe, potajemnie.* Vng. *Titkon, alattomban.* Ang. *Secretlie clofelie.*] Lucilius: At enim dicis, clandestinò tibi, quod commissum fuerat. Plaut. in Mil. Nam hoc negotii clandestinò, ut agerem, mandatur mihi.

Clāndēstīnūs, a, um, penultima producta, Occultus, secretus. [*בסתר נעלם κρυφαῖος*. Gal. *Secret, caché.* Ital. *Occulto, secretto.* German. Heimlich/verborgen. Hisp. *Escondido, secreto.* Pol. *Cichy, Zakryty.* Vngar. *Titkon valo, alattomban valo.* Angl. *Secret, private.*] Liv. 4. ab Vrbe. Quum patres clandestina denuntiatione revocati ad diem certam essent. Manlius lib. 1: Et clandestinis sur-

nis surgentia fraudibus arma. Sil. lib. 7: Ceu clandestino traheretur fœdere bellum.

Clāmŏr, m. t. Voxintensa, & majore cũ impetu prolata. [קול צעקה tsaakah אנקה anakah. κραυγή. Gall. Clameur, cri, huyement. Ital. Grida. Ger. Ein geschrey. Belg. Een geschreyt. Hispan. Clamor à voz grande. Polon. Krzyk. Vng. Kiáltás, nobiliés. Ang. A loude crying.] Plin. in Epist. Turbidoque clamore postulabat simul & oppresserat. Cic. 6. in Verr. Interea ex clamore fama tota urbe percrebuit, expugnari deos patrios. Virgil. 5. Aen. -resonat clamoribus æther. ¶ Antiqui etiam Clamos dicebant, sicut Arbos.

Clāmo, as, are, n. p. Vocifero, clamorem edo, clamorem facio, voce contendo. [קרא kara צעק tsaak אנק anak. βοᾶν, κλάειν. Gall. Crier, huyer, braire. Ital. Gridare, chiamare. German. Schreyen. Belg. Geruschen. Hisp. Llamar dando voz. Polon. Wołam, krzyczę. Vngar. Kiáltok, nobiliék. Ang. To crie loude.] Plautus in Mercur. Nec tolerant, ut æquum est, patres: sed clamant, indecenter obstrepunt. Cicero ad Atticum libro 5: Id clamare omnes, qui aderant, nihil impudentiùs, &c. Terent. in Adelph. Clamant omnes, indignissimè factum esse. ¶ Clamare item pro dicere, & affirmare accipitur. Cic. 3. in Verr. Quum furores H-S LXXX, millibus id opus, ad illius hominis iniquissimi arbitrium se effecturos esse clamarent. ¶ Quandoq; vocare, καλεῖν, φωνεῖν. Virg. 4. Aeneid. Per medios ruit, ac mortem nomine clamat. Ovid. 2. Metamorph. Aspicit hanc, visamq; vocat, clamata refugit. Idem 6. Metamorph. Ipsa videbatur terras spectare relictas, Et comites clamare suas. ¶ Clamare, conqueri. Terent. in Adelph. Mihi quidem non placent: Et clamo sæpè. Liv. 3. ab Vrbe: Clamant fraude fieri, quòd foris teneantur exercitus. Cic. pro Cluen. Quum & de suo, & de uxoris interitu clamaret, testamentumque mutare cuperet, &c. Hujus composita sunt, Acclamo, Conclamo, ut Vasa conclamo. ἀναβοᾶν, συκλαίειν. Item Declamo, Exclamo, Proclamo, Reclamo, & Succlamo, quæ habent penultimam productam.

Clāmĭto, as, are, n. p. frequentativum. [מאנק meanek. κραυγάζειν, κλαυθμυρίζειν, κραγγάζειν. Gal. Crier souvent, ou dire à haute voix. Ital. Gridare spesso. German. Oftmals oder offt schreyen. Hispan. Llamar dando voces muchas veces. Pol. Pokrzykuie, wołam. Vng. Kiáltozok, nobiliék. Ang. To crie often and loude.] Terentius, in And. clamitent Mesycophantam, hæreditatem persequi. Cicer. 2. Tuscul. Nam quum ex renibus laboraret, ipso in ejulatu clamitabat falsa esse, quæ anteà de dolore sensisset ipse. Teren. in Adelph. Venit ad me sæpè clamitans, Quid agis, Mitio?

Clāmātŏr, verbale, m. t. Qui clamat, voce contendit. [צעק zaak. κραυγάστης, κεκραγώς. Gal. Vn crieur ou criard, braiyard, celuy qui crie. Ital. Che grida ò chiama alcuno. Ger. Ein schreyer, rüffer. Hisp. Strepitoso, pieno digridi, Llamador. Pol. Wołacz, krzyczący. Vng. Kiáltó, nobliék. Ang. That crieth loude.] Cicer. 1. de Orat. Quare Coracem illum vestrum patiamur nos quidem pullos suos excludere in nido, qui evolent clamatores odiosi ac molesti. Mart. lib. 12: Non venit ablatis clamator verna lacernis.

Clāmātōrĭus, a, um, κραυγαστικός: ut, Clamatoria avis, in auguriis dicebatur, quæ alio nomine Clivina, & Prohibitoria appellabatur, ab effectu impedientorum auspiciorum. Hanc Plin. li. 9. cap. 15. numerat inter aves seculo suo incognitas. Clamatorium genus, Cicero ad Quintum Fratrem lib. 3.

Clāmōsŭs, a, um, à nominativo Clamos, quod clamore obstrepit, vociferatur; [κραυγαστικός. Gal. Criard, plein de crierie. Ital. Strepitoso, pieno de gridi. Ger. Schreyig, prallechtig. Hisp. Gritador. Polon. Krzyklimy, wołaszliwy. Vngar. Nagy kiáltháto, kaczgó. Angl. Much crieth very loude.] Iuvenalis: Securum jubeant clamoso insistere circo. Quintil. Non turbidus, non clamosus sit altercator.

Clāngo, is, xi, vel gui, n. t. Tuba cano, vel increpo. [κελαδεῖν. תקע בשופר takah bashofar הרע herah. Gal. Faire retentir, resonner comme fait une trompette. Ital. Trombettare, sonare di tromba. Germ. Trommeten, ertönen. Belg. Trompetten. Hispan. Sonar la bozina ò trompeta. Pol. Trąbić. Vng. Trombitálok. An. To sound a trompet, to crie lik an egle.] Valerius Flac. -ter inhortatur æther, Luctificum clagente tuba. ¶ Clangere item dicuntur anseres, ut est videre apud Columel. lib. 8. cap. 13. ¶ Aquilis item clangorem tribuit autor Philomelæ apud Ovidium: Dum clangunt aquilæ.

Clāngŏr, m. t. Sonus tubarum est. [תרועה terûhah κελαδεῖν. Gal. Son de trompette. Ital. Il sono della trombe. Germ. Der Trommeten schall. Hisp. Son, ò sonido de trompeta. Pol. Dźwięk od trąbs. Vng. Trombita harsogás, zengés. Ang. The sound of trompetes.] Virgil. 2. Aeneid. Exoritur clamorq; virûm, clangorq; tubarum. Licet etiam dicatur de sono anserum, & aliarum rerum clarè strepentium. Cic. 2. Tusc. de Prometheo: Iovis satellites (intelligit aquilam) pastu dilaniat fero, Tum jecore opimo fatta & satiata affatim, Clangorem fundit vastum. Colum. de anseribus libro 8. cap. 13: Ejusdi generis anser præcipuè rusticis gratus est, quòd nec maximam curam poscit, & solertiorem custodiæ præbet, quàm canis: nam clangore prodit insidiantem.

Clārĕo, Clarĭfico, Clarĭgo, Clarĭtas. Vide CLARUS.

Clārĭs, a, um, Planus, apertus, perspicuus, dilucidus: [צח tsach מהיר mahir. λαμπρός, φωτεινός. Gal. Clair. Ital. Chiaro, lampante. Germ. Hetter vnd schön. Belg. Claar. Hisp. Claro. Pol. Iasny. Vn. Nyilvány valo, világos. Ang. Cleare, bright.] ut, Clara dies. Cic. in Somn. Scip. Ostendebat autem Carthaginem de excelso, & pleno stellarum, illustri, & claro quodam loco. Virgil. 1. Georg. Et claro sylvas cernes Aquilone moveri. ¶ Bene pro insigni atque excellenti accipitur: [נכבד nikbad. ἐνδόξος, ἐπίσημος. Gall. Manifeste, noble, qui a grande renommee, illustre. Ital. Nobile, illustre. German. Berümpt, namhaffig. Hisp. Noble y esclarecido en fama. Pol. Zacny i sławny. Vn. Neveztetö, híres nevezetes. Ang. Well knawin, noble, famous, renommed.] & eo, qui veluti fulgore quodam famæ resplendet, qui & Inclytus dicitur quamvis plus sit Inclytus, quàm Clarus, propter In, quæ illi auget. Cic. 1. de Finib. Claris & fortibus viris commemorandis. Plautus in Trin. In occulto jacebis, quum te maximè clarum voles. ¶ Interdum ponitur pro audibili aut sonora: ut Clara vox, εὐφωνία. Cicero pro Syl. Atq; ut idem omnes audiant, clarissima voce dicam.

Clārē, adverbium, Clara voce, explicatè, enodatè, manifestè, planè. [בהיר. Gal. Clairement. Ital. Chiaramente. Germ. Hetter vnd heitter. Hisp. Claramente. Pol. Iasnie. Vng. Magyarosan, nyilván. An. Clearlie, with a shrill voce.] Terent. in And. Vnde est? dic clarè. Cic. ad Attic. lib. 2: Varietas in re nulla sit, aperteq; loquamur, & jam clarè gemant. Cælius Cic. lib. 8: Et quo propius res intentio, quàm fieri necesse est, accedit, eò clarius id periculum apparet.

Clārĭsŏnŭs, a, um, Clarè sonans, canorus: [εὐφωνος. Gal. Qui sonne clair. Ital. Di chiaro suono. Ger. Das hall thut. Hisp. Que quo suena claro. Pol. Głosiący. Vng. Hangos, szavas, nagy szavas. An. That sounneth shrillie.] ut, Voces clarisonæ. Catul. Clarisonas imo fudisse è pectore voces. Cic. in Arat. Hunc à clarisonoris Aquilonis ad Austrum Condens.

Clārĭtas, f. t. Luciditas, splendor. [צחצחה tsachtsachah מהר mahar. αὐγεινότης, λαμπρότης. Gal. Clarté, splendeur. Ital. Chiarezza, splendore. Germ. Klarheit, hettere. Belg. Claarheyt. Hisp. Claridad, esclarecimiento de fama. Pol. Iasność. Vng. Világosság, fényesség. Ang. Clearenesse, brightnesse.] ut, Claritas Solis. Plin. lib. 2. cap. 8: Claritatis tantæ est vesper. Idem lib. 18. cap. 11: Emicantque fontes Oraxi oculorum claritati. ¶ Aliquando pro excellentia, [. Pol. Zacność. Vng. Neveztetösség.] ut, Claritas generis, Claritas rerum gestarum. Cic. 1. Offic. Facilior & tutior, & minùs aliis gravis, aut molesta vita est otiosorum: fructuosior autem hominũ generi, ad & claritatem amplitudinemq; aptior, eorum qui se ad Rempublicam, & ad magnas res gerendas accommodaverunt. Idem ad Sulp. Quæ, quanquam ex multis pro tua claritate audiam: tamen libentissimè ex tua literis cognoscam. ¶ Interdum facilitas, perspicuitas: ut Claritas orationis.

Clārĭtūdo, dinis, f. t. idem quod Claritas, Festo ac Nonio testibus. [Pol. Zacność. Vng. Világosság, neveztetösség. An. Clearenesse, brightnesse.] Salust. Quum præsertim tam multæ variæque sint artes animi, quibus summa claritudo paratur. ¶ Claritudo vocis, εὐφωνία. Gell. lib. 7. cap. 5: Histrio in terra Græcia fuit fama celebri, qui gestu & vocis claritudine & venustate carminis antestabat.

Clāro, as, act. p. Clarum facio. [מהר mihar. δηλόω. Gal. Manifester, manifester, declarer. Ital. Far chiaro. Ger. Hell vnd heiter machen, erklären. Hisp. Esclarecer y aclarar, hazer claro. Pol. Obiaśniam. Vn. Meg Hirestöm, neveztetöm tesszöm. Angl. To mak plane and manifest.] Ausonius: Poller Aristides, veteres qui clarat Athenas. Cic. 1. de Divin. ex antiquo poëta: Iupiter excelsa claraba sceptra columna. Horat. -illum non labor Isthmius Clarabit pugilem. Lucr. lib. 4: Multaq; in his rebus quærendum, multaq; nobis Clarandum est, planè si res exponere avemus. ¶ Hinc Declaro, as.

Clārĕo, es, ui, n. t. Clarus sum, vel manifestus, seu notus sum, eniteo. [מהר tsahah מהר mihar. λάμπειν, φαίνεσθαι. Gal. Estre clair, avoir bruit ou renommée. Ital. Essere chiaro, illustre, noto, manifesto. Germ. Hell oder heitter seyn, oder mit berümpt seyn. Belg. Bekant seyn / vernaempt seyn / claer seyn. Hisp. Esclarecerse, hazerse esclarecido y famoso. Pol. Iasnieć, sławnym zostać. Vng. Híres nevezetes vagyok. Ang. To be cleere or well knawin, to be famous and renowned.] Ennius apud Cic. 3. Officior. Ergo postque magisque vir nunc gloria claret. Idem de Senect. Turpilius Prædio, cujus adventu insula hodie claret Cypros. ¶ Claret lumen, Ennius Telamone (ut citat Nonius) Nam ita mihi Telamonis patris, atque facies proavi Iovis grata est, atque hoc lumen candidũ claret mihi. Cicer. in Arato: Propterea quod ad æstatis primordia clarent. ¶ Claret, pro clarum est. Lucret. lib. 6: -quod in primo

quoque

quoque carmine claret. ¶ Claret mihi: id est, intelligo. Claud. in Paneg. ventura potestas Claruit Asconio, subita quum luce comarum Innocuus flagraret apex.

Clārēsco, scis, à clareo, Clarus fio. [בהר efsich. ὀνιφαίνομαι. Gal. Devenir clair & manifeste. Ital. Farsi chiaro, manifesto. German. Heiter vnd scheinbar werden/oder berümpt werden. Hisp. Esclarecerse. Pol. Czemuiesie state. Vng. El hiresedöm. Ang. To waxe cleere and manifest.] Quint. lib. 6. cap. 4: Neque tantum hoc ipsis monitoribus clarescit: quidam faciunt apertè quòd rixemur. Virgil. 2. Aeneid. Clarescunt sonitus, armorumq; ingruit horror. ¶ Hinc fit compositum Inclareo, quod est valde clareo: à quo fit Inclaresco, quod est valde clarus fio. ἐπιφανέστερος. ¶ Clarescit pro clarum fit: Macrob. Comment. lib. 2. cap. 12: Et hæc sit præsentis operis consummatio, ut animam non solùm immortalem, sed deum esse clarescat.

Clārĭfĭco, as, act. p. Clarum facio, illustro. [סהר tsihar. λαμπρύνω. Gal. Clarifier, esclaircir. Ital. Far chiaro. Germ. Heiter vnd scheinbar machen. Hisp. Esclarecer y aclarar otra cosa. Pol. Obiaśnić. Vn. Hiresse tszdm. dicsőtni. Ang. To make cleere.] Plin. li. 20. ca. 13: Alterũ est nigrius, qd' capitis vitia purgat, visum clarificat.

Clārĭgo, as, pen. cor. act. p. Res clarè repeto, Bellum indico. [πολεμίοις τὸν πόλεμον. Gal. Denoncer la guerre aux ennemis s'ils ne veulent faire raison. Ital. Intimare la guerra. Ger. Ein ding heiter vnd offenlich wider erfordern. Item, heiter einen Krieg oder Befried ausagen lassen. Hisp. Demandar la robado. Pol. Iawnie śie domagam. Item, Iawnie wojnę albo pokoi oznaiedam. Vng. Hirdetődöm, hadat hirdetik. Ang. To denounce warre.] A' vocis claritate dictum, quasi clarè ago, sicut Litigo, litem ago: Lævigo, læve ago: Mitigo, mite ago. Plin. lib. 22: Hac semper & legati quum ad hostes, clarigatumq; mitterentur, usi: id est, res raptas clarè repetitũ. Erat autem Romanis in more, quum bellum indicere alicui populo volebant, ut Paterpatratus proficisceretur ad eum, & præfatus quædam solennia verba, clara voce diceret se bellũ indicere ob certas causas, quòd scilicet pecus abegissent, nec reddidissent, quòd noxios receptassent, quòd agrum vastassent, quòd socios læsissent, aut aliquid simile. Formulam belli indicendi, vide apud Gell. lib. 16. cap. 4.

Clārĭgātĭo, f. t. Belli indictio. [πρεσβεία τοῦ πολέμου πρὸς τοὺς ἀδικοῦντας ἀγορεύουσα. Gal. Denoncement de guerre à ceux qui ont fait tort, s'ils ne veulent venir à raison. Ital. Generale concessione di pigliare prigioni, & farli pagare pena ò taglia, intimazione di guerra. Ger. Ein heitre vnd offentliche absagung. Item, ein offentliche treibung ein jeden wider sein Schuldner fürgenommen zugelassen ist. Hisp. Aquella demanda de la robado. Pol. Iawna odpowiedź. Vng. Hadi hirdetés tőmasztás. Ang. Denouncing or proclaymyng of warre.] ¶ Accipitur & pro exactione nũmatia, maximè quæ principi, vel Reipublicæ edicto conceditur. Liv. lib. 8: In Velitrnos veteres cives Romanos, quòd toties rebellassent, graviter sævitum, & muri dejecti, & Senatus inde abductus, jussitq; trans Tyberim habitare: ut ejus, qui eis Tyberim deprehensus esset, usque ad mille passus 200. pondo clarigatio esset: nec prius quàm ære absoluto, is qui cepisset, extra vinculis captum haberet.

Clāsĭs, f. t. Aequivocum est: significat enim navium multitudinem. [πολὺ πλῆθος πλοίων. Ger. Ein hauffen Schiffe/ oder zahl Schiffe. Item, ein Ordnung vnd Standt der Menschen. Pol. Armata morska. Vng. Sereg hajó. Ang. A navie of shippes.] hoc est, à lignis, vel potiùs rudentibus veli: quamvis abusivè pro una tantùm navi ponatur. Virg. lib. 6: Lyciæ ductorem classis Orontem. ¶ Significat & civium partes pro census ratione distributas. πατρικῶν. Nam Liv. de Serv. Tull. rebus gestis scribit, urbem in quinque classes divisam, censumq; ab eo institutum fuisse, rem salubertimam tanto futuram imperio, quò pacis belliq; munia non vititim, ut antea, sed pro habitu pecuniam fierent. Tum classes centuriasq; ad hunc ordinem ex censu descripsit. Qui centum millia æris, aut majorem censum haberent, inter primarios numerabantur, & sub primæ classis titulo. Ex his octoginta fecit centurias, quadraginta senum, quadraginta juvenum. Seniores, ad urbis custodiam: juniores, ut foris bellum gererent. Arma his, galea, clypeus, ocreæ, lorica, omnia ex ære hæc, ut tegumenta corporis essent. Præterea tela in hostem hastæ, & gladius. Additæ sunt fabrorum duæ centuriæ, quæ sine armis stipendia facerent: datum munus, ut machinas in bello ferrent. ¶ Hinc Classici, hujus primæ tantum classis homines dicebantur, qui (ut docet Gell. lib. 7. cap. 13.) centum & viginti quinque millia æris, amplióve, censi erant. ¶ Hinc etiam Classici testes: hoc est, assidui, & locupletes: qui (ut inquit Festus) signandis testamentis adhibebantur: hoc est, primæ classis homines, quasi primæ autoritatis, & idonei veritatis censores. ¶ Et metaphoricè Classicos autores vocat Gel. lib. 19. cap. 8: Quasi primæ notæ scriptores, Latinæque elegantiæ testes idoneos, cujusmodi sunt, Cicero, Cæsar, Sallustius, Virgilius, Ovidius, Horatius, T. Livius. ¶ Ex iis verò, qui intra centum ad septuagintaquinque millia erant cēsi, viginti seniorum, & totidem juniorum centurias conscripsit, quibus pro scuto clypeus, & reliqua omnia arma, præter loricam, sunt imperata. ¶ Tertia classis à septuaginta quinque ad quinquaginta millia. Arma, ut in superiore, præter ocreas. ¶ In quarta classe à quinquaginta ad viginti quinque millia, centuriæ viginti seniorum, viginti juniorum. Arma mutata, nihil præter hastam, & verutum datum. ¶ Quinta classis centurias triginta habuit, fundas lapidesq; missiles gerentes. Et homines quintæ classis, pro tenuibus, & minimæ autoritatis dicuntur, οἱ τὴν ἔνατον πλοῦτον. In his erant accensi, cornicines, tibicines in tres centurias digesti, qui non ultra undecim millia censebantur. ¶ Et infra classem, & extremæ classis viros infimæ notæ licebit appellare. Creata est præterea una centuria, quæ fuit immunis militia. Infra classem autem esse dicebantur, secundæ classis, cæterarumque omnium classium, qui minore summa æris, quàm classici illi, censebantur. ¶ Significat & Classis, equitum ordines. Virg. 5. Aeneid. Scio me Danais è classibus unum. Vnde & Classis procincta, πανοπλία καὶ φάλαγξ, dicitur exercitus instructus. ¶ Apud antiquos Classes clypeatæ dicebantur, quos nunc exercitus vocamus. ¶ Classes quoq; in scholis sunt ordines discipulorum. Quint. li. 1. cap. 2, autor est, à præceptoribus suis pueros olim in classes distributos, ordinemq; discendi secundum vires ingenii datum. ¶ Latinis in sua classe manere dicuntur, qui non deserunt vitæ institutum: &, Classem suam deserere, qui mutant.

Clāssĭcŭs, a, um. Quod est classis, vel quod ad classem pertinet: [ναυτικός. Pol. Do bytni morskiej przynależący. Vng. Hajói, hajóhoz valo. Ang. Belonging to a navie of shippes.] Ut, Classicum bellum, bellum navale. Propert. libro 2: Et canerem Siculæ classica bella fugæ. ¶ Et Classici, οἱ ναυτικοί, οἱ πελοιόκοι, οἱ ἐν πρώτῃ, primæ tantùm classis homines, de quibus paulò antè. ¶ Etiam Classici dicebantur Præcones, κήρυκες. Qui tuba vel cornu jussu magistratuum ex arce, vel circum muros populum ad comitium vocabant, dicti à Calandorid est, vocando, sive à clangore. Vnde Classica pro ipsis tubis, σάλπιγξ, βυκανικός. Virgilius libro 7: Classica nanque sonant. Vbi Servius, classicum dicimus, & ipsam tubam, & sonum. ¶ Classicum autem est flexilis tuba. Livius lib. 3: Vocatis classico ad concilium militibus. ¶ Classicum item incundæ pugnæ signum appellatur, quod tuba dari solet: unde Classicum canere σημαίνειν τὴν ἔφοδον: hoc est, signum dare, quo milites pugnam incant. Contrà, Canere receptui, ἀναχωρεῖν, est à pugna revocare. ¶ Accipitur etiam latiùs Classici vocabulum pro quovis tubæ sono, qui prodeunte imperatore, aut ejus jussu in castris fieri solet. Cæsar 3. bell. Civ. Pompeius paucis post diebus in Thessaliam pervenit: suum cum Scipione honorem partitur, classicumque apud eum cani, & alterum illi jubet prætorium tendi. Virgil. 2. Georg. Necdum etiam audierant inflari classica.

Clāssĭārĭĭ, m. f. Propriè dicuntur classis milites, qui scilicet in classe stipendia merent. [ἐπιβάται. Pol. Zołnierze morscy. Vng. Hajón szolgáló vitézek.] Hirtius lib. 3. bel. Civil. Itemque per equites dispositos aqua prohibere classiarios instituit. Sueton. in Galba: Nam quum classiarios, quos Nero ex remigibus justos milites fecerat, ad pristinum statum redire cogeret. Apuleius usurpavit pro tubicine, aut eo qui classicum canit, quũ ait: Et laudum ejus classiarius, atque assiduus præco. Vbi pro eodem penè videtur accepisse Præconem laudum & classiarium. Quo in loco Perottus mentem Apuleii non satis assequutus, arbitratur Classiarios pro potentioribus accipi, quos alio, nomine vocabant Assiduos.

Clāterna, à Pomponio Mela lib. 2. numeratur inter oppida Picent.

Clāthrŭs, & Clathrum, utroque modo dicitur, ligna transversa quibus aliquid munitur, ut fenestræ quæ vulgò Ferrate dicuntur. [שבכה sebachah. κλῆθρον, à κλάω, claudo. Gal. Barre, barreau, treillis, claye. Ital. Stanga. Germ. Das Holtz darauff man die Gätter machet/ Gätter. Hisp. La red à rexa ò verja para cerrar lugar. Pol. Mrzyże, krata. Vn. Szegecs fa, hevedes fa. Ang. A barre or latisse.] Horat. Objectos cavæ valvis si frangere clathros. Columella posuit pro lignis cancellatim compactis, quibus glebæ contunduntur. Hirpicem Varro appellat.

Clāthro, as, significat clathris claudere. [κλαθόω. Gal. Barrer, fermer de barres ou treillis. Ital. Stangare, mettere la stanga. Germ. Vergätteren/ verschrancken. Belg. Tralien. Hisp. Cerrar lugar con rexas ò verjas. Polon. Zakratcam, przegradzam. Vng. Karesztfa fával bétis. Ang. To shut vp in latisses or with barres.] Col. lib. 9: Satis est autem vacertas inter pedes octonos defigere serisque transversis ita clathrare, ne spatiorum laxitas, quæ foraminibus intervenit, pecudi præbeat fugam. ¶ Hinc Fenestra clathrata apud Plautum in milite: Nam certò neque solarium apud nos est, neq; hortus ullus, neque Fenestra, nisi clathrata.

Clāvŭs, f. p. Fustis teres ad clavi similitudinẽ capitatus. [κορύνη, ῥόπαλον. Gal. Vne massue. Ital. Mazza. Germ. Ein Kolb.

Belg. Een Rotst. Hispan. La porta. Polon. Pálice bol'ama. Vng. Bozgany, fiie bot. Ang. A clabbe.] Cic. 6. in Verrem: Qui primò quum obsistere ac defendere conarentur, malè multati, clavis ac fustibus repeliuntur. Idem de Senec. Sibi igitur habeant alii arma, sibi equos, sibi hastas, sibi clavam, sibi pilam, &c. Plinius de lino: Interdum deinde in filo ponitur, clisem crebrò in silice ex aqua, rectumq; cursus tunditur clavis semper injuriæ melius. ¶ Hinc clava Herculis, qua silice utebatur, quam quis Herculi extorquere proverbialiter dicitur, qui sibi vendicare conatur, quod alius jam potentior occupavit.

Clāvātŏr, m. t. Qui hujusmodi clava utebatur, inquit Festus: sed vus scilicet qui clava armatus dominum comitabatur. [κορυνοφόρος, κορυνοφόρος. Pol. Zbul'ama chodzący. Vngar. Bozgány hordozó ember. Ang. Which vseth a clabbe.] Plaut. Merc. Egomet mihi comes, clavator, eques, agaso, armiger. Idem Rud. Aedepol eccum clavator advenit.

Clāvĭger, Qui clavam fert. [κορυνοφόρος. Pol. Tenktori zbul'ama chodzący. Vngar. Bozgány hordozó. Angl. That beareth a clabbe.] Ovid 7. Metam. Claviger invidit Vulcani occumbere prolem. Idem 15. Metam. -illic lavêre bimembres Vulnera, clavigeri quæ fecerat Herculis arcus.

Clavarius, Vide CLAVIS.

Clāvārĭus, Vide CLAVVS.

Claudĭco, Vide CLAVDVS.

Claudo, is, si, sum, act. t. Obstruo, obsero, includo, intercludo. [סגר sagbar. κλείω. Gal. Clorre, serrer. Ital. Chiudere, serrare. Ger. Beschliessen. Belg. Sluyten. Hispan. Cerrar. Polon. Zawieram. Vng. Be szorzom. Ang. To shute or shut into close or inclose.] Virgil. lib. 3. Georg. Aut intus clausos satura ad præsepia servant. ¶ Interdum ponitur pro Circuire, sive circundare, περιλαμβάνειν: ita enim interpretatur Nonius illud Virg. Aeglog. 6: Dictæ Nymphæ nemorum jam claudite saltus. ¶ Interdum pro obsistere, arcere: apud eundem lib. 10: Ecce maris magno claudit nos obice pontus.

Clausus, a, um, Reconditus, sub claustris positus: cui contrariū apertus, promptus. [סגור sagbar. κεκλεισμένος, κλειστός. Gal. Clos, fermé. Ital. Chiuso, serrato. German. Beschlossen. Hisp. Cerrado. Polon. Zamarty. Vng. Be szorzatott. Ang. Shut up, inclosed.] Cic. Act. in Verr. Statuerunt se nihil tàm clausum neque tàm reconditum posse habere, quod non istius cupiditati apertissimum promptissimumq; esset. Vlp. l. Si quis gravi. §. subvenitur aut. ff. ad Senatusc. Syll. clausos (κεκλεισμένους) pro vinctis accipit, si modò vincti sint, ut omni modo erupere nō possint.

Clausus, Reconditus sub signo, & claustris suppositus: cui opponuntur patens, apertus, promptus, expositus. [Vn. Be szorzatott.]

Clausum, substantivū, pro tecto, sive loco concluso. [משמרת mishéreth. κλεῖθρον. Gal. Enclos, vn clos, lieu fermé, ou tuict. Loco clauso, fermato stabile. Germ. Ein beschlossen ort. Hispan. Lugar cerrado. Pol. Zamarte miesce. Vn. Reiök helj. Ang. A close place.] Col. lib. 9. ca. 1: Nam diebus requies danda est, & infundendi grati apibus liquores, quibus intra clausum alantur. Virg. 4. Georg. Sic positum in clauso linquunt.

Claustrum, Clausura, sive quo aliquid clauditur, valvæ, fores, loca clausa. [משמרת mishéreth. סגר sagbar. κλεῖθρον. Gal. Clos, fiure. Ital. Chiavistro, claustro. Ger. Ein Schloß damit man etwas beschleust. Belg. Een sloot. Hispan. Cerradura è encerramiento. Pol. Klatka, Zamoca. Vngar. Szegrend fa. Ang. A close place to inclose or shut up any thing.] Plaut. in Curc. Nam sonitum, & crepitum claustrorum audio. Virg. 7. Aeneid. -portarum ingentia claustra. Cicero pro Flac. Omnes sinus, promontoria, litora, insulas, urbes maritimas claustris imperii nostri contineri. ¶ In plurali tàm masculini quàm neutri generis est. Apud antiquos Clostra pro Claustris dicebantur.

Claustrum impropriè est Cœnobiū, sive Monasteriū, ut impura sunt, quantū ad Latinitatē attinet, Canonistarum ferè omnia.

Claustrārĭus, Qui fores, & cætera ad claudendum opera facit. [κλειδουργός. Germ. Ein Schlosser. Belg. Een Sloetmaker.] Claustrarius artifex apud Lampridiū, in Heliogabalo ita corruptè legitur: Mulionem curare jussit, jussit & cursorem, jussit & Cocum, & Claustralium artificem, ubi lege claustrarium.

Claūsŭla, f. p. Dicitur id qd' aliquid claudit: hoc est, finit. [קוץ sofe. φ πέρας, πέρας, φ ἐξωτερικόν. Gal. La fin & achevement de quelque chose. Ita. Cosa che chiude, fine. Ger. Das end, das ein ding beschleust, Beschluß. Hisp. Cerradura. Pol. Zamkuirnie, koniec. Vn. Végezö, be rekesztö. Ang. The clause and end of any thing.] Plin. lib. 11. cap. 45: Vngues, qui clausulæ nervorum summæ existimantur, omnibus his, quibus & digiti. ¶ Item pro exitu. Cicer. pro Cælio: Mimi ergo est jam exitus, non fabulæ: in quo quum clausula non invenitur, fugit aliquis è manibus: deinde scabella concrepant, aulæum tollitur. Hinc etiam Clausula pro sententia accipitur, quam Græci ἀξίωμα dicunt: ita dicta, quòd sententiam claudat. ¶ Nonnunquam etiam accipitur pro sententia, quæ epistolam vel carmen claudit, quam vulgò Conclusionem vocamus. Cic. Fam. 2: Quoniam mihi nullum scribēdi argumentum est, utar ea clausula, qua soleo. ¶ Clausulam imponere, finem imponere. Seneca Epist. 67: Non potest dici hoc non esse par maximis bonum, quod beatæ vitæ clausulā imposuit, cui Epicurus extrema voce gratias egit.

Clausūræ, vel potiùs clusūræ, sunt πολεμικά ἔρματα, quæ Imperatores Romani in limitibus habuerunt. Posteriorum temporum scriptores Clausas, & Clusas vocarunt.

Claudus, m. f. quasi pedibus clausus: id est, impeditus. Qui ex pedibus, aut cruribus femoribusve vitiatis, æquis passibus incedere non potest. [פסח pissèach. χωλός. Gal. Boiteux. Ital. Zoppo. German. Hinckend. Belg. Mank, hinckende. Hispan. Cojo. Polon. Cloomy, kulhawy. Vng. Sánta, bénna. Ang. A cripple, lame, that hankileth.] ¶ Vnde etiā Appius Claudius, a quo Claudia familia originem traxit, primùm Appius Claudus dicebatur. Plautus in Aulul. Quasi claudus sutor domi sedet totos dies. ¶ Si juxta claudum habitaris, claudicare disces, ἐὰν χωλῷ συνοικῇς, χωλαίνειν μαθήσῃ. Plut. de Isber. educ. Proverbium admonet, perniciosam improborum hominum consuetudinem fugiendam esse, propterea quòd cùm corporis tùm maximè animi vita & contagio serpunt in vicinum. ¶ Claudi more tenere pilam, proverbialiter in Pisonem dixit Cicero, pro nullo delectu nulloq; judicio tenere, ac sequi quicquid doctum indoctumque sit. ¶ Claudus optimè virum agit, ἐὰν χωλὸς εἰφῇ, sive ut alii legunt, ἐῤῥῇ. Dici solitum ubi quispiam suam sortem vel parum egregiam anteponit alienæ, etsi præstantiori.

Claudĭco, as, are, n. t. Altero tantùm pede incedo, vel alterum pedem infirmum, & instabilem, aut curvum habeo, Vacillo, non rectè incedo. [פסח pasèach. צלע tsalah. χωλαίνω. Gal. Clocher, boiter. Ital. Zoppicare, andar zoppo. German. Hincken. Hisp. Cojear. Pol. Chramie. Vngar. Sántikálok, sántalok. Angl. To cripple, to halt, to be lame.] Cic. lib. 2 de Orator. Nam quod Spur. Carvilio graviter claudicanti ex vulnere ob Rempublicam accepto, & ob eam causam verecundanti in publicum prodire, &c. ¶ Translatè dicitur de omni eo, quod suis partibus rectum non est. Cic. 1. de Finib. Qui verentur, ne si amicitiam propter nostram voluptatem expetendam putemus, tota amicitia quasi claudicare videatur. Livius 2. bel. Pun. Si altera parte claudicet Respublica malis consiliis ac bonis, idem juris & potestatis erit.

Claūdĭcātĭo, verbale, f. t. [צלע tsélah. χωλότης. Gal. Boiteux, clochement. Ital. Essere andar zoppo. Ger. Das hincken. Bel. Hinckens. Hispan. Cojedad. Pol. Chramanie. Vngar. Sántikálás, sántalás. Ang. A haulting, lameness.] Colum. lib. 6. cap. 12: Sanguis dimissus in pedes claudicationem affert. Cicer. 1. de Nat. deor. In quo stante atque vestito, leviter apparet claudicatio non deformis.

Claūdĭtās, idem: hoc est, ipsum claudicandi vitiū. [צלע tsélah. χωλότης. Pol. Chramota. Vng. Sántaság. Ang. Lameness or halting.] Plin. Repulsu durioris materiæ claudicatē illicò affuit.

Clāvĭcŭlā, Claviculus, Vide CLAVVS.

Clāvis, f. t. Est qua ostia, arculæ, & id genus multa, & clauduntur, & aperiuntur: [מפתח maphtéach. κλείς. Gal. Clef. Ital. Chiave. German. Ein Schlüssel. Belg. Een sleutel. Hispan. La llave. Pol. Klucz. Vngar. Kulcs. Ang. A key.] à Clam, quod quę celare volumus, hac claudere solemus. Cato de Re rust. cap. 13: Settam vinariam unam, clavem torcularia unam. Cicero pro Domo sua: Scilicet tu belluoni spurcissimo, &c. omne Fanum privatum & publicum, omnes provincias frumentarias, omnes mancipes, omnes horreorum claves lege tua dedisti. Habet & clavim in accusativo. Plautus in Most. Clavim mihi harumce ædium nunc jam lube afferri. ¶ Vnde Conclavia, loca quę sub una eademque clave clausa sunt: & Conclavatus locus, una clave clausus. Clavem Theodorus Samius primò monstravit: à quo Faber clavicularius, κλειδοποιός. ¶ Clave findere ligna, & secur: fores aperire conatur, εἰ κλεῖδι σχίζειν, κλεῖν ἀνοίγειν πειρᾶται. Quum res postere gitur, veluti si quis metu liberos illudeat emendare, servos beneficiis sibi adjungere.

Clāvĭcŭlā, diminutivū à clavi, vel à clava virga. [κλάδιον. Gal. La vreille ou tendon de la vigne dequoy elle se lie & s'attache à ce qu'elle rencontre. Ital. Capelli della vite con i quali s'appiglia à quello che incontra. Germ. Ein Schlussetin. Hisp. El cercillo o zaferata della vid. Polon. Klaczyk. item: Czy onek od krzewu lub winogrono, lub inna albo szczepina. Vn. Kötöttecska, az szöl'önek az karsa. Ang. The boughe of a vine whereby it is coupled to an other vine.] ¶ Dicitur quoq; Clavicula capreolus, sive pampinus in vite. Cicero de Senect. Vitis quidem, quæ natura & caduca est, & nisi fulta fit, fertur ad terram, eadem, ut se erigat, claviculis suis, quasi manibus, quicquid est nacta, complectitur.

Clāvĭcŭlārĭus, m. f. Qui claviculam: id est, virgam vel clavem gerit, κλειδοφόρος. Iulius Firmicus Matheseos l. 3: Aut clavicularii, aut carceris custodes. [Pol. Klaczyk. Vng. Kulcsár.]

Clavārĭus, Appellatus est Suetonii pater, ab eo quòd præfectus fuerit donativo imperatorio inter milites dispertiendo. Vnde Cornelius Tacitus scribit, Clavarium donativi nomen esse, qui ait: Seditiosæ militum voces terrebant Clavarium: donativi nomen est.

Clavŏla, æ, Surculus arboris vel fruticis utrinque præcisus, & plantationi aptus: quam & Taleam vocant Latini. [בכר *messer* זמקרת *zmekeeth* בסע *mitah* שתיל *shtil.* ἐκλάγιον, ἐκλόβιον, κλάδος. Gal. *Vn plantoir, scion, jetton ou greffe d'olivier.* Ital. *Calamo.* German. Ein Schoß das man zweygen will. Hisp. *El estaca propia para plantar.* Pol. *Latwosil ktora szczepiemy.* Vng. *Palanta vessek (anagy) eleö ág.* Angl. *A greffe, a stipe of a tree, a young sett or slaute.*] Varro lib. 1. de Re rust. cap. 40: Demum in oleagineis seminibus arboris videndum, ut sint de tenero ramo ex utraque parte æquabiliter præcisa, quas alii clavolas, alii taleas appellant, ac faciunt circiter pedales.

Claustrārĭus, Claustrum, Clausula. Vide CLAVDO.

Clāvus, m. f. dictus eò quòd claudat, figat, atq; contineat: à claudendo: nam ideò clavum figimus, ut claudar seu contineat aliquid. [מסמר *mesmar* יתד *jatheedh.* ἧλος. Gall. *Clou ou cuing.* Ital. *Chiodo.* Germ. Ein Nagel. Hispan. *Clavo.* Pol. *Gozdź.* Vng. *Szeg.* An. *A nayle.*] Cæsar 3. bel. Gall. Transtra ex pedalibus in altitudinem trabibus confixa clavis ferreis, digiti pollicis crassitudine. ¶ Clavum clavo pellere, ἧλον τῷ ἧλον ἐκκρούειν. Lucianus in Philopseudeis ἧλον φασὶν ἐκκρούειν τὸν ἧλον εἰδεῖ est, Et clavo, quod ajunt, extundis clavum. Locus erit proverbio, nō modò quum vitium vitio, malum malo, dolum dolo, vim vi, audaciam audacia, maledicentiam maledicētia retundimus: verùm etiam quoties rem utcunque molestam diversa molestia profligamus: ut quum libidinum incitamenta laboribus obruimus, curam amoris aliis majoribus curis domamus. ¶ Clavus item navis est gubernaculum, sive temo, quòd eam dirigat, rectamque teneat. πηδάλιον. Cic. de Senect. Ille autem clavum teneat, quietus sedeat in puppi. ¶ Hinc proverbium, dum clavum rectum teneam. Significat autem non imputandum eventum prosperum artifici, modò is præstiterit quod artis est. Quintil. lib. 2. Institut. ¶ Vinum caret clavo, οἶνος οὐκ ἔχει πηδάλιον. Quo significatur ebrietatem nihil consultè, neque moderatè vel dicere vel facere. Obruitur enim ratio, quæ clavi vice sobrios moderatur ac gubernat. ¶ Purior clavo, ἀχειρότερος πηδάλου. Comparatio proverbialis de re vehementer inculpata aut moribus undequaque integris, & incontaminatis. Clavus enim nauticus assiduis fluctibus abluitur, ut nihil sordidum possit hærere. Adagium refertur à Suida. ¶ Item Clavus genus tuberculi, quod & ἧλος Græci appellant, rotunda specie, coloris albi: fit in plantis digitisq; pedum maximè: sic appellatum, quia ita pungit, ut quasi clavus ferreus infixus videatur. Nam caro durescit in callum semper ferè pungentem. ¶ Alii Clavum intelligunt, quem δακτύλιον Græci: Celsus: Furunculum appellat, sola duritie à phymate differentem. Aegyneta definit esse tumorem cum abscessu, à crassis humoribus genitum, qui in carnosis præcipuè locis consistit, mitis alioqui, nisi profundior sit: nam tunc malignitatem habet conjunctam. Eo morbo Silius Italicus interisse ferunt. Plinius Epist. 31: Erat illi natus insanabilis clavus, cujus tædio ad mortem irrevocabili constantia decurrit. ¶ Fiunt & callosa quædam in candido oculi tubercula, quæ Clavi nominantur oculorum. ¶ Arbores quoque clavum hujusmodi patiuntur, qui & Fungus, & Patella dicitur, ut inquit Plin. lib. 17. cap. 24. Idem scribit clavos innasci natibus, & purgari succo pyracanthi. ¶ Sunt & Clavi caligares, à caligis militaribus quibus suffigebantur. Idem lib. 9. cap. 8: In quibus pisces omnibus annis Vergiliarum exortu existunt, squamis conspicui crebris atque præacutis, clavorum caligarium effigie. ¶ Præterea Clavus est vestimenti genus, veluti quibusdam claris aureis distinctum: quod & à palmarum similitudine Palmatum vocabatur, & à verrucis clavo similibus Verrucata vestis; quòd si latior ipsa vestis erat, Latusclavus dicebatur, πλατύκλαυος. Hæc soli Senatores & patricii induebantur. Horat. libro 1. Sermon. & latum demisit pectore clavum. ¶ Vnde Laticlavos appellari Senatores legimus. Suetonius de Nerone: A' laticlavo, cujus uxorem attrectaverat, cæsus. Vide LATVSCLAVVS. ¶ Ab Ovidio Clavus simpliciter dicitur pro Senatoria dignitate, illo versu: Curia restabat, clavi mensura coacta est. Suetonius de Aug. Clavo nec lato, nec angusto.

Clāvātus, a, um, Quod est aculeis clavorū modo prominentib. circundatum. [ἑλκωτός. Pol. *Obiti gozdyami.* Vng. *Tüskés, szegen.*] Nam & clavatæ vestes, πλατύκλαυος ἐσθῆτες, hinc vocantur quas vulgus à verrucis clavo similibus, Verrucatas appellat, etiāsi non ex auro, sed aut ex cocco, aut aliis coloribus verrucas habeant. Lampr. in Alex. Conviviū neq; optimum, neq; nimis parcū, sed nitoris summi fuit: ita tamen ut pura mantilia mitterentur sæpiùs cocco clavata, aurata verò nunquam. ¶ Hinc etiam Clavata, dicuntur vestimenta clavis intexta, vel calceamenta clavis confixa. Et clavati socci, quòd soleas habeāt clavis intertextas. Clavata verò sunt vestimenta, quæ ex auro aut ex cocco, aut aliis coloribus clavos & verrucas habent. Quæ autem cum auro, Auroclavata dicuntur, & Auroclavatę vestes, à textura aureorum clavorum. ¶ Clavus annalis, qui figebatur in parietibus sacrarum ędium, per annos singulos, ut per eos numerus colligeretur annorum. Apud Livium scribitur Dictatorem creatum fuisse causa tantùm figendi clavi ad pestilentiam sedandam. Hinc Clavo trabali beneficium figere, proverbiali metaphora dicitur, pro eo quod est, alta mente beneficium reponere, & inextinguibili memoriæ commendare: de quo vide infrà in dictione TRABALIS. ¶ Præclavium, pars vestis, quæ ante clavum texitur. Afranius apud Nonium: Tertium diem præclavium unum texere.

Clavator, appellatur servus qui ad tutelam domini fustibus, clavaque armatus est.

Clāvĭcŭlŭs, m. f. diminutivum à clavo. [γραμφίον. Pol. *Pazgek.* Vng. *Szegecske.* Ang. *A litele nayle.*] ¶ Significatur etiam hoc nomine Capreolus in vite, qui ἕλιξ Græcè, & Pampinum à nostris dicitur.

Clāvĭcŭlātŭs, a, um, Claviculis instructus. [ἑλικοφόρος, ἑλικωτός. Vngar. *Szegecskekkel bevert.* Ang. *Nailed.*]

Clēmā, [κλήμα. Polon. *Sosuka, miecz, szpony.* Vng. *Ebrey.*] Herba est tithymali generibus assignata. Cypharisiæ non absimilis, quæ Dioscoridi Pityusa, Officinis *Esula* dicitur. Vide Dioscoridem lib. 4. cap. 148. & Ruell. li. 3. ca. 246. ¶ Hujus varia genera à perito linguæ Polonicæ, & rei herbariæ, distinguenda erunt, *Evonymus*, vulgo apud Barbaros, item Italos & Gallos, *fusaria* vel *fusanus* appellatur ab usu fusorum, propter materiæ soliditatem: à nonnullis Gallicè *fourte sacerdotum*, à figura fructus. Tragus Tomo 3. fusariam nulla ratione evonymum esse negans, carpinum facit. Gesn. in capra lit. C. *Trymoid* Polonis dicitur quibusdam *Swidwina*. ¶ Clema item Plinio inter nomenclaturas polygoni herbæ commemoratur.

Clēmātĭs daphnoides, [κλήματις δαφνοειδής. Gal. *Pervenche* Ital. *Pervenca.* Gef. Cingrün/mägtpaumen. Hisp. *Pervinca.* Pol. *Barwinek.* Vngar. *Szeplak.*] Herba est sarmenta habens prælonga, junceæ crassitudinis, folia autem laurinæ de & Daphnoides cognominata est. Notiore nomine Vincapervinca dicitur, quæ & clematis Aegyptia appellatur. ¶ Vnde locus factus proverbio: Clematis Aegyptia, κλήματις αἰγυπτία. Phaleureus Demetrius refert id joco dici solitum in eos qui corpore præter modum procero atq; atro colore essent. ¶ Est & alia volvit, ut smilax: unde ab Officinis *Volubilis major* appellatur. [Gall. *Liseron.* Ital. & Hispan. *Flammula.* Ger. Weiß winden/ jaungfrau.] ¶ Commemoratur & tertia Clematidis species à Plin. lib. 24. cap. 15. Italis *Centunculus* appellata, eadem fortasse cum ea, quam Dioscorides Gnaphalium appellat.

Clēmēns, tis. om. r. Lenis, mitis, mansuetus, humanus, q remittit de eo quòd possit prosequi. [חנון *channūn* רחום *rachūm* חסיד *chasidh.* πρᾶος, ἵλεως. Gal. *Doux, humain, misericordieux, paisible clement.* Ital. *Clemente, piacevole, liberale, mansueto.* Germ. Sanfftmütig/mitt/barmhertzig. Belg. Sachtmoedig / goedertieren. Hisp. *Mite, manso, y templado.* Polon. *Miel, ofyerny, dobrotliwy.* Vng. *Kegyelmes.* An. *Merciful, gentle, meek.*] Cic. 2. de Finib. Essi satis clemens sum in disputando, tamen interdum soleo subirasci. Differt à Placido, quòd Clemens sit circa rectè agentes, Placidus circa delinquentes: & clementis est nullos lædere, placidi arridere omnibus: clemens animo, placidus vultu. Terent. in Adelph. Ille suam semper egit vitam in otio, in conviviis, clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus.

Clemens mare dicitur: id est, mite & tranquillum, cui mare iratum asperum, ac sævum opponitur. Gell. lib. 2. ca 21: Nox fuit & clemens mare, & anni ætas cœlumq; liquidè serenum.

Clēmēntĭā, f. p. Lenitas, benignitas, misericordia animi, moderatio. [עמה *hanavah* חסד *chesedh* רחם *rachum.* πραότης, ἱλαρότης. Gall. *Clemence, douceur, quand la personne ne se courrouce pas aisement.* Ital. *Clemenza, benignità.* Germ. Sanfftmüthigkeit/güttigkeit. Hisp. *Aquella mansedumbre y templanza.* Polon. *Dobrotliwość, miel ofyerdze.* Vng. *Kegyelmesség.* Ang. *Mercifulnesse, meekenesse.*] Cicero de Inventione: Clementia est, per quam animi temerè in odium alicujus invectionis concitati, comitate retinentur. Terentius Adelph. Facilitate nihil homini esse mēlius, atque clementia. Cic. 7. Verr. Illam clementiam, mansuetudinemq; nostri imperii in tātam crudelitatem, inhumanitatemq; esse conversam.

Clēmēntēr, adverb. Modestè & moderatè. [πρᾴως. Gal. *Doucement, sans courroux, gracieusement.* Ital. *Benignamente, dolcemente.* German. Güttiglich/sanfftmüthiglich. Hispan. *Mansa y templadamente.* Pol. *Łaskawie.* Vn. *Kegyelmesen, irgalmassan.* Ang. *Mercifullie, meekelie.*] Cicero 6. Verr. Leniter hominem, clementerque accepit. ¶ Clementer & moderatè jus dicere, apud Cæsarem 3.

sarem 3. bel. Civil. ¶ His contraria sunt, Inclemens, Inclementia, & Inclementer.

Clēmentissimē, adverb. [Pol. *Barzo łaskawie.* Vn. *Igen kegyelmessen, engedelmessen, igen kegyelmassan.*] Gell. lib. 1. cap. 18: Hæc Varro scripsit de ipso Lælio clementissimē.

Cleonicion [κλεονίκιον. Ger. Bader Wolgemut.] Herba eadē cum clinopodio, teste Plin. lib. 24. cap. 15.

Clēpo, is, psi, ptum. Furor, surripio. [גנב *ghanáb.* Gal. *Desrober, oster & destourner secrettement & en cachette.* Ital. *Rubare, furare.* Germ. Stehlen/rauben. Hisp. *Hurtar.* Pol. *Kradnąc obierać, kłobie ciągnąc.* Vng. *Lopek.* Ang. *To steal or tak away secretlie.*] à verbo Græco κλέπτω: unde Cleptum, furto subtractum. Liv. Siquis clepsit, ne populo scelus esto, néve cui cleptum erit. Plaut. Rape, clepe, tene, harpaga. Cicer. de Rep. Non modò ut Spartæ rapere, ubi & pueri clepere discunt. ¶ Clepere verba alicujus aut sermonem, observare est, & sucupari. Pacuv. Sermonem hic nostrum ex occulto clepit, quantum intelligo. Accius Epigram. Eaq; hoc causa, ut nequis nostra auribus verba clepere. Ex Nonio.

Clēpsydrā, pen. corr. Vas è quo aqua paulatim effluens horas distinguebat, horologium. [κλεψύδρα. Gal. *Vn certain vaisseau lequel petit à petit iettoit l'eau par bas, duquel on se seruoit pour horloge.* Ital. *Horologio di acqua.* Ger. Ein Wasserhund; wie bey uns gemeinlich die Sandvhrl. Hisp. *Relox de agua que se auntiguamente.* Pol. *Zegarek cieckacy.* Vng. *Folyo ora.* Ang. *A dyall measuring hours by running of water.*] Dicta est autem Clepsydra ab aquæ furto, quòd aquam aut celet, aut furetur. Cicer. 3. de Orat. At hunc non declamator aliquis ad clepsydram latrare docuerat. Martialis lib. 6: Septem clepsydras magna tibi voce petenti Arbiter invitus, Cæciliane, dedit. ¶ Consimilis fuit hodiernæ clepsydris vascula illa apud nos usitatissima, quæ in medio instar duorum turbinum coarctantur: ex quibus pulvisculus per foramen minutum sensim delabitur ex parte superiore in inferiorem, atq; ita legitimum tempus horæ metitur. Apud veteres oratoribus actutis causas forenses præscribebatur tempus dicēdi datis clepsydris, quibus exhaustis, amplius dicere vetabantur. Plinius in Epist. Dixeram horis penè quinquenam tribus clepsydris, quas spatiosissimè acceperā, sunt additæ quatuor. ¶ Est item Clepsydra astronomicum organū, sydera dimetiens. Martianus: Clepsydris lunæ magnitudo cognoscitur. ¶ Est item Clepsydra nomen fontis, in arce Messeniorum, in Arsinoën alterum fontem influens. ¶ Fuit & Athenis in arce ejusdem nominis fons, ita dictus, quòd stare incipientibus Etesiis abundet, iisdem desinentibus exarescat. Vide Cæl. Rhodig. lib. 18. cap. 39.

Clerōmantēā, æ, κληρομαντεία, Divinationis genus, quod fit per sortes.

Clerūs, ri, m. f. [κλῆρος. Pol. *Mol vlami.* Vn. *Mily molly.*] Vermiculus est, teste Aristotele, in alveorum pavimentis nascens, quo excrescente, velut aranea obducitur alveus, & favi carie pereunt, ipsis scilicet unà cum fœtu putrefactis: quod vitii genus Clarum quoq; eruditiores appellant: hoc est, favi fœtus q; putrefactionem. Plin. lib. 1. c. 16, clerum interpretatur apud abortum, & quandam amaræ ceræ duritiem, quum inde fœtum apes non eduxerint, morbo impeditæ, aut ignavia, aut infœcunditate naturali. ¶ Græcis item κλῆρος sortem significat, vel hæreditatem: unde Cleronomus, κληρονόμος, hæres, & Cleronomia, κληρονομία, hæreditas.

Clībānūs, ni, m. f. [תנור *tannúr.* κλιβανος. Gal. *Vn four.* Ita. *Tegglia testa.* Ger. Ein Ofen. Bel. Een oevt. His. *Horno.* Pol. *Piec.* Vn. *Kemmencze.* Ang. *An oven, a fournaise.*] Instrumentum placentis potius, & id genus cibis, quàm pani coquendo dicatū, quod antiquitus ex testa, seu opere figulino fieri solebat, postea etiam ex ferro, vel ære. Colum. lib. 3: Scrobem clibano similem esse debere, ut imus, quàm summus, patentior sit, ut latius radices agantur. Plin. lib. 19: Cortices quoque decussi clibanis & furnis præbent usum. Differt autē Clibanus à furno, quòd hic major sit, & immobilis: Clibanus autem minor, ut quocunque visum fuerit, possit transferri. ¶ Hinc κλιβανίτης ἄρτος à Græcis appellatur, qui non in furno, sed in clibano coctus est: quem Varro li. 4. de Ling. Lat. Testuaceum appellat, quòd scilicet in calido testo (sic enim clibanum testuaceum appellat) coqueretur.

Clībānārīūs, m. f. Qui bene ferro & armis munitus certamen init. [κλιβανάριος. Pol. *Zbroiny uzbroiony do potrzebi zbroiu.* Vn. *Fegyverben viteź.*] Nazarius in Panegyrico ad Constant. Operimento ferri, equi, atq; homines obsepti: clibanariis in exercitu nomen est. Dicti Clibanarii, quoniam more testudinis arcuatis armis (quæ clibani forma est) utebantur. Ammianus Marcellinus Clibanarios eosdem esse tradit, cum iis, qui Græco nomine appellantur *Cataphractii.*

Clīdīum, κλίδιον, Thynni jugulus est, qui præcipuè in recenti hoc pisce commendatur. Plin. lib. 9. cap. 15: Thynni membranum cæsim cervice, & abdomine commendantur, atque clidio, recenti duntaxat, & tum quoque gravi cutis: cæteræ parte plenis pulpamentis sale asservantur.

Clīduchūs, [κλειδοῦχος. Pol. *Klucznik.* Vng. *Kulcsár.*] Græcis claviger sigificat, κλεῖς νῦν κλειδός: hoc est, à clave. Plin. lib. 34. cap. 8: Fecit & quadrigas, bigasque; & cliduchon eximii formæ.

Clīēns, com. t. Qui in fiducia & tutela alicujus est, & patronū habet: [לקוח *chaunáio* עבד *hebédli* חסיד *chasidli.* κλιεντ, πελάτης. Gal. *Vassal de quelque seigneur, celuy qui s'est mis en la protection & defense d'vn autre.* Ital. *Cliente.* Ger. Das vnder ein Vogtman ist/vnd eines anderen schirm/ein Vogtling/vnderthan. Bel. Onderdan. His. *Encomendado à alguen auogado.* Pol. *Sprzeczny, przeciwnik wspierać.* Vn. *Valahi gonoya vifelöje alat valo.* An. *A retainer/a gentleman.*] nā Patronus defēsor causæ est dictus, quasi pater: Clīēs autē defensione indigens: id est, litigator, qui patronum colit & sequitur, ut ab eo defendatur. Sed ut restius vim vocabuli intelligas, scito quemadmodum Budæus in Pand. scribit, moris fuisse apud antiquos, ut provinciales & socii populi Romani in clientelā sese darent proceribus Romanis, quos patronos sibi adoptabant, non modò publicè, sed etiam privatim: iiq; ut clientes eorum dicerentur, inter se verò hospites. Ferebat autem id hujusmodi necessitudo, ut clientes perpetuò patronorum suorum patrocinio caput ac fortunas suas tuerentur: vicissimq; ipsi patronos suos omni observantia atq; obsequio colerent, & venerarentur. Cic. in Divinat. in Verrem: Clarissimi viri nostræ civitatis temporibus optimis, hoc sibi amplissimum pulcherrimumq; ducebant, ab hospitibus, clientibusve suis, ab exteris nationibus, quæ in amicitia pop. Rom. ditioneq; essent, injurias propulsare, eorumq; fortunas defendere. Quinetiā (ut idem scribit) quos Vassallos vocare solent, Clientes appellare possumus: & Clientelā, observantiam ipsam: & obsequium, quod Homagium dicunt, Clientelaris officii sponsionem, agnitionemq;.

Clīentā, tæ, fœmininum, quo usus est Plaut. in Mil. Habeo ancillam clientam meam, meretricem adolescentulam. Idem in Rud. Iam clientas reperi. Afranius similiter in Pompa. Interim tua clienta. Et Horatius: Nec laconicas mihi Trahunt honestæ purpuras Clientæ. Sosipater lib. 1. In quo tamen Horatii loco nostra exemplaria Clientes habent, non Clientæ.

Clīentēlā, Clientum multitudo, qui potentem aliquem civem, principémve favore prosequuntur, & cujus dignitate fiditisnemq; tutantur, ducti aliqua mercede, vel beneficio. [חסות *maghin* חסד *chesédli.* πελατεία. Gal. *Le domaine, la protection & fauorgarde des Seigneurs enuers leurs vassaux & sujets.* Ital. *Sicurtà, clientela.* Ger. Vnter der Vogtkinderen: das ist/deren die Schemlet haben. Hisp. *A quella encomendacion, y seguridad.* Polon. *Opieka.* Vn. *Valahinek part tartoi (avagy) Oralom.* An. *The protection and defence of lordes tenantes their subiectes.*] Cicero ad Att. lib. 14: Scio quàm diligam Siculos, & quàm illam clientelam honestam judicem. ¶ Item Clientela dicitur fides, tutela: unde Committere, vel conferre se in clientelā alicujus, est sese alterius clientem profiteri, & ejus patrocinio, sive (ut Gallorum vulgus loquitur) *Salvegardia* se committere. Terentius in Eunuch. Thais patri se commendavit in clientelam & fidem.

Clīmā, atis, n. t. [מאה *peah.* κλίμα. Gal. *Climat, region, mais de pays.* Ital. & His. *Clima.* Ger. Ein climat/ein auf gegend/ein theil des Himmels oder Erdbodens. Pol. *Wymiarzona ziemia, ziemia miebo ziemi.* Vn. *Az egynek tartomanyi, birodalma darab resszei.* Ang. *A climat, the trait and draught of a citrée.*] Græca dictio, quę spatiū significat, duobus respondens parallelis, quo diei longitudo ad dimidiatam horam variatur. Vitr. lib. 1. cap. 1: Disciplinam verò medicinæ novisse oportet propter inclinationes cœli, quæ Græci κλίμματα dicunt.

Clīmāx, [סלם *sullám* מדרגה *madhreghah.* κλίμαξ. Gal. *Echelle, degré.* Ital. *Scala.* Ger. Stägen/ietteren. His. *Escalera.* Pol. *Drabina, schod.* Vng. *Gerádics, lépcsőzés.* Ang. *A ladder, or the steppes of a ladder, or stairs.*] Latinè scala vel potius scalæ: est figura, quæ dicitur Gradatio: qua paulatim veluti per scalas ascendimus: ut apud Ovidium: Viderat hanc, visamque, cupit, potituque cupita.

Clīmācterīcūs, ca, cum, [κλιμακτηρικός. Pol. *Sypiebiorczy, stopniowaty.* Vng. *Gerádicsos.*] Latinè dici potest Scalaris, ἀπὸ τοῦ κλιμακτῆρος, quo nomine Græci scalarum gradus significāt. Vade numerus climacterieus dicitur, ad quem per gradus, & veluti scalas quasdam paulatim ascēdimus: qualis est numerus, qui ex novem novenariis resultat. Nam unitas ter sumpta conficit ternarium. Ternarius in se ductus, novenarium. Novenarius autem novies sumptus conficit unum & octogiens, qui est numerus Climacterieus. Hunc autem numerum in humanæ vitæ annis maximè formidabilem esse, à veteribus proditum est, quippe qui raro sine vitæ, aut fortunarum periculo soleat transmitti. Hoc enim anno ætatis Plato Philosophus, Diogenes Cynicus, Dionysius Heracleotes, Eratosthenes grammatica diem suum obierunt: alii annum ætatis sexagesimum tertium

tertium in primis periculosum judicarunt, qui constat ex septies tribus et multiplicatis, quem etiam Climacteta vocabant. Vnde Augustus Caium nepotem lætum natalem diem suum celebrare jubet, quòd annum illum omnibus senibus periculosissimum evaserat. Fuerunt etiam qui annum undequinquagesimum maximè formidarent: partim quòd sit numerus quadratus, quem potentissimum credidit antiquitas: partim etiam quòd ex septenario septies multiplicato resultaret inter omnes numeros veteres plurimum detulerunt adeò ut per omnem vitam septimum quenque annum periculosum & crisimum esse voluerint, sed quum præcipue qui per ternas hebdomadas ascenderet, qualis est annus primus & vigesimus, qui ex tribus septenariis constat: item quadragesimus secundus, & sexagesimus tertius, & omnium maximus octogesimus quartus.

Clingo, Veteres pro Cingo usurparunt à Græco κλίνω. Festus.

Clinicè, ces, κλινική, Medicina, quæ victu, & pharmacis corporibus medetur. Dividitur enim Clinice in duas partes, in Diæteticen, quæ victu medetur: & Pharmaceuticen, quæ medicamentis curat. Plin. lib. 29. cap. 1: Is quum fuisset mos, liberatos morbis scribere in templo ejus Dei, qui auxiliatus fuisset, ut postea similitudo proficeret, exscripsisse ea traditur: atque (ut Varro apud nos credit) jam templo cremato instituisse medicinam hanc, quæ Clinice vocatur.

Clinascis, m. f. pen. correp. [κλινικός. Pol. Lekarz przyslicie vydrawiczny. Vng. Orvos, betegbőz sárósznos. Ang. Bedered, one physicke that he can not rise.] Medicus qui diæta curat, aut medicamentis dictus à lectis ægrotantium, quos frequentare solet, quasi Lecticularius. Martialis: Sote filia clinici: id est, medici. ¶ Dicuntur & Clinici, qui ita morbo affecti sunt, ut surgere è lecto nõ possint, nullaque amplius de eorum salute spes sit. Plin. libro 25. cap. 3: Medetur ita morbis comitialibus, ut diximus, vertigini, melancholicis. Et paulò pòst: Stomachicis, spasticis, clinicis, &c.

Clino, as, inclino. [נטה natah. κλίνω Gallicè, Incliner. Italicè, Chinare. German. Neigen, Biegen. Hispanice. Inclinar è abajar. Polon. Nachilnie. Vngar. Hajtom, meg hajlok. Anglicè, To bowe.] Græcum est: & licet non sit in usu, ejus tamen composita usurpantur, quæ sunt Acclino, Declino, Inclino, & Reclino: de quibus suis locis.

Clinamen, inis, neut. gen. Inclinatio. [נטיה not. è κλίνω. Gall. Declinement, & inclination à costé. Ital. Inclinatione. Germ. Neigung. Hisp. Inclinacion. Pol. Nachilenie, nakl'onienie. Vngar. Meg hajlás. Ang. Bowing or turning to a side.] Lucretius de inclinatione elementorum & primorum corporum: sed ne res ipsa necessum latestinum habeat cunctis in rebus agendis, Et devicta quasi cogatur ferre, patiq; Id facit exiguum clinamen principiorum, Nec regione loci certa, nec tempore certo.

Clinè. [κλίνη. Ger. Ein Bett. Polon. Łożko. Vngar. Agy. Ang. A bed to rest on.] Latinè lectus, lectica mensa. ἐξωκλίνη, totus decubitorius, qui sex capiebat. Martial. Et testudinem mensis quatere heraclinon.

Clinellõn, κλινίδιον, lectulus. [Vng. Agyacska.]

Clinopalè, les, f. p κλινοπάλη, palæstra lecti dicitur: πάλη, Græcè lectus: πάλη, palæstra sive lucta. Suet. in Do. Assiduitate concubitus velut exercitationis genus clinopalem vocabat. Sic Vng. nocturna bella vocat colluctationes venereas: & ab Apulejo militia amatoria dicitur. Clinopalè, immodica fruitio, & venerearum rerum usus, apud Paulum lib. 1. cap. 17.

Clinopodion, κλινοπόδιον. Herba est serpillo similis, surculosa, palmi altitudine. Nascitur in petrosis, orbiculato florum ambitu, speciem lecti pedum præbens: unde & nomen accepit. Hæc Plin. lib. 24. cap. 13. Putatur esse eadem quam officinæ Polemium montanum appellant. [German. Ein kraut dem wilden Oßenmet vnd Poley nacht vngleich.]

Clitellæ, arum. Dicuntur, quibus sarcinæ colligatæ multæ, & id genus veterinis, portantur, qui vulgò Basti vocantur. [כלי. clar. ἀσάγαγα, ἀποσκευή, ἀκφόρια, σαγήνη. Gall. Le bas qu'on met sur un mulet, asne, ou autre beste pour porter faix. Italicè. Basti. Germanicè. Saumsattel: sind darauff die maulthier schwere last tragen. Hispan. Las albardas è ensalmas. Polon. Sjodło na kiesmu mosjna cięszary na mulietch albo osłiach. Vngar. Tereh hordozo nyőg. Anglicè. Lade saddles.] Horat. in Satyr. Hinc muli clitellas tempore ponunt. Cicero ad Attic. lib. 5: Clitellæ bovi sunt impositæ: hoc est, homini inepto, & nequaquam idoneo delegata est provincia. Vide Erasmi Adagia. ¶ Hoc etiam nomine significatur locus Romæ, teste Festo, propter similitudinem clitellarum, & in via Flaminia loca quædam devexa subinde, & acclivia. ¶ Item quoddam tormenti genus, teste eodem.

Clitellarius, Qui clitellis utitur. [ἱππαγωγός, ἀποσκευοφόρος. Gall. Qui porte faix dessus son dos ainsi vn bast. Ital. Che porta la basta. German. Der mit einem solchen sattel schwere burdinen tregt. Hisp. Cosa de albarda. Polon. Ten ktori nosi ciężkie sjodła Wiczerem mosjse. Vngar. Tereh hordozo. Ang. That beareth any

thing on his back in a lade saddle.] Vnde clitellarii muli dicuntur, qui neque ephippiati sunt, neque desultorii: nec bigas, aut quadrigas, aut currus ducunt, sed clitellati ferunt onera. Plautus in Most. Muliones, mulos clitellarios Habent, ego habeo homines clitellarios: Magni sunt, oneris quicquid imponas vehunt.

Clitorium, muliebre pudendum, quod & Scandrus dicitur.

Clivosus, a, um, adjectivum, Difficilis, arduus: [קשה. Kasheh. Pol. Wysoki. Vngar. Nehez. Ang. Vneasie to go vp.] ut, Clivia auspicia, οἰωνοὶ ἀνωμαλοι καὶ ἀνωφερεῖς, quæ aliquid (inquit Festus) fieri prohibebant: nam & omnia difficilia & ardua nominabantur Clivia: unde & Clivi.

Clivus, avis, in auguriis dicebatur, quæ alio nomine vocabatur Prohibitoria & Clamatoria: à clivis auspicis dicta, quæ, teste Festo, dicebantur adversa, quibusque aliquid fieri prohibebatur. Hanc avem suo seculo fuisse incognitam, autor est Plin. lib. 9. cap. 15.

Clivus, vi, m. f. Collis, locus arduus. [גבעה. ghibbah. γαιλόφος. Gall. Vne petite montagne qui n' a pas grand' pente, la pente & descente d' vne montagne. Ital. Scesa da vna montagna all' ingiù, pendente, collina. Germanice. Ein buhel, Ein ort das fein langsam haldecht oder sbnia ist. Hispanice. La cuesta arriba, ò la cuesta abaxo. Pol. Pagorek przydl'ssy a pochel'y. Vngar. Hegy meredeksege. Angl. The pitch of an hill, the bending downe of a thing.] Virg. 9. Aeneid. - qua se subducere colles Incipiunt, mollique jugum demittere clivo. ¶ Clivus Capitolinus. Cicero ad Attic. libro 2: Quem ego in clivo Capitolino te signifero à principe collocaram. ¶ Hujus composita possunt esse ràm secundæ quàm tertiæ declinationis: ut, Acclivus, a, um, & Acclivis, & hoc acclive, Declivus, & Declivis: Proclivus, & Proclivis: quæ habent penultimam productam. Dictus clivus à clino pro inclino. Vide Vallam. lib. 4. cap. 43.

Clivulus, li, diminutivum à Clivus. [γαιλοφία. Gall. Vne petite montagnette, vn petit tertre. Ital. Piccol collina. Ger. Ein reinlin oder bühelin. Hisp. Pequenna cuesta. Pol. Gorka. Vngar. Meredekecske. Ang. A little pitche of an hill.] Colum. lib. 6. cap. 36: Duos parietes adverso clivulo inædificatos habet.

Clivosus, a, um, adject. Clivis abundans: [βαράθρε. Gall. Qui a plusieurs montaignettes, inegal, ayant plusieurs pentes et descentes. Ital. Pendente, montuosa. Ger. Das viel bühel oder rein hat. Hisp. Cosa llena de cuestas. Pol. Miejsce gdzie gesle pagorky. Vngar. Meredekes helyen. Ang. That hath many little mountains and pitches.] ut Clivosa loca. Col. de arboribus cap. 4: Curandum autem est, ut locis aridis & clivosis altius vites deponantur, quàm si humidis & planis. Virg. 2. Georg. Nam jejuna quidem clivosi glarea ruris Vix humiles apibus casias, roremque ministrat.

Cloacæ, pen. prod. Loca cava, sive ea publica sint, sive privata, quò sordes confluunt. [מזחלות. mozchaloth. ἀφεδρῶνες. Gall. Vn esgout par où s' en vont les immondices de quelque lieu. Ital. Cloace, chiocche. Germ. Ein dolum, ein ort darein sich alles vnflaht versatiret. Belg. De wytio goten. Hisp. El albañar à do arrojan las primadas. Pol. Wychod, albo miejsce gdzie plugalstwo zgromadzala. Vng. Kamara fijk, arnyek fijk. Ang. A draught, a sinke.] Vnde Arcè facere ex cloaca, dicit Cic. in Orat. pro Plancio, pro eo quod est, rem humilem & nullius ferè momenti supra modũ extollere. Fistulæ quoq; fossæ & viæ illæ subterraneæ parietibus in modũ aquæductus munitæ, per quas aquæ pluviæ extra urbem vel in flumen dilabentes, urbis sordes secum rapiunt, Cloacæ dicuntur, ἀφεδρῶνες, quòd urbem immunditiis purgent. ¶ Dicta est autem Cloaca (ut putatur) à colluendo, quasi colluaca. Festus. ¶ Cloacando, hoc est, inquinando derivat. quum tamen potiùs contrà, Cloacare verbum à Cloaca deductum videatur. Cic. pro Cecin. Qui de fossis, de cloacis, de minimis aquarum, itinerumq; controversiis intercedit. Plaut. verò in Curcul. stomachum immundæ verulæ & alvum, Cloacam nominavit. Age, inquit, effunde hoc citò in barathrũ, Properè proluere cloacam.

Cloacellã, diminutivũ. [Pol. Wychodek. Vng. Arnyik fijkecske.] Lampridius in Heliogabalo: Additaque injuria cadaveri est, ut id in cloaculam milites mitterent.

Cloacalè flumen, Cato dixit, pro cloacarum omnium colluvie: ut annotavit Festus.

Cloacarè, Inquinare: [מזחל. zimmẽ. ῥυπαίνω. Gallicè, Souiller. Italice Imbrattare, macchiare. German. Besudlen / verunreinigen. Hispanice. Ensuciar è manchillar. Pol. Poplugawic. Vngar. Meg vndosittam. Ang. To defile, to make foul.] unde Cloacam dictam putavit Festus.

Cloacarius, adjectivum, ut cloacarium vectigal. [Polon. Wychodè chodejsze. Vngar. Arnyik fijkben vala.] Vlpianus D. lib. 50. Tit. 1. l. 49: Hæres cogitur legali prædii solvere vectigal præteritum, ut tributum vel solatium, vel cloacarium vel pro aquæ forma. Sic

Cloacarium, pecunia est purgandis cloacis attributa. Vlpian. in l. 27. D. de usuf. tuct. Si quid cloacarii nomine debeatur, vel si quid ob formam aquæ ductus. Ex Horom.

Clostrum, n. s. idem quod claustrum. [משברת *misbéreth sebér.* κλεῖθρον. Germ. Ein Riegel. Vng. *Szegerczfa.*] Cato de Re rust. cap. 13: Trullas ligneas duas, claves cum clostris.

Clōdicāre, κρυπτάζειν, veteres dixerunt pro claudicare. Cic. 2. de Orat. Præclarum & grave est, quòd Caludino Glaucia claudicanti. ubi est vetus illud: Num claudicat? at hic clodicat. Hoc ridiculum est: & utrumque ex eo quod in claudicatione animadverti potuit, est ductum.

Clucidātus, a, um, Antiqui dixerunt pro dulci & jucundo, ἡδύς & γλυκύς. [מתוק *matheḱ* ערב *hareb.* Pol. *Rozkoszny.* Vng. *Edes.* Ang. *Sweete.*] Festus. Varro lib. 6. de ling. Lat. citans antiquum poetam in Agidone: Clucidatus, suavis est, tametsi à magistris accepimus mansuetum. Ita enim doctissimè legit Scaliger, quum antea Caudatus legeretur.

Clūdo, is, act. 3. idem quod claudo: quo verbo veteres utebantur. [סגר *sagár.* κλείω. Gall. *Clorre, enclorre, enuironner, entourer.* Italice, *Chiudere, serrare.* Germanice, Beschliessen. Hispan. *Cerrar.* Polonice. *Zamieram.* Vngar. *Bezárni.* Ang. *To shut in, to include.*] Cicero 2. de Nat. deor. Ipsum autem mare sic terram appetens littoribus cludit. Martial. lib. 11: Sed mors vocis iter properavit cludere blandè. In veteribus quoque numismatibus legimus, Ianum clusit.

Clusus, particip. Valer. Flac. [Germ. Umbgeben.]

Clusilis, le, pen. corr. Plin. [Germ. Das sich gern test beschliessen.]

Cluēo, es, ere, n. s. Perhibeor, putor, nominor. [נחשב *nechschab.* κλύω. Gall. *Estre reputé, auoir le bruit.* Ital. *Essere stimato, nominato.* Ger. Genannt oder geachtet werden. Hisp. *Ser estimado y nombrado.* Pol. *Miano, za tego sie gl ości.* Vng. *Hirdettetem, neuezettem.* Ang. *To be in reputation, to have a renowme.*] Plaut. in Trin. Ita fis, ut nomen cluet. Idē in Epid. Senati qui columen cluent: id est, habentur, & reputantur columen Senatus. Idem in Pœn. Vt volupe est homini mea soror, si quod agit, cluet victoria: id est, victoriæ tribuatur. ¶ Dicimus etiam Cluo, is, per tertiam inflexionem, quod sæpè pro splendeo accipitur. Prudentius: Qui patria virtute cluis. Cic. de Clar. Orat. Tum duo Cæpiones multùm cluentes consilio, & lingua, plus autoritate tamē & gratia sublevabant. ¶ Interdum etiam pro purgare. Plin. lib. 15. cap. 29. Depositis armis in eo loco, qui nunc signa Veneris Cluacinæ habet. Cluere enim antiqui purgare dicebant.

Clūmæ, f. p. sunt Folliculi hordei. Festus. [ἄλυτα, ἄχυρα. Pol. *Plienie ierzyn i owsa.* Vngar. *Arpa magtoka.*]

Clunadum, Culter sanguinarius: quòd ad clunes dependeat, vel quia clunes hostiarum dividat. Autor Festus.

Clūnis, nis, sæpius in plurali Clunes, clunium, Nates, sive natium tumor: tàm masculini, quàm fœminini generis. [עכוז *ſcheuh.* κωχός. Gall. *La fesse.* Ital. *Natiche.* Ger. Der arsbacke. Belg. Een cersbille. Hisp. *Las nalgas.* Pol. *Zadek, Dupa.* Vng. *Far.* Ang. *The hippe or buttocke.*] Iuven. -tremulo descendūt clune puellæ. Plaut. Quasi lupus ab armis valeo, clunes infractos gero. Horatius: Quòd pulchrę clunes, breve quòd caput, ardua cervix. Hinc Simias clunes appellasta volunt, & clunes tritas geraut.

Clūnīculus, diminutivum. [τὸ κωχίδιον. Pol. *Hudpik.* Vngar. *Farocska.*] Gellius: Cæterarum avium atque altilium nisi tantum apponatur, ut à cluniculis inferiore parte saturi fiant, convivium putabant inopia sordere.

Clūsīnum far, [Pol. *Smiatſa mąka.* Vng. *Liſztlaing.*] Adorei sive farri genus est candidius: ita dictum à Clusio Hetruriæ urbe. Colum. lib. 2. cap. 6: Adorei autem vidimus in usu, plerunque genera quatuor. Far, quod appellatur Clusinum, candoris nitidi. Far, quod vocatur Vermiculum, rutilum: atq; alterū candidum: sed utrunque majoris ponderis, quàm Clusinum. Semen semestre, quod dicitur Alicastrum.

Clusios, Galli nominant dæmones quosdam, quos nonnulli existimant spiritus esse elemento aëreo compositos.

Clusura, Vide suprà in CLAVDO.

Clymenos, sive Clymenon, κλύμενος, Herba est fabæ caulem ferens, quadratum, folia plantaginis, folliculis supra caulem in se inflexis, ut in polypotum cirrhis. Ita dicta à Clymeno rege, teste Plin. lib. 25. cap. 7. Vulgus hodie partim *Cypriam*, partim *Saponalem* appellat.

Clypēus, & Clypeum, sive Clupeus, y, in u, conversa. [מגן *magēn.* ἀσπίς. Gall. *Bouclier, targe, rondelle.* Ital. *Scudo.* German. Ein schilt den man im trieg zum schirm braucht. Hispan. *Escudo o paues.* Polon. *Tarcza, pawęza.* Vngar. *Pajzs.* Ang. *A shield, targe, or buckler.*] Scutum majus, & tātùm peditū, sicuti Scutum equitū, Servio autore. Livius lib. 6: Clypeis antè Romani usi sunt: deinde postquam stipendiarii facti sunt, scuta pro clypeis fecere. Dicti Clypei, ἀπὸ τοῦ κλέπτειν, quòd celent totum corpus: vel à clepere, quod est furari ab ictibus. Plin. lib. 35. cap. 3. ἀπὸ τοῦ γλύφειν: hoc est, sculpendo, cælandoque deluxit: ut dicatur clypeus quasi γλύπτον: id est, sculptus, g, in c, mutata. Scutis, inquit, qualibus pugnatum est apud Trojam, continebantur imagines. Vnde & nomen habuerunt clypeorum: non ut perversa Grammaticorum subtilitas voluit, à cluēdo. ¶ Clypeum quoque (ut Festus scribit) Antiqui ob rotunditatem etiam coriam bovis appellarunt, in quo fœdus Gabiorum cum Romanis fuerat descriptum. ¶ Clypeus vel clypeum, imaginem quoq; significavit, ut veteres Grammatici voluerunt: fortassis inde quòd clypei imaginibus pingi & ornari solebant. Vide Suāpatrum lib. 1. suæ Gram.

Clypēo, as, are, Clypeo munire est. [Pol. *Tarczom sie osłaniam.* Vngar. *Pajzsozom.*] Pacuvius in Harmonia: Currum liquam chlamyde contorta astu clypeat brachium. Nonius citat ex Pacuvio, & Varro lib. 4. de ling. Lat.

Clypēātus, m. f. Clypeo munitus. [משא מגן *nosé magēn.* ἀσπιδοφόρος, ἀσπιδόκρανος. Gall. *Garni de bouclier.* Ital. *Armato di brociero.* German. Der mit einem schut bewaret ist; ein schildmann. Hispan. *Escudado, armado de escudo.* Polonice, *Tarczą uzbroiony.* Vngar. *Pajzsos.* Ang. *That is armed with a buckler or shield.*] Plin. in Curc. Clypeatus elephantum ubi machęra diligit. Sic apud Virgil: 7. Aen. Clypeata agmina. Insequitur nimbus pedum, clypeataq; totis Agmina densantur campis.

Clysmūs, [רחץ *rachats.* κλυσμός. Vngar. *Mosodás, tisztogatás.*] Latinè purgatio, sive lotio dicitur. Vnde Cataclysmus, de quo suprà.

Clystēr, eris, pen. prod. m. t. κλυστήρ, quod & Clysterium, κλυστήριον dicitur, ἀπὸ τοῦ κλύζειν, quod est abluere: nam clystere alvū ægrotantium lavare, seu purgare solemus. [Gall. *Clystere.* Ital. *Cristero.* Germ. Ein Cristier. Hispan. *Crystel.* Pol. *Klystera.* Vng. *Kristély.* Ang. *A clerster.*] Plin. Cucurbita infusa clystēribus, intestinorū omnium vitiis medetur. Macer tamen hujus nominis penultimam corripit. Appositis digitis aut intus clystere fusis: quem ea in re non imitabimur. ¶ Accipitur item Clyster pro ipso instrumento, quod ad proluenda venenis incrementa sedi inseritur, quoque intestinorum (ut ita dicam) lavamentum alvo injicitur. Vlpian. l. Item si obstetrix. adig. Aquil. Si quis per vim, vel per suasum alicubi medicamentum infudit, vel ore, vel clystere. ¶ Orticularius clyster. Celsus libro 7. cap. 27: Idem humor rosa mixtus in ipsum vulnus orticulario clystere agendus est.

C ante N

CN. In notis antiquorum, Cneus, vel C. Nevius. C.N.E.S.C.C. credimus non esse causam convictam. C. N. Caius noster, vel Cæsar noster, vel civis noster. C.N.A.R.R. Cneius Arrius. C.N.L. Cnei libertus.

Cnēcōn, [κνήκων. Pol. *Maieran.* Vng. *Majoránna.*] Quibusdam herba est, quam notioribus nominibus Sampsuchum, & Amaracum vocamus: quanquam non desunt, qui hanc nomenclaturam adulterinam existiment, & inter eas numerandam, quas inter Dioscoridis notha rejiciunt doctiores.

Cnēōrōn, κνέωρον, Frutex est coronarius, cujus duo sunt genera, nigrum & candidum: utrunque germinat post æquinoctium autumnale, diuque floret, Hyginus Casiam interpretatur. Vide Plin. lib. 21. cap. 9. Dioscorides item thymelæam herbam Cneorum, & Cnestrum appellat.

Cnicūs, vel Cnecus, κνίκος. Dioscoridi, nōnullis κνῆκος. Herba est, oblonga habens folia, incisuris divisa, aspera, & aculeata: ex cujus ramulis divulsis sanguineus effluit liquor. Rudelius Cartamum sativum vocat. Officinis *crocum bastardum.* [Pol. *Krokor, albo domowy szafran.* Vng. *Safrány.*]

C ante O

CO. In notis antiquorum, conjugi. C. O. civitas omnis. CO. controversia. COM. OB. comitia obdriaca, vel obaurata, vel obchiaca. CON. consularis. CON.S.E.N.E.O.R.P.Q.R. Consensu Senatus, equestris ordinis, populique Romani. CONS. vel CS. Consiliarius. COL. vel C.L. Colonia, vel coloniæ, vel coloni. COL.L. collegæ, vel collegia, vel collegiū. COL. collega, vel colonia, vel columen. COL.L.FABR. collegium fabrūm, vel fabrorum. COH. cohors. CONIV. coniunx. CONIV.OBSQVE. conjugi obsequēntissimæ. CONIVG. M. conjugii Mercurii. CONX. conjunx. CONLIB. conlibertus, vel conliberta. CONTVB. contubernalis. COR. Cornelius. CORP. corpus. CNEI.R.F. Cornelliæ regis filia. CORN. AVRS. coronas aureas. COS. consul. COS QVAR. vel IIII.L. consul, quartùm vel quartò. COSTER. consul tertiùm vel tertiò. COSS.DESIG. cōsules designati. COSS. Consules, vel consiliarii. COS.DES. consul designatus. C.P. civis publicus. CPS. capsa. C.P.T. causa petitionis, vel causam posuit. CPRSS. cupressi.

Coā vestis, sive substantivè Coa, in plurali numero, subtilissimum erat vestis genus ex bombyce, adeò tenue, ut corpus pelluceret. [βομβύκινοι χιτῶνες. Pol. *Rabek sedwabni cienko tkany.* Vngaricè, *Oly vékony bársony ruha, az ki által vonder testünket látszik.* Angl. *A thinne kind of cloth of silk.*] Dictum à Coa insula, vulgò Lango, in qua & bombycem nasci solere, sicut in Ceo insula, autor est Plin. libro 11. cap. 23. Ovid. de Arte amandi: Sive erit in Tyriis, Tyrios laudabis amictus, Sive erit in Cois, Coa decere puta. Fuerunt qui etiam Cois in nominativo dici putarunt.

tarent pro hac veste, decepti autoritate Horatii in Satyr. Altera nil obstat, Cois tibi penè videre est, Vt nudam. Qui profectò erroremium est puerilis, quum Cois ibi non nominativus sit, sed ablativus. Eædem & Ceæ vestes dicuntur, à Cea insula, in qua Pamphila Latoi filia prima rationem invenit bombycum telas retorquendi, easque rursum texendi: ut testatur Plin. lib. 11. cap. 22.

Cōāccedo, dis, Simul accedo. [συνεπιδίδωμι, συμπροσέρχομαι. Gall. Approcher auec les autres, estre mis auec. Ital. Accostarsi insieme. Germanicè, Sampt andern herzu kommen. Hispan. Allegarse, ò estar juntamente. Pol. Wespol przystępuie. Vng. Eggyütt hozzá járulok, megyök. Ang. To come to with others.] Plaut. Curc. quia de illo emi virginem Triginta minis, vestem, aurum, & decem pro his coacceduntminæ.

Cōācervo, as, Cumulo, congrego, addo, cogo. [אסף asaph חבר chabar, צבר tsabar. συνεφέω, συμφορέω. Gall. Entassier ensemble, amonceler monceau sur monceau, accumuler. Ital. Accrescere, congregare, ammassare, ammare. Germ. Zusammen haufen. Hispan. Amontonar ò ayuntar. Polon. Zgromadzam, do kupy zbieram. Vng. Egy rakásba gyűytöm. Ang. To gather in heapes together.] Liv. 5. ab Vrb. Armorumque cumulos, ut mos illis est, coacervare. Cæs. 2. bel. Gal. His dejectis & coacervatis cadaveribus. Cicer. 2. pro leg. Agrar. Antè pecuniæ coguntur, & coacervantur, quàm gleba una emitur.

Cōācervātio, nis, f. t. Coactio, cumulatio. [צבור tsibbur. συνάθροισις, συνάθροισμα. Gall. Entassement, & amoncelement ensemble. Ital. Accumulatione, ammassamento. German. Zusammen haufung. Hispan. Amontonamiento. Polon. Zgromadzenie. Vngar. Egy rakásba gyűytés. Ang. Heaping together.] Cic. in Part. Atque hæ quidem utique maximè in peroratione facienda: alteri frequentatione argumentorum & coacervationem universa: alteri si planè causam redarguendo explicarit.

Cōācesco, n. t. ex Con & Acesco, sed n abjiciter: significat simul vel totum acidum fio. [חמץ chamatz. ἐξοξόω. Gall. S' enaigrir, devenir aigre. Ital. Diventar acido. Germ. Ganz herb oder saure werden. Hisp. Avinagrarse. Pol. Ocyrzieie. Vng. Meg ecetesülök. Ang. To waxe sour or tarde.] Cic. in Cat. Vt enim non omne vinum, sic non omnis ætas vetustate coacescit.

Cōāctilia, Involucra dicuntur vestibus involvendis, circumferendisq; idonea. [Pol. Tłomoczek. Vng. übe táska.] Vlp. l. argumento, de Auro & argento l. Aristo etiam coactilia vesti cedere ait, & tegumenta subsellorum, huic legato cedetur. Bayfius coactilia eas vestes interpretatur, quæ ex lanis & villis coactis fiunt, quas vulgò Feltres appellamus. Lanæ, inquit Plinius, & per se coactæ vestem faciunt.

Coacto, Coactura, Coactor, Coactus. Vide COGO.

Coacum, emplastrum nigrum: quanquam legendum suspicatur Cæsarius Choacon, aut Chiacum, ut apud Georg. Vall. de Cura oculi. Nisi Coacon quod inter Hippocratis opera liber habetur, qui inscribitur de Coacis prænotionibus. Inde nomen deductum videri potest. Cels. lib. 4. cap. 29.

Cōāddo, Simul addo. [הוסיף hosiph. προσεπιδίδωμι. Gall. Adiouster, mettre en semble. Ital. Aggiungere insieme. Germ. Mit ein anderhinzu thun. Hisp. Ayuntar en vno. Pol. Przydaie. Vng. Hozzá adom. Ang. To put or seyne together.] Cato cap. 40. Sumito tibi fasciculum durum, cum præacuito: falicem Græcam discindito, argillam vel cretam coaddito.

Cōāduno, ad. p. In unum cogo. [יחד jichodh. συνάγω. Gall. Assembler ensemble, faire venir l' vn a l' autre. Italicè, Addunare. German. Vereinigen/ zusammen fügen. Hispanicè. Ayuntar diuersas cosas en vno. Polon. Zjednoczam społecznie. Vngar. Egybe gyűytöm egyben vagy egy tőmöm. Ang. To gather together in one.] Plinius de Venis illustribus: Ipsi coadunatis pastoribus, civitatem condiderunt. Brachium statuæ coadunare, Iulianus in l. Tigni appellatione §. idem est. ff. ad exhib.

Cōædifico, act. p. Arctè ædifico, ædificiis frequento: [συνοικοδομῶ. Gallicè, Edifier ensemble, adiouster bastiment pres l' vn de l' autre. Italice. Fare insieme, più edificij. German. Eng bawen/ oder in ein ander bawen. Hispan. Edificar juntamente. Polon. Nadbudowie, ściśnienie. Vngar. Gyakran és szorosan epitök. Angl. To build together or nigh other buildings.] ut Coædificatus locus, cui opponitur Vastus. Cicero Part. Culti an inculti: celebres an desertos, coædificati an vasti.

Cōæquo, as, are, act. p. Aequo. [שוה schivvah. ἰσόω, ἰσοπαλίζω. Gall. Egaler. Ital. Agguagliare. Germ. Vergleichen/ gleich machen. Hisp. Igualar vna cosa con otra. Pol. Rownam. Vngar. Meg igyenesítem, hozzá igyenesítem, egyenlővé teszem. Ang. To make one thing equall with another.] Salust. Sed quoniam coæquare gravitatem omnium difficile est. Col. lib. 3. cap. 13: Duabusq; gemmis supra terram eminere passi, repositis humo cætera coæquant.

Cŏlymbĭdes, [κολυμβάδες. Gall. Olives confites, qui nagent en saumure. Ital. Olive condite. Ger. Eingemachte oliven. Hisp. Azeytunas. Pol. Oliwne nassolone. Vng. Sós olaymag. Ang. Confected olives which swimmethin sauce.] Vocabantur olivæ quædam condititię, διὰ τὸ κολυμβᾶν, quod innatare est: propterea quòd propter suam levitatem fallilagini innatabant. Plin. lib. 23. cap. 3: Colymbades sordida ulcera purgant, mutiles difficultatibus urinæ. Quæ autem conditurę ratione hoc olivæ genus soleat parari, vide apud Ruell. lib. 1. cap. 104.

Colymbus, κόλυμβος ☉ vel κολυμβὶς & κολυμβὰς, Avis est, quæ à Gaza Vrinatrix vocatur apud Arist. Gallis Cotere. Est ex palmipedum numero, circa lacus amnesq; versatur, sed fonis part. Ejus meminit Athenæus libro 9. cap. 19. cui μικρὸς κολυμβὶς est inter omnes aves aquaticas minima, atri & sordidi coloris, rostri acuti, cujus oculi spectantur, membra verò merguntur. Vide Vria.

Cŏmā, æ, f. p. Capillus, interprete Festo, aliqua cum cura compositus: [לְמַה tsammàh לְבִית tsitsith. κόμη. Gall. Perruque, cheuelure. Ital. Chioma, zazzera. Germ. Das haar. Hisp. Cabelladura. Pol. Włosy głowy. Vng. Ersfelhi hay, hajfonat hay. Ang. The bushe of head heare.] ἀπὸ τοῦ κοσμεῖν: hoc est, ab ornando dictus: unde & Comete Latini deduxerunt. Cic. 3. Tuscul. Scindens dolore identidem intonsam comam, Ovid. 2. Met. Permulceteq; comas, chlamidemq; ut pendeat aptè Collocat. ¶ Circuntondere comam, περικείρειν τὴν κόμην, Græcis in proverbio est, pro eo quod est ludibrio habere. Nam id ludis gratia fieri solet stupidis, ut eis non sentientibus, cæsariem circuntondeatur. Lucian. ¶ Servus quũ sis, comam geris, δοῦλος ὢν κόμας ἔχεις. De eo qui præter decorũ quippiam facere. Aristoph. in Avib. & Suidas. ¶ Coma metaphoricè etiam de arboribus, fruticibus, arundinibus, atq; etiã herbis dicitur. Virg. 4. Georg. Ille comam mollis jam tum tondebat acãthi. Ovid. 2. Amorũ: Frigidaq; arboreas mulceat aura comas. ¶ Transferitur & ad faces. Catullus in Epithalam. Viden' ut faces splendidas quatiunt comas: Sic fol à poëtis dicitur Auricomus.

Cŏmāns, comantis, participium sine verbo, qui longiorem habet comam. [κομῶν. Pol. Długo włosy. Vng. Szőlkő.] Plin. lib. 10. cap. 63: Equæ comantes gloria superbiunt. Virg. 2. Aen. -sic fatus, deinde comantẽ Androgei galeam, clypeiq; insigne decorum Induitur. Equorũ colla comantia apud Vir. 12. Aen.

Cŏmātŭs, a, um, participium sine verbo, Qui longiorem habet comam. [κομήτης. Gall. Cheuelu, ayant longs cheueux. Ital. Capellato con gran chioma. Ger. Das vich haat hat mit langen haar. Hisp. Cosa de luengos cabellos. Pol. Maiacy długy włosy. Vng. szőlős, hajas. Ang. That haith long heare.] Mart. lib. 1: Calvus quam lotris, eris comatus. Sylva comata, Cat. Epig. 4. Vnde

Cŏmātŭlus, pen. corr. diminutivũ à Comatus. [Vng. Szőlős kicsike, hajacsoka.] Vnde Hieron. Comatulos pueros dixit.

Cŏmōsŭs, a, um, Coma magna præditus. [κόμων ☉. Gall. Fort cheuelu, ayant force branches & feuilles. Ital. Capellato, con gran chioma. Ger. Haarechtig. Hisp. Cosa de luengos cabellos. Pol. Szpiaty. Vng. Hajas. Ang. That haith a great bushe of haide haire.] Plin. lib. 16. cap. 6: Hemetis vocatur, brevior, & in orbem comosa. Idem lib. 29. cap. 26: Comosissimum ex omnibus maximè cauliculis.

Cŏmă, atis, [κῶμα. Pol. Spyk. Vng. Mely álom hozó betegség. Szo álomfakasztó, nyughatatlantó betegség.] Morbus gravem ac diuturnum inducens somnum, quem Latini Veternum interpretantur. ¶ Est & altera Comatis species, quam Vigilantem letharem nonnulli appellant, quum neq; somnum urgente somno attollere, neq; tranquillè dormire possumus, aliis atq; aliis imaginationibus somni tranquillitatem identidem interpellantibus. Autor Galenus in eo Commentario, quem de Comate nominatim inscripsit.

Cŏmo, is, vide suo loco.

Cŏmagene, Herbæ nomen, de qua in dict. Comagena in Onomast.

Cŏmārŏs, κόμαρος ☉. Gall. Arbousier. Ital. Corozzola. Ger. Erdbeer. Hisp. Madronno arbol conocido. Vng. Vad almafa. Ang. A wilding tree, or crabbe.] Arbuti genus est, cujus etiã pomum Græci κόμαρον appellant, Latini Vnedonem. Plin. li. 15. ca. 24: Duobus Vnedonem nominibus appellant Græci, Comarum & Memecylon. Ex quo apparet, totidem esse genera & apud nos.

Cŏmbĕnnonēs, Interprete Festo, dicti sunt in eadem benna sedẽtes. Bẽna aũt vehiculi genus fuit, Gallis præcipuè usitatã.

Cŏmbĭbo, bis, n. t, simul bibo, compoto, bibo, imbibo. [συμπίνω. Gall. Boire ensemble. Ital. Bevere in compagnia. Ger. Mit einander trincken. Hisp. Bever juntamente. Pol. Spol' em pye. Vng. Egymst isznom. Ang. To drink together.] Plin. li. 17. cap. 11: Vti olim pluviarq; combibant. Columell. lib. 12. cap. 10: Quę quum ita combiberit, simili mistura vas suppleatur. Ovid. Epist. 11: Et cogor lachrymas combibere ipsa meas. ¶ Combibere amor per translationem. Cic. 3. de Finib. Sed tamen infici debet his artibus, quas si, dum est senex, combiberit, ad majora vetus paratior.

Cŏmbĭbo, combibonis, masculini generis, Compotor. [συμπότης. Gall. Compagnon à boire. Ital. Compagno à bere. Germ. Ein trincker, zech gesell. Hisp. Bevedor con otro. Pol. Zemna pijacy. Vng. Iuó társ. Ang. A cuppe companion.] Lucil. lib. 6: Quandoquidem reperi magnis combibonum ex copiis. Cic. Pæto, lib. 9: In his controversiis quas habeo cum tuis combibonibus Epicureis.

Cŏmbĭno, as, pen. prod. Conjungo, conglutino. [συνδεῖν. Pol. Spaiam. Vng. Eszsze forrasztom, enyvezem. Ang. To solder or glue together.] Sipontinus.

Cōmbinatio, quam Græci ἐπιζευξιν vocant, quum in oratione eadem dictio sine medio duplicatur. Virgil. 9. Aeneid. Me me adsum qui feci.

Combinatus, & compositus apud Diomedem Gram. li. 3. cap. de Pede.

Combretum, Herba est baccaei similis, sed proceior, foliorum exilitate usq; in fila extenuata. Autor est Plinius libro 21. cap. 6.

Cōmburo, is, pen. prod. act. t. ex con & uro, b, interposita. Simul cū alis uroeuro, cremo, exuro, inflammo, incendo. [שרף saráph שרף beher. ἐμπυρίζω, καταφλέγω. Gall. Brusler tout, faire ardre en cendre. Ital. Abbruciare, consumare. Ger. Verbrennen. Hisp. Quemar, ò quemar juntamente. Pol. Palić. Vng. Meg egetem. Ang. To burne altogether.] Cicero pro Cluent. Puer ante noctem mortuus, & postridie antequam lucceret, combustus est. Idem de Natur. deor. Libri Protagoræ in concione combusti. Et ad Quint. Frat. lib. 1. Fumo ut comburereturtota plaudente provincia. ¶ Et per translationem. Plaut. in Mil. -nam mihi nimis calor Comburebat gutturem.

Combustilia sunt, quæcūq; meatus habent hujusmodi, ut ignē introrsus admittāt: atq; in hisce meatibus, qui per rectum dispositi sunt, minus valentem, quàm ignem continent humorem. Meteor.

Cōmē, is. [Ger. Bedebart. Pol. Kozia broda.] Herba est, quam Barbam hircinam vocant, à comæ similitudine, quòd folia in circuitu spargat. κατακόμη. Plin. li. 21. cap. 15. & lib. 17. cap. 13.

Cōmēdo, is, pen. corr. n. t. & Comedo, comes, comest, in infinitivo Come iere, vel Comesse, Edo. [אכל achal. φαγεῖν, ἐσθίειν. Gall. Manger. Ital. Mangiare. Ger. Essen. Belg. Eten. Hisp. Comer. Pol. Jem. Vng. Eszem. Ang. To eat.] Mart. Scævola tu comedis apud omnes, nullus apud te. Plaut. in Trin. Quod ebibit, quod comest, quod facit sumpti. Cic. Sed ad extremum pollicetur prolaturam se quę comest. ¶ Supinum Comesum & Comestum. Salust. Comesa matrimonia. Comesa patina. Vbi translatè ponitur pro consumere, dissipare.

Comedim, pro Comedam, scripserunt veteres, quod & Nonius observavit. Plaut. in Bacchid. Quod dem scortis, quodq; in lustris comedim, congraecet pater. Cicero ad Pęsum: Cura, si me amas, ut valeas: me ego te jacente bona tua comedim.

Cōmēdo, onis, m. t. & comedus, di, pen. corr. Qui bona sua consumit, ut interpretatur Festus. [Ὁ τὴν οὐσίαν ἀναλίσκων. Gall. Gourmand, qui despend tout son bien. Ital. Vn gran mangiatore, dissipatore, che mangia tutto al ventre. Ger. Ein fraß/ein schlauer. Hisp. El comilon ò tragon. Pol. Zarłok, vetrownik. Vng. Nagy ebredő, tékozló. Ang. A glutton, a great spender.] Varro apud Nonium: Putat fore hoc, quod hinc comedonibus convenit usu, quibus, nota voluptate quum edunt, duntaxat gula gaudet.

Cōmissor, aris, Intempestivis convivis indulgeo. [סבא sabá שבר shabár. κωμάζω. Gall. Mager & banqueter dissolument. Ital. Banchettare, far tumulto. Ger. Prassen/schlemmen/zechen. Belg. Banqueten. Hisp. Comer como en boda ò confradia y demasiadamente. Pol. Vtrata przyobiadem. Vng. Vendégeskedém, lakozom. Ang. To make good cheere, to feast voluptuously.] Suet. in Domit. Conviva bantur frequenter & largè, sed penè raptim, certè non ultra Solis occasum, nec ut postea ut comessar. tur. Liv. lib. 10. Bell. Macedon. Demetrium post cœnam qua sodales acceperat, dixisse Quin comessatum ad fratrem imus? Intromittere comessatum. Cic. & Terent.

Cōmessator, tor, Comessator. [Ὁ τὴν οὐσίαν ἀναλίσκων, κωμαστής, κωμαζών. Gall. Banqueteur dissolu, & à beure, indeur. Ital. Che fa banchetti. Ger. Ein prasser/schlemmer. Hisp. Comilon. Pol. Kol ucztami, spełbanacz. Vng. Vendégeskedő, lakozó. Ang. An vnthrifte banketer.] Cicero lib. 9: Siquid victis saltem adversus comessantes tuemur fuisset, mille hercle viri modò sobrii septem dierum cra quia graves in suo triumpho capere potuerūt. Modò comessantium aliquid agere. Liv. 3. ab Vrbe.

Cōmessatio, nis, f. t. Cōvivia sunt nocturna post cœnam & alia intempest. vel sicut Merenda, cibus qui ante cœnam sumitur, & lentaculū ante prandiū. [Δεῖπνον, κῶμος. Gall. Banqueterie dissolue comme apres souper & beure indeu. Ital. Mangiamento. Germ. Gesuffrend/schlemmerey/fressmäler/Banckettern. Hisp. Comida demasiada. Pol. Pomieszarek, sfoferunk. Vng. Vendégeskedés, lakozás. Ang. Vnthrifte banketing as after supper.] Sueton. in Vitell. Epulas tripartiam semper, interdum quadripartiam dispertiebat, in jentacula, prandia, cœnas, & comessationes. Cicer. in Catil. Quòd ii in vino & alea comessationes solùm & scorta quærebat, essent illi quidem desperandi, sed tamen essent ferendi. Legitur hic & Comessatores. Idem pro Cæl.

Comessator conjurationis. Cic. lib. 1. ad Attic. ut nostri ipsi comessatores conjurationis barbatuli juvenes illum in sermonibus Cn. Ciceronem appellent. Quibus verbis significat reliquos & seros conjuratos, ut qui post cœnam comessatum venunt. Idem tamen libro 3. de Orat. Eam improbat translationem, quæ aut major est, quàm res postulat, ut tempestas comessationis: aut minor, ut comessatio tempestatis. In quod præceptum ipse videtur comisisse loco jam citato.

Cōmessābundi, & Comessatores, qui comessationibus indulgent. [ἐπὶ κῶμον, κωμαστής. Pol. Tarzbrzuchowie. Vng. Vendégeskádók, lakozók.] Cic. pro Cæl. Non idem judicum comessatorumq; conspectus. Liv. 9 ab urbe: Temulento agmine comessabundus incessit. Habet autem hoc nomen primam productam. Mart. Non Albana mihi sit comessatio tanti.

Cōmēs, itis, comm. gen. qui vel quæ alterum sequitur, assectator, assecla & proprie majoris. [חבר chabér. ἑταῖρος, συνοδός, συνοδός. Gall. Compagnon de chemin, celuy qui tient en fait compagnie, comme l'inferieur au superieur. Ital. Compagno. Ger. Ein gefert/ein gesell. Belg. Een wecker/gesell. Hisp. Compañero menor que sigue à otro mayor. Pol. Towarzysz podrożny. Vng. Vezető. Ang. A companion or follower an in the way, that beareth an other companie.] Cic. de Amic. Neq; se comitem illius furoris, sed ducem præbuit. Lucan. li. 6: Scire Senatus aver, miles te Magne sequatur, An comes. ¶ Aliquando tamen comitum appellat o paribus convenit, ut quum plures idem itei arripientes, sibi mutuò comitatum præstant. συνοδοιπόρος. Plaut. Epid. Age, age, absolve, atq; argentū numera, ne comites moreī. Autor ad Herennium: Qui quum ante lucem surrexisset, comitem suum inclamavit. Prius enim dixerat: Et secum aliquantum numorum ferentem est comitatus. ¶ Differt enim Comes à Socio & Sodali, quòd Comes dicātur, qui ex vis modo alterius sequitur dictum: Socius plerunq; in negotiis sertisq; rebus, & fortunæ arbitrio subjectis. Sodalis ἑταῖρος in leviorribus ac sæpè voluptuosis, utpote qui ejusdem erant collegii, unaq; epulabantur. Vode Cicero Norbanum Quęstorem suum appellat sodalem. Idem de Senectute: Epulabat cū sodalibus omninò modicè. ¶ Comes verò pro dignitate, etiam generis communis est, quanvis apud vulgus fœmina Comitissa dicatur. ¶ Ab Ammiano Largitionū comes dictus est, qui præerat largitionibus imperatoris. ¶ Alii pro dignitate Comarchū κόμαρχος usurpant. ¶ Comes domorum, is à Iustiniano dicitur, qui in domesticos Principis præfecturā habebat. Comes horreorum, cujus & mētio est in posterioribus Ciceronis libris, pulcrum Principis curator fuit, habuitq; mancipia quædam purgandis horreis ascripta, coquendoq; pane Principis. Comes laborum, qui & præpositus laborū, cui mediastini omnes aliiq; domus Imperatoriæ artifices atq; opifices subditi erant. Comes Andreas medicus citatus ab Aetio Serm. 14. cap. 5: Comes rerum privatarū, procurator erat Cæsari, cui omnis res familiaris commissa, quicquid egisset, ratū apud Cæsarem erat. Comes sacrarū largitionū, olim is erat, per quem Cæsaris stipendia militibus erogaverunt. Comes Sacri patrimonii erat is, qui præerat patrimonio Cæsaris. Comites Palatini, cui à principibus constituantur, doctissimus Viglius explicat in Instit. de exhæred. lib. Comites Scholarum, qui & Tribuni Scholarum, à Scholis Palatinis atq; militaribus dicti: quorum munus in tribus posteriorbus libris Cod. describitur: ut sint qui præsint epulis imperatoris, & bello & pace obsonia curent: quod tamē Pyrrho absurdū visum est. Comitem Stabuli, voce etiam à Iustiniano usurpata, nonnulli eum intelligunt, quem olim fuit magister militū. Budæus item Constabulariū, Magistrum militū vocat. Procopius, ut Pyrrhus refert, Protopatarium appellari dixit. Comitem Labeo definit eum, qui frequentādi cujusq; causa, ut sequeretur, destinatus fuit. Nunc verò dignitatis nomē est, vel quòd ipse regem comitetur, vel quòd eum multi comitentur: ut Pyrrho visum est, hucconsulto nostra tempestate valde docto, nec infanti. Nonnulli à comitate, ne etymum desideret, appellatum volunt, quòd comis esse debeat. Callistratus in I. observandum, de Orhc. præsid. censuit, ut præses in adeundo quidem faciem se præbeat, sed contemni se non patiatur.

Cōmitor, penultima correpta, deponens, p. Sector, assector, comitē me exhibeo. [חבר chabér. חבר chabér. שלח schalách. ἐπιπαραπέμπω. Gall. Accompagner, suivre, tenir en faire compagnie à quelqu'un. Ital. Accompagnare. Ger. Begeyten/das geleyt geben. Hisp. Acompañar al mayor. Pol. Odprowadzam. Vng. Kőveczem, kőtem. Ang. To accompanie, to keepe fellowship, to follow.] & propriè est minorum erga majores. Plinius: Quicunq; eum comitati fuerant. Idem: Funerantiū more comitantur exequias. ¶ Pro eodem & Comito, as, activè dicitur. Ovid. li. 2. de Ponto: Quē pia nobiscū proles comitavit euntem. Et lib. 14. Metamorph. Nostraq; adulantes comitant vestigia. Idem 8. Metamorph. Et nostros comitate gradus, & in ardua montis Ire simul. ¶ Comitor etiam in passiva significatione nonnunquam invenitur. συμπαραπέμπομαι: unde non malè inter verba communia potest numerari: quod etiam ex participio præteriti temporis Comitatus potest deprehendi, quod tam eum significat, qui alterum honoris aut officii causa deducit: quàm eum qui deducitur. Cic. de Invent. In itinere quendam proficiscentem ad mercatum est comitatus. Idem in Catilin. Molestè fero, quòd parum exierit ab urbe comitatus.

Cōmitātus,

Cōmitāns, participium à Comitor, activè & passivè accipitur. [משלח mishallèach. משלח mishallèach. συμπαρεπόμενος, & συμπορευόμενος. Gal. Accompagnè. Ital. Accompagnato. Ger. Begeytet. Hisp. Accompanado. Pol. Odprowadzy. Vng. Kisérő, kösérő. Ang. Accompanied.] Activè Plinius: Quicunque cum comitari fuerant. Passivè. Cicer. Invect. 2. in Catil. Illud etiam molestè fero, quòd ex urbe parum comitatus exierit. Virg. 1. Aeneid. -ipse uno graditur comitatus Achate. ¶ Idem in significatione passiva Incomitatus posuit, quum ait:

¶ Sæpius Andromache ferre incomitata solebat.

Cōmitātus, Comitatior, comitatissimus. Cicer. 5. Tusc. Puero ut uno esset comitatior. Plin. lib. 10. cap. 37: Est enim ars illis inter se blandiri, & corrumpere alias, furtoq; comitatiores revertunt. ¶ Sic Comitatissimum hominem dicemus, quem vulgò bene officiatum dicunt. Bud.

Cōmitātus, us, Assectatores, comitum multitudo, [חברה chebrèh. שלח shellèach. συμπαρεπόμενοι, ἑταῖροι, ἀκόλουθοι. Gall. Compagnie, accompagnement, train. Ital. La compagnia, il seguito. Ger. Betretung/gute gesellschafft. Belg. Een ghereedinge. Hisp. El companamiento. Pol. Towarzyszwo, przymoda. Vng. Kösérő. Ang. Accompaning, the multitude of thame which accompanieth an great man.] Cicer. ad Lepidum: Ejus Falernum mihi semper idoneum visum est divertorio: si modò tecti satis est ad comitatum nostrum recipiendum. Salust. in Catil. L. Valerio Flac. C. Pontinio Prætoribus imperat, ut in Ponte Milvio per insidias Allobrogum comitatus deprehendant. Cic. 3. de Legib. Auspicia, ut multos inutiles comitatus probabiles impedirent moræ quasi sæpè comitia populi temerè essent coacta, obnuntiatione Augurum disturbata fuerunt.

Cōmēssans, Comessatio, Comessator, Comessabundus. Vide COMEDO.

Cōmētes, vel Cometa, pen. prod. generis masculini, Stella crinita. [κομήτης. Gall. Une Comete. Ital. Cometa. Ger. Ein Comet. Hisp. Cometa del cielo. Pol. Miotła a cometa. Vng. Csillag. Ang. A blasing starre.] Lucan. lib. 1: Ignota obscuræ viderunt sydera noctes, Ardentemq; polum flammis, cœloq; volantes Obliquas per inane faces, crinemq; timendi Syderis, & tetris minitantem regna cometem. Cicer. 2. de Nat. deor. Tum facibus visis cœlestibus, tùm stellis his, quas Græci cometas, nostri crinitas vocant, quæ nuper bello Octaviano magnarũ fuerunt calamitatum prænuntiæ. Virg. 1. Georg. -nec dirі totiens arsere cometæ. ¶ Est etiam nomen proprium unius ex Argonautis apud Valer. Flaccum, pater Alteronis.

Comicus a, um. Vide COMOEDVS.

Cōminus, adverb. De propinquiore loco. [מקרוב mikkerób. ἐγγύθεν, ἐγγυάθεν, ἐκ πλησίου. Gall. De pres. Ital. Da presso. Ger. Von nahem/zu der nähe. Belg. Van by. Hisp. Cerca y quasi con las manos. Pol. Z bliska. Vng. Szomszédban. Ang. Nigh at hand, hand to hand.] Non est idem quod propè, sed (ut sic dicam) à propè: quemadmodum Eminus, à longè: ut, Cominus te incessebant lapidibus: hoc est, è propinquo loco. Cicer. 2. de Divin. Nunc cominus agamus, experiamurq; &c. Idem pro Cecin. Neq; conflictu corporum, neq; ictu cominus, neq; conjectione telorum. ¶ Significat etiam Statim, sine intermissione. Virg. lib. 1. Geor. Quid dicam? jacto qui semine cominus arva Insequitur.

Cominia, Genus olivæ apud Plin. lib. 15. cap. 3.

Comis, com. 2. Humanus, benignus, facilis & suavis. [עם hanèv. ἐπιεικής, φιλόφρων. Gall. Doux, gracieux, courtois, affable, humain. Ital. Benigno, facile, piacevole, humano, suave. Ger. Tuchtig/secundetich/hoffetsig. Belg. Goeder tieren. Hisp. Cortes, tratable, humano. Pol. Wdzięczny, ludzki, vkładny. Vng. Nyájas, kegyes. Ang. Gentill, meek, humain.] Cicer. 2. de Fin. Quasi quis illum neget & bonum virum, & comem, & humanum fuisse. Idem pro Cor. Balbo: Comes benigni, suaves, faciles homines dicuntur.

Cōmitās, Humanitas, & morum suavitas. [עמה hanavàh. ἐπιείκεια, φιλοφροσύνη. Gall. Douceur, gracieuseté, courtoisie, humanité. Ital. Gratiosità, piacevole tà, cortesia. Ger. Freundtigkeit/hoffetigkeit. Hisp. Humanidad, cortesia. Pol. Lud. kości, obiczajność. Vng. Nyájasság, emberség, kegyesség. Ang. Gentilnesse, meekness, courteousnesse.] Cic. de Amicit. Sed amicitia remissior esse debet, & liberior, & dulcior, & ad omnem comitatem, facilitatemq; proclivior.

Cōmitēr, Suaviter, mansuetè. [ἐπιεικῶς. Gall. Gracieusement, courtoisement, doucement, humainement. Ital. Cortesemente, piacevolmente, affabilmente. Ger. Freundtlichen. Hisp. Cortes y humanamente. Pol. Vkładnie, wdzięcznie. Vng. Nyájasan, kegyesen. Ang. Meekely, gentlie, humanlie, courteouslie.] Comiter, ac benignè appellare aliquem, Liv. 2. ab Vrbe. Ovid. 2. Fast. Comiter excipitur, sanguine junctus erat. ¶ Comiter alterius populi majestatem conservare, formula quæ in fœderum sanctione adjiciebatur, qua alterum populum esse superiorem intelligebatur. De qua re Cicero in Corneliana: Quũ alterius, inquit, populi majestas comiter conservari jubetur, de altero siletur, certè ille populus in superiore conditione causaq; ponitur, cujus majestas fœderis sanctione defenditur. Id autem quod Cicero dicit comiter defendere, Livius Sine dolo malo.

Cōmitiā, orum, plurali numero, n. s. Conventus populi ad creandos magistratus, leges ferendas, & alia cum populo agenda: à comeundo appellata, ita enim veteres loquebantur, vel coëundo. [קהל kahal. ἐκκλησιαστήριον, & τὸ ἐκκλησιαστικόν. Gall. Assemblee ou congregation du peuple ou magistrats pour consulter & deliberer de quelque chose. Ital. Congregatione, consiglio, ragunanza. Ger. Reychstag/Landtag/Versamlungen/wann man Obersten erwählen will/oder sunst etwas zuberatschlagen hat. Belg. Eenen Aenbach/eenen dachvaert. Hisp. Las dias que son para elegir dignidad. Pol. Sejm, gwałt. Vng. Ország gyűlése köczvegyes gyűlés. Ang. The assemble of the people or magistrats to advise and consult of any thing.] Leguntur autem comitia Consularia, Prætoria, Quæstoria, Tribunitia, Aedilitia: quibus scilicet Consules, Prætores, Quæstores, Tribuni, Aediles creabantur. Tria autem genera comitiorum fuerunt, Curiata, Centuriata, Tributa: Nam quæ Calata comitia legimus, ea sunt vel Curiata, vel Centuriata: ex eo quòd primis temporibus Calandi verbum pro vocandi usitatum erat: unde æstimare licet veteribus omnia Comitia Calata fuisse. Curiata, quum curiatim ἐκκλησιάζοντες, populus Rom. suffragia ferebat. Centuriata, quum per centurias, sive centuriatim. Tributa quum tributim, sive per tribus, Dionys. libro 7. Histor. scribit in comitiis curiatis omnem potestatem creandi magistratus fuisse penes populum, in centuriatis penes divites. ¶ Comitium, tii, singulari numero, locus erat Romæ juxta forum & curiam, ita dictus à coëundo (teste Varrone) eò quòd populus tùm litium, tùm curiatorum comitiorum causa eò soleat coire. Cic. 4. in Verr. Quid? hoc ferendum cuiquam putas? hujus argento domus vestras, hujus signis & tabulis forum, comitium ornari! Idem pro Sestio: Quum forum, comitium, curiam multa de nocte armatis hominibus ac servis plerisque occupavissent, impetum faciunt in Fabricium. Tempus comitiorum habendorum id erat quod augures designabant. ¶ Antiqui præterea commune, & amplissimum concilium, Comitium appellabãt. Vnde est illud in xii tabulis, De capite civis, nisi per maximum comitium, ne ferunto. Ex Cic. 3. de Leg.

Cōmitiā, Comitiorum tria genera Romæ diversis temporibus instituta: curiata primùm à Romulo: centuriata deinde à Serv. Tullio, sexto Romanorum rege: postremò tributa, à tribunis pl. De curiatis comitiis illa significant, quæ scripta sunt apud Pomponium Iurisconsultum. Romulus, inquit, populo in triginta partes diviso, quas curias appellavit, quod tunc reipubl. curam per sententias earum expediebat, leges quasdam curiatas ad populum tulit: tuleruntque & sequentes reges. Centuriata Servius Rex, ut diximus, majorum rerum, patriciorumq; magistratuum causa induxit: iusq; comitiis ad extrema reipubl. tempora patricios magistratus creatos esse legimus. Tributa, regibus ejectis, tum primùm instituta, quum Coriolanus in judicium populi vocatus est: posteaq; cum Voleronе Publilio Lætorius legem tulerunt, ut tributis comitiis plebeii magistratus fierent, qui antea curiatis fieri solebant. Tributorum autem comitiorum aucta maximè vis est ea lege, quam L. Valerius, & M. Horatius cos. tulerunt, ut, quod tributis comitiis plebs sanxisset, eo Quirites omnes æquè tenerentur, ac si centuriatis comitiis perlata lex esset: ita centuriatis tributa sunt æquata: &, quod ait Livius, tribunitiis rogationibus acerrimum telum, hac lege datum est: quum, quidquid tribuni pl. ferrent, id deinde ab omnibus civibus servari necesse esset. Quanquam & Publilius dictator, lege lata, centuriata, quæ patriciorum causa instituta diximus, imminuit: sanxit enim, ut omnium legum, quæ comitiis centuriatis ferrentur, ante initum suffragium patres autores fierent, ne scilicet roboris minus haberet, si quid populare, patribus invitis, latum esset. De jure autem & tempore comitiorum ita cognosci poterit, si, quæ duarũ legum Aeliæ, & Fusiæ, fuerit sententia, consideretur: quare loca ipsa proponemus, ac primùm, quòd ait in ea pro Sextio: Isdem consulibus sedentibus arq; inspectantibus, lata est lex, ne auspicia valerent, ne quis obnuntiaret, ne quis legi intercederet, ut omnib. fastis diebus legẽ ferre liceret, ut lex Aelia, lex Fusia ne valeret: dicendũ est, quatuor illas partes, de auspiciis, de obnuntiatione, de intercessione, de fastis diebus, omnes duab. legibus, quæ subjiciuntur, Aelia & Fusia, cõprehendi, sed tres priores Aelia, posteriorẽ aũt Fusia: rursus è tribus prioribus, ejusdẽ generis, & quasi naturæ duas esse, tertiam separatã, & tanquã alienã: nã auspicia idcò erãt, ut esset obnuntiario: quũ enim de cœlo servatũ esset, tùm ferentibus legem obnuntiabatur: itaq; auspiciorũ quasi partus quidã erat obnuntiatio: nec unquã servatũ est de cœlo, quin obnuntiatum sit, sive prospera, sive adversa signa essent, quum prospera confirmarent id, quod cum populo ageretur, adversa impedirent: propterea sublatũ esse à Clodio morem de cœlo servandi, ut scriptit Dio. lib. XXXVIII. quũ tamẽ antea ita diligenter

diligèter auspicia servata essent, ut M. Drusi legibus: quia cō-
tra auspicia latæ judicarentur, senatus decrevérit populū non
teneri, quod Cic. lib. 11. de Legibus, & Pædianus in commen-
tario Corneliana tradidit: ergo cum hoc auspiciorum genere
quasi cognatione quadam cohæret obnuntiatio: at intercessio
nihil habet commune cum auspiciis: auspicia enim ad re-
ligionem referebantur: quòd à cœlo: id est, à deorum numi-
ne, pendere videréntur: intercessio autem humanæ potestatis
erat, & cùm à voluntate semper, nulla religionis observatio-
ne, manabat, tum ab ea voluntate nonnunquam, quæ ab omni
religione dissentiret, & cum ipsa quasi deorum voluntate
pugnaret: præterea, servare de cœlo, augurum, atq; omnium
planè magistratuum fuit: quod suprà notavimus: intercedere
verò, duntaxat ad tribunos pl. tùm veteri sacratarū legum ju-
re, tùm, ut ego existimo, legis Aeliæ jussu pertinuit: loquor au-
tem de intercessione ad populum, quum lex ferretur: nam in
senatu, quum S. C. fieret, non tribunos pl. tantùm, sed omnes,
qui eadem potestate, qua ii, qui S. C. facerēt, majoréve essent,
intercedendi facultatem habuisse, diximus in libro de Senatu: atque etiam, quod in eo libro non diximus, forensis, ut ita
dicam, erat intercessio, quum prætori de privata controversia
decernenti prætor intercedebat: cujus generis idoneus locus
erit in libro de judiciis. nunc persequamur institutum. Dixi, le
gis Aeliæ fuisse tria illa membra, de auspiciis, de obnuntiatio-
ne, de intercessione, quæ Clodius sua lege sustulit: quartū de
fastis diebus Fusia lege sanctum: itaque in oratione de pro-
vinciis consularibus in extremo, paulò distinctiùs locutus est
Cicero, quum caput illud, de fastis diebus, separatim à reli-
quis posuit: reliqua verò tria separatim quidem & ipsa ab eo
capite, sed ipsa tamen inter se conjuncta, ut dubitandum mi-
nimè sit, quin hęc in una lege simul fuerunt, sicuti simul sunt à
Cicerone pronuntiata: quòd si in una lege, ne illud quidem
dubitandum de duabus legibus, Aelia scilicet, & Fusia, utrum
intelligamus: nam si de tribus conjunctis unum aliquod in
Aelia lege fuisse docuero: Aeliæ legi & reliqua duo tribui de-
bere, concedendum, ut opinor, erit: docebo autem Pædiani
verba obnuntiationem Aeliæ legis fuisse: nam illud in Piso-
nem. A P. Clodio, fatali portento prodigioq; reip. lex Aelia &
Fusia eversa est, ipse sic interpretatur: Legem tulit P. Clodius
tribunus pl. ne quis per eos dies, quibus cum populo agi li-
ceret, de cœlo servaret: propter quam rogationem, ait, legem
Fusiam, & Aeliam, propugnacula, & muros trāquillitatis, atq;
otii, eversam esse: obnuntiationē, quæ perniciosis legibus re-
sistebat, quam Aelia lex confirmaverat, erat subiata: miror au-
tem, cur eo loco nihil de sententia Fusiæ legis addiderit Pædi-
anus, quum tamē ipsam legem simul cum Aelia nominarit:
non enim tantùm tulit Clodius, ne quis per eos dies, quibus
cum populo agi liceret, de cœlo servaret: quod contrà lex Ae-
lia jubebat: sed etiam, ut omnibus fastis legem ferri liceret: ut
ipse demōstrant illa, quæ sunt à nobis ex oratione pro Sex-
tio lata, & hæc in ea de provinciis: Aut statuendum nobis
est, legem Aeliam manere, legem Fusiam nō esse abrogatam,
non omnibus fastis legem ferri licere: quū lex feratur, de cœlo
servari, obnuntiari, intercedi licere. Verùm, ut fortasse
moniat Pædianus: quia prætermiserit id, quod Fusia lege san-
ctum Clodius abrogavit: non item mendosus in eo, quod de
lege Aelia posuit: satis enim planè loquitur, atq; ita, ut cur
in modo suspicemur, causam esse nullam videamus. quare
fateamur quod volumus, obnuntiationem ad legem Aeliam
pertinere: quòd si hoc, ergo & illud, auspicia quoq;, à quibus
obnuntio derivatur, & intercessionem ad eandem legem
pertinere, & si hæc tria ad legem Aeliam: unum illud, quod re-
liquum est, de fastis diebus, ad Fusiam pertineat, necesse est:
eadem utriusq; legis sententiam, nisi fallor, attigit in episto-
la, Quintis, lib. 1. ad Atticum, quum ait: Lurco autem tribunus
pl. qui magistratum simul cum lege Aelia iniit, solutus est &
Aelia & Fusia, ut legem de ambitu ferret: inibant enim veteres
Romani magistratum auspicatò: neq; omnino quicquam pu-
blicè, nec domi, nec militiæ, sine auspiciis gerebatur: quod au-
tem in tribunata pl. Lurconi mandando factum erat, ut auspi-
cia servarentur, id ut ipse in lege de ambitu ferenda ne serva-
rem, neq; auspiciorum ullam omnino rationem haberet, de-
cretum est à senatu: neq; hoc solùm, sed illud simul, ut omni-
bus fastis legem ferre posset. quod lex Fusia vetabat: ideò e-
nim fuit cum senatus & Aelia lege, & Fusia, ut neque auspi-
ciorum religio, neq; dierum ratio impedimento esset, quo mi
nus primo quoq; tempore perferri lex de ambitu posset. Has
quasi leges & in oratione pro Sextio lege Clodia significat ab
rogatas, quum ait: Mitto eam legem, quæ omnia jura religio-
nis, auspiciorum, potestatum, omnes leges, quæ sunt de ju-
re, & de tempore legum rogandarum, una rogatione sustulit.
Nam etsi non nominat: legem tamen Aeliam significari cer-
tum est, quia ait: Quæ sunt de jure: Fusiam autem, quum sub-
jecit: Et de tempore: jus enim intelligit auspicandi, obnun-
tiandi, intercedendi, quæ sanxerat Aelia lex: tempus autem
quo legem perferri non liceret, fastos videlicet dies, de qui-
bus caverat Fusia lex: nec dubito, quin, quum dixit: Omnia ju-
ra religionum, auspiciorum, potestatum, ad sententiam po-
tiùs Aeliæ legis, quàm Fusię, spectaverit: nihil enim horum vi-
deo, quod ad Fusiam referri possit: nam ego quidem in verbis
Potestatum, obnuntiationem, & intercessionem significari
puto: quæ legis Aeliæ fuisse jam diximus. &, quanquam Au-
spiciorum, Potestatum, dixit, ad interpretationem antecéden-
tis verbi, Religionum: quod sæpè facit: & in dictione Potesta-
tum, & obnuntiatio, & intercessio simul includitur: solam ta-
men obnuntiationem ad religionem refero: nam intercessio-
ni cum religione nihil erat cōmune: quod paulò antè demon
stravi. Ex iis quæ attulimus, satis, opinor, constat auspicandi,
obnuntiādi, intercedendi morem apud Romanos fuisse: quæ
pertineat ad jus comitiorum: quō de genere lex Aelia loque-
bātur: constat illud quoque fastis diebus non licuisse haberi
comitia legum ferendarum causa, sed comitialibus tantùm,
quod Fusia lege sancitum erat. Impediebantur autem comi-
tia multis modis, primùm Iove fulgente tonante: deinde, si si-
nistrum fulmen esset: tum si quis eo morbo, qui insputatur,
corruisset: ex quo comitialis morbus dictus est: postremò si
tribunus pl. intercessisset: quod fiebat hac voce prolata, Ve-
to. Notavimus etiam illud apud Gellium, lege cautū esse, ut,
quo die auspicia capta essent, eodem ea de re, cujus rei causā
auspicatum esset, comitia absolverentur. alioqui infirmum &
inane populi jussum erat. Hæc ex libro nostro de legibus Ro-
manis.

Cōmitiālis, le, quod ad comitium pertinet: [αἰχμαγοραικός. Gall. *Des appartenances des assimblees du people ou des magistrats.* Ital. *Pertinente al assembramento.* Ger. Das zu sotcher versamlung oder tands gehört. Hisp. *Cosa pertenesciente à tales dias ò congregaciones.* Pol. *Do samo przynależący.* Vng. *Országgyűlési hez valo.* Ang. *Pertaining to the assemble of the people or magistrats.*] ut, Dies comitialis, quo cum populo agi licebat, ut inquit Macrob. & quo populus Romanus convenire solebat ad suffragium ferendum. Cicer. ad Quint. Frat. Consecuti sunt dies comitiales, per quos senatus haberi non poterat. Iove autem tonante aut fulgurante, comitia populi habere nefas erat. ¶ Comitialis morbus: [ἐπιλήψιος. Gall. *Maladie qu'on appelle vulgairement, le mal S. Iean, epilepsie, mal caduc.* Ital. *Mal caduco, Venetiis, la brutta.* Ger. Die fallend sucht/die böse krankheit. Belg. Die valende siecte. Hisp. *Gota, coral, o morbo caduco.* Vng. *Kórsagos.* Ang. *The falling sicknesse.*] qui cum totius corporis convulsione principes cerebri operationes tollit, toto cerebro, vel duobus ejus ventriculis affectis. Gignitur ex crassis humoribus, spiritus meatum in cerebri ventriculis obstruentibus, nervorum principio seipsum concutiente, ut quod noxium est, excutiat. ¶ Dictus Comitialis, quòd comitia vitiare diceretur. Interrumpebantur enim comitia, quoties aliquis ex hoc morbo concidisset. Cato: Quod comitia prohibere solet, nec id quidem mihi vitium fuit. Serenus: Est subiti species morbi, cui nomen ab illo, Quod fieri nobis suffragia jussa recusat. Sæpè etenim membris ægri languore caducis Consilium populi labes horrenda diremit. Ipse Deus memorat dubiæ per tempora lunæ Conceptum, talis quem sæpè ruina profudit. ¶ Hic morbus alio nomine dicitur sacer, & morbus major, propter gravitatem: quoniam homo subitò concidit, & spumæ ore moventur. Docet etiam Aristoteles hunc morbum à priscis *Herculeum* fuisse nominatum: quia Hercules laborasse eo fertur: idq; ex atra bile plerisque contingere tradit. Plato & Apulejus divinum nuncuparunt, quòd animi partem rationalem, quæ longè sanctissima esse videtur, obsideat. Græci ἐπιλαμβάνειν vocant, à verbo Græco ἐπιλαμβάνω, quòd sensus comprehendat & vincat, ita ut eo correpti à mortuis nō magnopere differre videantur. ¶ Comitialis homo, ἐπιλήπτος, qui hūc morbum patitur. Plinius: Fel testudinum naribus illitum comitiales erigit, attollitq;. ¶ Plautus tamen Comitiales homines in Pœnulo appellat litigiosos, qui in comitio propter lites quasi habitare videntur, qui si nihil est litium, litem sectant.

Cōmitiālīter, adverb. [ἐπιλήψιος. Vng. *Ösztöne vonyás, sugorodás köppen.*] Plin. lib 22. cap. 21: Folia heliotropii contractionibus medentur, etiamsi id comitialiter accidat: id est, etiamsi contractiones fiant ex morbo comitiali.

Cōmitiārīus, adject. [κοιμαγοραικός. Vng. *Gyűlési moggyára vaslo.*] ut, Comitiaria statio, quæ in modum comitiorum celebratur. Liv. 3. bel. Pun. In hac comitiaria jam duorum exercituum statione, principes Nolanorum nuntiant Marcello, nocturna colloquia inter plebem & Pœnos fieri.

Cōmitiātūs, us, m. q. [κοιμαγορία. Vng. *Országgyűlésben valo sokaság, nép gyűlekezés.* Ang. *An assemble of people.*] Dicitur populi in comitio cōgregatio. Cic. 3. de Legib. Tū leges præclarissimę de x II. tabulis tralatę duę, quarū altera privilegia tollit, altera de capite civis rogari, nisi maximo comitiatu, vetat.

Cōmĭtĭātī, Tribuni militares, qui dicantur, docet his verbis Asconius Pædianus in ℣. Contra Ver. Tribunorū militarium duo genera. Primū eorum, qui Rufuli dicuntur hi in exercitu creari solent. Alii sunt comitiati, q Romę comitiis designātur.

Comito, & Comitor, Vide COMES.

Cōmmā, atis, n. t. [קצב Kātsāb, Gall. Incision, couperure. Ital. Incisione, taglio, distinzione. Ger. Zerthellung/vnderscheidung. Hisp. Cortadura, medio punto ou la sentencia. Pol. Rozdział. Vng. Vergola, meg zálasztó nota. Ang. A resting, or cutting in an oration.] per duplex m, κόμμα incisio: à κόπτω, incido, minutissimæ distinctionis genus est, quod incisum à Latinis dicitur, à Cicerone etiā Cæsum, eò quòd incidat Cola & Periodos. Constat enim periodus omnis ex commatibus & colis, tanquam partibus. Ex his cola, dicūtur partes majores periodi, quum scilicet oratio penè est perfecta, ita tamen ut animus audientis nondū conquiescat. Commata verò dicuntur minimæ periodi particulę, in quas cola rursus, velut in partes dissecantur. ¶ Commata etiam dicuntur aquarum emissaria, & incilia, primùm in Aegypto ad hoc inventa structaq;, ut pro arbitratu accolarum Nilus vicissim admittatur in campos arvales, aut intra alveum cōtineatur. Vlpian. de extraordinar. crimin. l. Sacularii. Commata (inquit Budæus) & Diacopi, qui in aggeribus fiunt. ¶ Comma præterea (teste interprete Aristophanis in Pluto) est genus vilissimi numismatis. Vnde ortum Adagium: Mali commatis, πονηροῦ κόμματος, subaudiendum, ἀνθρώπου, homo. Dicebatur de improbo, contempto & rejiculo homine. Aristophanes in Pluto: Κἄστιν δ' οὗτος τοῦ πονηροῦ κόμματος: id est, Videtur esse non probati commatis.

Cōmmăcŭlo, as, Maculo, act. p. [טנף tinnēf. tinnēph. inquinō. Gall. Se maculer du tout, souiller. Ital. Macchiare. Ger. Vermaßgen/verunßten/verfudlen. Hisp. Ensuciar. Pol. Maze, plugawie. Vng. Meg fertőzettem, meg rutitom. Ang. To mak foull, to steyne.] Commaculare se ambitu, metaphoricōs. Cic. pro Cælio: Nunquam enim tam Cælius amens fuisset, ut si se isto infinito ambitu commaculasset, ambitus alterum accusaret. ¶ Commaculare manus sanguine alicujus. Virgil. de Medea, Aeglog. 8: Sęvus amor docuit natorum sanguine matrem Commaculare manus. Id est, polluere nece filiorum suorum.

Cōmmădĕo, mades, n. f. Madeo. [רטב ratāb. βρέχομαι. ὑγραίνω. Gall. Estre trempé ou mouillé tout outre. Ital. Esser humido. Ger. Naß seyn. Hisp. Mojarse. Pol. Mokrzeie. Vng. Meg áztam, megázott lök. Ang. To be wette, to be moist.] Cato cap. 156: Coquito usquedū ea commadebit bene, aquam defundito.

Cōmmālăxo, as, are, est exercere ac maturè facere. [Vng. Gyakorlom.] Varro: Nec dolorem adiaphoron esse, quod philosophia commalaxarē eam partem, neq; irato mihi habenas dedi unquā, neq; cupiditas mihi imposuit frenos. Ex Nonio.

Cōmmăndŭcarĕ, act. p. Dentibus molere: quod Cic. Mandare dicit. [טחן tachān. μυττόω. Gall. Marcher fort & tout ensemble. Ital. Mangiare, masticare. Ger. Zerkauen. Hisp. Comer o mascar. Pol. Zuie. Vng. Meg rágni. Ang. To chew all together.] Plin. lib. 29. cap. 8: Quum priores ob religionē eam minimè commanducarent. Valerius: Protinusq; dentibus abscissam, & commanducatam linguam in eum expuit.

Cōmmăndŭcātŭs cibus, dicitur à Plin. lib. 20. cap 3. multa iteratione molitus, ac propè liquefactus, quem Mansum Quintilianus vocat: [μασσόμενος κυφὸς βρῶσις. Vng. Rágot. Ang. Chewing of the cudde.]

Cōmmăndŭcātŭr, deponens, apud Lucilium lib. 4. legitur pro comedit, vel devorat. Assequitur (inquit) nec opinantem, in caput insilit, ipsum commanducatur totum complexum.

Cōmmăndŭcātŭs, us, m. q. [μασσόμενος. Gall. Maschement entre ses dents. Ital. Il macchiamento intra i denti. Ger. Zerkauung. Hisp. Mascadura o comida. Pol. Zuty. Vng. Rágás. Ang. Chewing.] Plin. lib. 24. cap. 4: Vlcera commanducatu, imposituq; efficacissimè sanari.

Cōmmănĕrĕ. [συμμένειν. Pol. Spolu przemieszkiwać. Vng. Együtt maradni. Ang. To tarie with a nother.] Macrob. Satur. lib. 6. cap. 7: Referunt enim non ad eos qui adveniunt, sed ad illos qui in domo commanent.

Cōmmănĭpŭlārēs, Spartiano commanipulones, Ciceroni contubernales. [συσκηνοῖ, vel συσκήνοι. Pol. Spolne pol nierze. Vng. Azon hadbeli társ, azon tized allyas.] Milites ejusdē manipuli. Cornelius Tacitus lib. 20: Prensare commanipularium pectora cervicibus injecti.

Cōmmănĭpŭlōnes, qui sunt ejusdem manipuli. [Pol. Spolni pol dzieci. Vng. Azon hadbeli társ, azon tized allyas.] Spartianus in Nigro: Idem ob unius gallinacei diremptionem decē commanipulones, qui raptum ab uno comederant, secuti percuti jussit.

Cōmmănĭpŭlātĭo, [Pol. Spolne pol dowodze. Vng. Azon hadbeli, tizedbeli társaság.] Spartianus in Nigro: Vt tota in expeditione, in commanipulatione nemo focum faceret.

Cōmmăscŭlārĕ, ut Cōmasculare frontem, masculi frontem assumere virginali verecundia relegata, & quasi perficta fronte aliquid facere. Macrob. Satur. lib. 7. cap. 11. de Servio naturali verecundia presso: Cōmascula fronte, & sequestrata verecūdia, quam in te facies rubore indicat, confer nobiscū liberē.

Cōmmĕdĭtŏr, aris, d. p. Meditor. [הגה hagāh. μελετᾶν. Gall. Penser diligemment à quelque chose. Ital. Pensare, imaginare. Ger. Zu trachten/nachsinnen. Hisp. Pensar, imaginar. Pol. Rozmyślam, rozważam. Vng. Gondolkodom, elmélkedém. Ang. To think and mise diligently.] Autor ad Her. lib. 3: Quare placet & ex ordine locos comparare, & locos quos assumpserimus, egregiè commeditari oportebit, ut perpetuò nobis hærere possint. Lucret. lib. 6: Et fragiles sonitus chartarum commeditatur: id est, exercet, facit, reddit.

Cōmmĕmĭnī, Memini. [זכר zachār. μέμνημαι. Gall. Ay mémoire souvenance. Ital. Mi è souvenuto. Ger. Ich bin eingedenck. Hisp. Recordarse. Pol. Pamiętam. Vng. Emlekezém reá. Ang. To have remembrance.] Cic. 1. Tuscul. Ego autem nō commemini, antequam fum natus, me miserum. Idem 1. de Orat. Idem Qu. Servium Galbam (quem hominem probè nosse & commeminisse se ajebat) pergraviter reprehendere solebat.

Cōmmĕmŏro, penult. corr. act. p. Commonefacio, in memoriam reduco, recenseo, dico. [הזכיר hizchīr. ὑπομιμνήσκω. ἀναφέρω, λέγω. Gall. Faire memoire, & mention, raconter, ramentoir. Ital. Ricordare, ridurre in memoria. Ger. Erzehlen/widerkeren/wider in gedechtnuß bringen. Belg. Verhalen. Hisp. Recordar. Pol. Przypominam, wspomnę. Vng. Elő számlálom, elő beszéllem. Ang. To report, to mak mention, to bring in memorie.] Cicer. in Catone: Pithagoræorumq; more, exercendæ memoriæ causa, quid quoq; die dixerim, audierim, egerim, commemoro vesperi. Idem pro Quintio: Nam quid hoc indignius, aut iniquius C. Aquili dici, aut commemorari potest?

Cōmmĕmŏrātĭo, verbale, f. t. Mentio, recordatio. [זכרון zikārōn. ὑπόμνησις. Gall. Mention, recit. Ital. Ricordanza. Ger. Erzehlung/widerkerung/widergedechtnuß. Belg. Verhaling. Hisp. Recordacion. Pol. Przypomnienie. Vng. Elő számlálás. Ang. Mention or making report.] Terent. in Andr. commemoratio, Quasi exprobratio est immemoris beneficii.

Cōmmĕmŏrāmĕntum, antiqui pro cōmemoratione dixerunt. Cæcilius Plotio. Pudebat credo, commemoramentum ilupi.

Cōmmĕmŏrābĭlĭs, le, om. t. dignus qui cōmemoretur. [מכר mizbar. ἀξιομνημόνευτος. ἀξιόλογος. Gall. Digne de memoire, ou d'estre raconté. Ital. Degno de cui sia fatta memoria. Ger. Der wirdig ist daß man sein gedencke vnd meldung thue. Hisp. Digno de ser recordado. Pol. Do przypomnienia godny. Vng. Emlekezet re méltó. Ang. Worthie to be mentioned.] Cic. 2. de Nat. deor. Multaq; alia in aliis locis commemorabilia proferre possum. Plaut. Pseud. Dabo aliam pugnam claram & commemorabilem.

Cōmmendo, as, act. p. ex Con, & mando, Laudo: [השקיד hiphkīd שבח shibbāch הלל hillēl. ἐπαινῶ, συνίστημι. Gall. Recommander, louer, hausser en garde. Ital. Laudare, raccommandare. Ger. Befehlen loben. Belg. Beveelen/loven. Hisp. Encomendar o alabar. Pol. Zalecam, chwalic. Vng. Ajánlom. Ang. To commend, to laue and praise.] & sic duobus ferè cōstrui solet modis. Nam quandoq; accusativū tantùm habet. Cic. post red. Quū cum, præter simulatā tristitiā, nulla res cōmendaret. Valer. Max. lib. 10: Quapropter non ludicrā artem cōmendavit. ¶ Quandoq; ultra accusativū construitur cū alio accusativo mediante Apud, aut hujusmodi præpositione: ut, Commendavi te apud prætorem. ¶ Quandoq; post accusativū jungitur dativus, & significat fidei alicujus cōmitto, & quod charū est mihi alicui concredo, ἐπιτρέπω. sed non recedit à significatione verbi Laudo. Sæpe enim fit cum charitate & laude ejus, qui cōmendatur. Cicero Quint. Fratri: Quàm multos mecū egisse putas, ut se Statio cōmendarem? Plautus: Qualine amico mea commēdavit bona? Probo & fideli & fido. Cic. 5. de Finibus: Quorū uterq; tibi testamento liberos suos commendavit. Ter. in Eunuch. Ego me tuæ commendo & committo fidei.

Cōmmendātŭs, a, um, partic. Cōmissus, laudatus, aut fidei alicujus cōcreditus. [מקדד mupkādēd משבח mushbbāch. ἐπαινούμενος. Gall. Recommandé & loué. Ital. Laudato, tenuto in gran stima. Ger. Befohlen/oder gelobt/einem andert vertraut. Hisp. Encomendado y alabado. Pol. Zalecony. Vng. Ajánlattatott. Ang. Commended, praised.] Cic. pro Rosc. Amer. Cui fama mortui, fortunę vivi cōmendatæ sunt atq; concreditæ. Plancus Ciceroni: Meam dignitatem commendatam habeas rogo.

Cōmmendātŭs, nomen ex participio. [מבחר. Pol. Zalecony. Vng. Ajánlás.] Cic. pro Corn. Balbo: Quis est enim nostrūm, cui non illa civitas sit hujus studio, cura, diligentia, commendatior? Idem ad Brut. Quum ipsi per se tibi commendatissimi sint.

Cōmmendātĭo, onis, verbale, f. t. Laus, laudatio, commissio. [שקדון pikkādōn. ἐπαίνεσις. Gall. Recommendation, louāge. Ital. Raccommādatione. Ger. Befehlung. Hisp. Encomiēda. Pol. Zalecenie. Vng. Ajánlás, kommendálás. Ang. Commending, praising.] Cic. ad Len-

Lent. lib. 1: Nostra, cæterorumq; amicorum commendatione gratissimus in provincia fuit. Idem: Magna est hominum opinio de te, magna commendatio liberalitatis, magna memoria Consulatus tui.

Cōmendātor, & Commendatrix, qui & quæ commendat. [מקבל maqbil. ὁ συστατικός, καὶ ἡ συστατική. Pol. Zabiecaiący. Vng. Ajánlo, kommendáló. Ang. Letters of commendation.] Cic. 1. de Legib. Sed profectò ita se res habet, ut gaudeamus vitiorum emendatricem legem esse oportet, commendatricemq; virtutum ab ea vivendi doctrina ducatur.

Cōmendātitius, a, um, ut Commendatitiæ literæ, in quibus alicui commendantur. [συστατικὰ γράμματα. Gall. Lettres de recommendation. Ital. Lettere di raccomandatione. Ger. Fürderauß briefe. Hisp. Letras de encomendar. Pol. Zabiecujący. Vng. Ajánlólevél, kommendáló. Ang. Letters of commendation.] Cic. Anton. lib. 5: Etsi statueram nullas ad te literas mittere, nisi commendatitias.

Cōmendābilis, le, dignum quod laudetur. [ἐπαινετός. Gall. Digne d'estre loué. Ital. Che è degno di essere laudato. Ger. Das furdertens wirdig ist. Hisp. Digno de ser encomendado y alabado. Pol. Godni chwały. Vng. Dicsérő, dicsérettre méltó. Ang. Worthy to be praised.] Colum. lib. 5. cap. 6: Sed ut densum arbustum commendabile fructu & decore est, sic ubi, &c.

Cōmentāculum, culi, n. s. (inquit Festus) virga qua in sacris urebantur ad sacrificia cuntes, ut à se obvios homines amoverent.

Cōmentīsis. Vide COMMETIOR.

Cōmentōr. Commentitius, Commentum. Vide CONNINISCOR.

Commeo, as, n. s. ex Con, & Meo, Eo, iter facio. [הלך halách. אזל azál. φοιτᾶν. Gal. Aller & faire vn voyage, passer en lieu en autre, voyager. Ital. Andare, venire. Ger. Etwas in eyne ser moneg weder zu nemen. Belg. Gaen. Hisp. Passar de vna lugar, ir y venir. Pol. Idz abimsyę wroczyć, nadchodzę. Ang. To go, to walk, to make an journey.] Col. lib. 1. cap. 3: Qui libentius commeatus sit, si vexationem viæ non reformidet. Plaut. in Rud. Eum ad carnificem est æquius, quàm ad Venerem commeare. ¶ Aliquando ponitur pro Convenio. Cicer. pro Leg. Man. Insula Delos quò omnes undiq; cū mercibus commeabant. ¶ Aliquando pro Venio & redeo. Idem: Sol altius ad occasum commeans. ¶ Inde Cōmeatus dari dicimus id est, tempus quo ire & redire commodè possis. ¶ Veteres etiam cōmetare dixerunt, pro commeare, ut citat Nonius ex Serio: Quum ad lupā nostram tām multi crebrò cōmetant lupi. Afran. Quò tu cōmetas? ubi confixus desides? Ex Nonio.

Cōmēātor, qui commeat, idq; ultrò citroq;, ut internuntius: quasi Mercurius apud Apul. in Apolog. Deus superūm & inferorum commeator appellatur. Hom. διάκτορος. [Pol. Posłaniec, y posyłający. Vng. Járó, bemenő.]

Cōmeātus, us, Facultas abeundi, sive quod dicitur Salvum conductum, quē dat imperator militi, præpositus inferiori, eūdi quò vel ad præscripti diem revertituro. [ἐξιτήριον, ἐφόδιον. Gall. Congé de mettre sauf conduit. Ital. Licenza salvocondotta. Ger. Ein Geleyts mensch zu gehen. Belg. Geleide, paspoort. Hisp. Licentia para passar por algun lugar, salvoconducto de principe, ò capitan. Pol. Conduct. Vng. Szabókonductus, el menő frenalo szabadság. Ang. Pasport or safe conduct to passe.] Autor ad Herenn. Ille qui ad diem cōmeatus non venit, quòd eū aquæ intercluisset. Liv. lib. 13. Magna pars sine cōmeatibus dilabebatur. ¶ Aliquando sumitur pro cibariis ad alimoniā exercitus, aut Reip. aut mercatorum, vel etiā privati alicujus. [אכל ócbel. שבר schéber. σῖτος, τροφή. Gal. Viures pour passer quelque temps. Ital. Vettovaglia. Ger. Proßand, oder nahrung zu erhaltung eines Kriegsmans. Hisp. Lar vituallas. Pol. Zywność, pica żołnierska, ludu. Vng. Tolodal. Ang. Victuals for the way or journey.] Cicer. pro Milone. Iam commeatu & privato, & publico prohibemur. Cæsar 1. bell. Civil. Reliquas merces commeatusq; ad oblidionem urbis, si accidat, reservant. ¶ Vnde, Trium dierum commeatus dicitur, quum instar paupertas extrema significatur. Aristoph. in Acharnens. καὶ μὴν ἐστρατεῦσθ' ἅπαξ ἡμῶν ἐφ' ἡμέρας τρεῖς. Et non ut quis reservet commeatum triduī. ¶ Aliquando pro transitu multitudinis. Apul. lib. 6: Sed cuneatim ingens commeatu difficultates transabiremus.

Cōmēātālis, miles dicitur, qui in stipendii partem accipit alimentum commeatu: id est, ex alimento publico, juxta priorē significationem vocis, Commeatus. Iustin. de Præfect. præt. Apulejus Deo. Nullū audeant Duces vel Tribuni cōmeatālem sēpius dimittere: ne dum sibi lucrū student conficere, custodias nostras relinquam provincias. Et infrà: Non de commeatālibus militum, aut eorum stipendiis lucrum facere.

Cōmercōr, aris, d. p. Mercor, vel multas res simul mercor, como. [קנה sahér. ἀγοράζω. Gall. Marchander ou acheter ensemble. Ital. Comperare. Ger. Kramen, viel ding zusamm kauffen. Hisp. Comprar, comprar juntamente. Pol. Skupuie. Vng. Sarlatak, vásárolok. Ang. To make merchandise, to bie or sell together.] Plaut. Cap. Pater captivos cōmercatur alios, tantū studēs, ut natum recuperet.

Cŏquŭs per q. sive Cocus per c. Qui cibos coquit. [מבשל *mebasilh*. μάγειρος. Gall. *Cuisinier, queux*. Ital. *Cuoco, coconiere*. Germ. Ein Koch. Belg. Een Kock. Hisp. *Cozinero*. Pol. *Kucharz*. Vng. *Szakács*. Ang. *A cooke*.] Mart. Nempe coquum mavis scindere quàm leporem. Idem: Non satis est ars sola coquo, servire palato. Namq; coquus domini debet habere gulam. Cic. in Pis. In ea cœna coquus meus, præter jus ferveus, nihil potuit imitari.

Cŏquŭlŭs, penultima correpta, diminut. Parvus coquus. [μαγειρίσκος. Pol. *Kuchepik*. Vng. *Szakácsocska*. Ang. *A little cooke*.]

Cor, dis. [לבב *lebab* לב *leb nagelim*. Gall. *Cœur*. Ital. *Cuore, cuoregio*. Germ. Das Herz. Belg. Dat Hert. Hisp. *Corazon*. Pol. *Serce*. Vng. *Szív (anagy) szív v*. Ang. *The hart*.] Præcipuũ inter viscera & vitæ sedes, & arteriarũ ac caloris nativi, quo animal regitur, quasi fons quidam ac domicilium. Vide Galen. lib. 9. de Vsu part. & li. 7. de Anat. administ. Cic. 3. de Divin. Nullum animal quod sanguinem habet, sine corde esse potest. ¶ Et quoniam ex veteribus nonnulli mentis sedem in corde collocaverunt (quod tamen secus se habet) factum est, ut cor pro animo sive mente positum inveniamus. Cic. 2. de Fin. Nec enim sequitur ut cui cor sapiat, ei non sapiat palatum. Cic. 4. Tusc. Alius cor ipsum animus videtur: ex quo Excordes, Vecordes, & Concordes dicti. Hinc etiam dicimus Cordi est: hoc est, placet animo meo. Cicer. de Amic. Isq; mihi eò magis cordi est. Idem pro Quintio: Mihi vita arida atque horida cordi est. Terent. Andr. Si hæ nuptiæ tibi sunt cordi. Idem Phorm. Quia utrq; utriq; est cordi. ¶ Cor ne edito, μὴ ἐσθίειν τὴν καρδίαν, Ne cuncta ipsius animum excrucies.

Cŏrcŭlum, diminutivum à Cor. [καρδία, καρδίδιον. Gall. *Petit cœur*. Ital. *Cuore picciolo*. Germ. Ein Herzlin. Hisp. *Pequeño corazon*. Pol. *Serdeczko*. Vng. *Szívecske*. Ang. *A little hart, a darling, a mynion*.] Plautus: Meum corculum, meus molliculus cæsium. ¶ Fuit etiam hoc P. Nasicæ cognomẽ à prudentia impositum. Cic. 1. Tusculan. Et Nasica ille prudens, bis Consul, Corculum appellatus. Corculũ enim, teste Festo, dicebant antiqui solertem & acutum. Plinius libro 7. capite 31: Catos, Corculos apud Romanos cognominatos esse refert, qui sapientia præstiterunt.

Cŏrdātŭs homo, Prudens, qui solertia multa pollet & ingenio. [בלבב *nalbab* σοφός, συνετός, συνήσων. Gall. *Qui est d'vn cœur sage & prudent*. Ital. *Homo prudente, cuore grosso*. Ger. Ein hertzhaftiger weiser vnd gesidwonder Mensch. Hisp. *Varon que tiene corazon sabio, prudente, y astuto*. Pol. *Serca mekiego maz, madri y rozumny, bystry*. Vng. *Meresebátor, okos szivu*. Ang. *Discrete, wise, of bonitie and iudgement*.] Lactant. lib. 3: Non inficior fuisse illum paulò cordatiorem quàm cæteros, qui naturam rerum putaverunt ingenio posse comprehendi. Cic. lib. 1. Tusc. Egregiè cordatus homo Catus Aelius Sextus.

Cŏrdātē, adverbiũ, Sapienter, prudenter. [σοφῶς, συνετῶς, σεσοφισμένως. Gal. *D'vn bon cœur, sagement, prudemment*. Ital. *Saggiamente*. Ger. Wolsinnich, hapfferlich. Hisp. *Prudente y sabiamente*. Pol. *Mądrze mesnie*. Vng. *Bátrom, okossan*. Ang. *Wisdlie and discreetlie*.] Plaut. Pœn. Quas tu sapienter, doctè, & cordatè, & cautè, &c.

Cŏrdāx, Pes, sive mensura metrica est, quæ alio nomine appellatur Trochæus. Cic. in Orat. Trochæus, qui est eodem spatio, quo Choreus, Cordax ab Aristotele appellatur.

Cŏrdŏlĭum, n. s. Cõmiseratio, & quasi dolor cordis: quod vocabulum in quotidiano sermone est usitatissimum: quo & vetustissimi autores utuntur. [עצבון הלב *hitzbon halib*. καρδιαλγία. Gall. *Douleur au cœur*. Ital. *Cordoglio*. Ger. Schmerz vnd traurigkeit des Hertzens. Hisp. *El cordojo, dolor de corazon*. Pol. *Smutek bolesna serca*. Vng. *Keserűlés szivben*. Ang. *Dolour or griefe of the hart*.] Plaut. Mihi cordoliũ est. Idẽ in Pœn. Ibi tibi erit cordoliũ, siquam ornatam melius fortè aspexeris. Idem abhinegat mulieri esse cordolium: nam mulier nulla cordicitur dolet ex animo.

Cŏrăcĭnŭs, [κόρακι τῷ κόρακος. Pol. *Czarni iako kruk*. Vng. *Fekete*. Ang. *Belonging to a raven, blacke*.] idem est quod Cornus, κόρακος, color niger. Paulus L. 78. D. de leg. & fideic. lib. 32: Coccum quod proprio nomine appellatur, quin versicoloribus cederet nemo dubitavit: quin minus portò Coracinum, anthyfginum, aut melinum suo nomine, quàm coccum purpurave designatur. ¶ Est etiam Coracinus nomen piscis. Aristoteli κορακῖνος, Hesychio κορακῖνος, & diminutivè apud Athenæum κορακινίδιον à κορακῖνος: à κόραξ niger, & κινῶν. Piscis est marinus ex squamosorum genere Auratæ vel Melanuro non dissimilis, magnitudine interdum plus cubitali, coloris subnigri, recens capto caput auro atq; purpura & splendet & nigricat, dorsum verso rependum. De Coracino vide Athenæum lib. 7. & 8. præter Arist. histor. lib. 8. cap. 3. & lib. 5. cap. 7. Strabon lib. 17. Plinium cum multis locis, tum lib. 32. cap. ultimo: ubi Pollum Coracinum dixit, sed mendosè editum racinum. Dictus est etiam Saperda Athenæo.

Cŏrăllĭum, n. s. [רמאות *ramoth*. κοράλλιον. Gall. *Du corail*. Ital. *Corallo*. Ger. Corall. Hisp. *El corail*. Pol. *Korall*. Vng. *Korallom*. Ang. *Corall*.] Frutex est mollis, sub aqua nascẽs, colore vindi, baccas ferẽs cãdidas (teste Theophrasto in tractatu de gemis) quas

ἐξαίρετος ex aqua exemptus, confestim lapidescit, ruborémq; contrahit. Nascitur in mari rubro, sed vilius, laudatius in Oceano Septentrionali juxta Orchadas insulas: item in mari Siculo circa Heliam & Drepanum. Scribendum est autem Coralium unico l, contra communem abusum. Invenitur enim sæpè apud probatissimos poëtas antepenultima correpta. Ovid. lib. 4. Metamorphos. Nunc quoq; coralis eadem natura remansit. Idem 15. Metamorphos. Sic & Coralium quo primum contigit auras. Claudianus geminavit l literam, ut syllabam brevem extenderet: Mergit se subitò, velliq; coralia Clotho.

Cōrāl dāchārēs. Gemma est ex Achatæ generibus, similis coralio aureis guttis distincto. Plin. lib. 37. cap. 10.

Cōrām, adv. cum genitivo. [בכח *nechach*. על טני *hal pené*. Gall. *Devant, en presence*. Ital. *In presenza, in palese*. Germ. Vor, in seyn bey vnd gegenwertigkeit. Belg. Voor, tegenwaerdicheit. Hisp. *En presencia*. Pol. *Przed, wobec*. Vng. *Szemben, Szemben*, (item) *elét* (& cum affinis) *eléttem, eléttünd, eléttse*. Ang. *Before, in presence, openlie*.] Præpositio est serè cos ablativo, quæ contrariam habet significationem præpositioni Clàm: ut, Coràm Senatu orationem habui. Differt tamen à Palàm: quod Coràm magis ad personas refertur, Palàm ad omnes refertur. Coràm indiget adjectione, Palàm non indiget. Et differt ab Antè, quòd Antè oculos, longè medlegi potest: Coràm, proximitatem significat. Terentius Eunuch. Quæ mihi ante oculos coràm amatorem abducitum. Coràm, & in Præsentia, idem est, referturq; ad corporalem præsentiam. Vide Bart. in l. 3. in fin. ff. de Aut. tutor. Coràm, factum ex oratura rei plerumque illud non videtur cui intelligentia non accesserit. l. diem §. coram ff. de Arbit. Vide Alciatum in l. coram Titio, de verb. signif.

Cōrīmbē, bes. [κόρυμβος, κορύμβη, κόρυμβος. Pol. Κόρυμβα. Vn. Κόρυμβος *Colombo*, ἢ κόρυμβος, *Corimbo*. Ang. *Colewortes*.] Herba est nota, quam nos *Brassicam* vocamus, ita dicta quasi Coramble, *quasi* κόρη ἔμβλεπουσα *ne aspiat*: hoc est, ab eo quòd oculorum pupillas haberet.

Corbis, is, com. 1. Vas ex viminibus factum, Canistrū, [סל חורי *sal churi*. κόφινος, *corbis*. Gall. *Coffin, corbeille, manne ou panier d'osier*. Ital. *Corbi, vasa panieri*. Germ. Ein korb. Belg. *Korf*. Hisp. *Cesto, especie de cubrero*. Pol. *Koszy*. Vng. *Kosár, vessö, szapu*. Ang. *A panier or basket made of osiers*.] Cicero pro Sest. Messoria corbe contexit. Dicta secundum Varronem ab eo, quod spicas aliudve quid eò conferebant. Olim enim spicas demessas in corbes conniciebāt, atq; ita in areas ferebant: teste eodē Varrone lib. 1. de Re rust. cap. 50. Dicimus autem hic vel hæc Corbis. ¶ Corbis etiam inter navalis instrumēta numeratur. Est mimus quod in summitate mali suspenditur, unde deiuperetam hostium naves deiciuntur.

Corbūlā, diminutivum. [κανδύλιον, κανδυλίον. Gall. *Petit panier*. Ital. *Piccolo vaso o paniere*. Germ. Ein kōbbin. Hisp. *Pequeno cesto*. Pol. *Koszyk*. Vng. *Kosárka, vessölöcske, szapucska*. Ang. *A little basket or panier*.] Vnde Cato de Re rust. cap. 11. scribit villicum habere oportere corbulas Amerinas quatuor.

Corbitæ, pen. prod. f. p. Naves onerariæ dictæ, quòd in earum malo summo corbes solerent suspendi, unde & longiusculè alius prospici, & tela è superiore loco in hostium naves conjicerent. [Vng. *Torbei hajó*.] Plaut. Tardiores multò, quàm corbitæ sunt etiam in tranquillo mari. Cicer. ad Attic. libro 10. Corbitāne Patras, an actuariolis ad Leucopetram Tarentinorum, atque inde Corcyram: & si oneraria statimque licito, ut ferrem.

Corbitō, as, āre, act. p. In corbitam immitto. [Vng. *Hajót terbelek*.] Horatius in Carmine: Ego novi illas ambas efficies, corbitas, Vis comesse possunt. ¶ Per translationem dixit, Corbitare, pro eo quod est, ventrem implent, quasi navigium onerant.

Corbonam, κορβανᾶς, Iudæi sacrum Thesaurum dicunt. Autores Iosephus & Eusebius.

Corallis. Gemma est quæ modò nigro, modò cæruleo colorata.

Corchōlipis, genus simiæ est, quæ ultimam partem caudæ villosam habet. Festus. [Vng. *Lamur farkú majom*.]

Corchōrūs, [κόρχορος. Gall. *Mouron ou morgeline*. Ital. *Anagallo*. Germ. Gauchheil: ist ein kraut also genant. Hisp. *Morages*. Pol. *Bielorzesz, mierzyc*. Vng. *Tyúk fűcsö*.] Herba est humilis, altitudine palmum non excedens, quæ alio nomine Anagallis appellatur. Numeratur autem inter vilissima olera: unde locutus est proverbio: κόρχορος ἐν λαχανοῖς: hoc est, Corchorus inter olera: quod de iis dici solet, qui fortuna sua amplioribus honores appetunt, & sese intra suam pelliculam continere non possunt. Erasmus in Adagiis.

Corculum, Vide COR.

Cordapsus, Vide CHORDAPSVS.

Cordare, Cordatus, Cordax, Vide COR.

Cordiācūs morbus. Vide CARDIACVS.

Cordelium, Vide COR.

Cordila, capitis humor, morbi nomē, ut author est Barbarus.

Cordila, appellabatur partus piscium, qui feras redeuntes in mare autumno comitatur.

Cordire, veteres dixerunt, pro eo quod est animo cedere.

Cordus, a, um. Quod serotina fœtura natum est: [עכור *hatúph*. ὀψίγονος. Gall. *Tardif, né ou produit hors saison, ou en arriere saison*. Ital. *Tardo che nasce doppò il tempo debito*. Germ. Das spaat gewachsen, oder geboren ist. Hisp. *Cordero, que nasce tardio*. Pol. *Potram, pozny urodzey*. Vng. *Az mi késön lesz ebbe, késön fogaloret, késön, ellebe*. Ang. *That springeth late in the yeare, latemard haye, the latermath*.] ut, Cordum fœnum, autumnale, quòd scilicet autumno secatur. Colum. libro 7. capite 3: Aluntur autumnali fœno, quod Cordum vocatur. Sic corda frumenta dicta sunt, quæ serò maturescunt. Et cordi agni, serotini, qui post tempus debitum nascuntur, quos vulgus vocabulo inde deducto *Cordisias* nominat. Plinius libro 8. capite 47. de ovibus loquens: Gerunt partus diebus CL, postea concepti invalidi. Cordos vocabant antiqui, post id tempus natos. ¶ Dicitur & de hominibus ultra tempus legitimum in utero gestatis. Vnde apud Suetonium, Cordi Cremetii nomen legitur. Quo nomine etiam dictus est scriptor historiarum, quem sequi se ait Iulius Capitolinus in vita Gordianorum. Quinetiam Quintilianus libro 1. præcipit scrutandas esse à subtili præceptore origines nominum, unde Agrippa, & Opiter, & Cordus, & Postumus dicantur. Varro de Re rust. lib. 2. cap. 1, per aspirationem scribit Chordum, & ἀπὸ τοῦ χορδῆς derivat, quod significat valvam intimam, sive involucrum, quo fœtus, in utero matris involvitur. Latini Secundas vocant.

Cordylā, pen. product. [κορδύλη. Gall. *Va petit poisson que les thonnaires engendrent, qui par apres deuient grand, & lors l'appelle thon ou thonine*. Ital. *Pesce picciolo generato dal thono*. Germ. Ein gattung kleiner Meerfischen. Hisp. *Atun pequeno*. Pol. *Rodzey małych rybek morskich*. Vng. *Saladica hal fiu*. Ang. *A little fish which the thonnies engendreth*.] Thynni partus vocatur, dum adhuc parvus, qui postea pelamidis, & post annum, quum jam adolevit, Thynni nomen capit, teste Plin. lib. 6. cap. 15. Mart. lib. 11: Mox vetus & tenui major cordyla lacerta.

Cōrgo, adverbium apud Veteres, pro Profectò, quasi ex corde agendi est, loquor, Festus.

Cōriācesiā, Herba est, qua Magi tradiderunt aquam congelari, quo etiam nomine à Pythagora celebrata fuit, teste Plin. lib. 24. cap. 17.

Cōrīācēum, Vide CORIVM.

Cōriago, f. t. Infesta (ut Columella inquit lib. 6.) pestis bubulo pecori, quum scilicet pellis ita tergo adhæret, ut apprehensa manibus deduci à collis non possit. κόριον δὲ τὸ ἐν τοῖς βοσκήμασι. Pol. *Przerosłnienie skory do mięsa*. Vng. *Az tehen bőrinek tsontyához vala ajasa*. Ang. *Hidebound, a sickenesse of cattell*.] Ea res non aliter accidit, quàm si bos, aut ex languore aliquo ad maciem perductus est, aut fudans in opere faciendo, refrixit, aut si sub onere pluvia madefactus est. Vide Col. lib. 6. cap. 12.

Coriandrum, [κόριον, κορίαν. Dioscoridi. Gall. *Coriandre*. Ital. *Coriandro*. Ger. Coriander. Hisp. *Coriandro*. Pol. *Koriander*. Vng. *Koriándrum*. Ang. *Coriander*.] Herbæ genus est, etiam hodie nomen retinens: cujus semen saccharo convestitum, non extremum inter bellaria locum obtinet. Vide Plin. libro 20. cap. 20.

Cōriāginōsus, [Pol. *Parchomati*. Vng. *Az mely baromnak tsontyához ragadt az bőre*. Ang. *Sicke of the hidebound*.] qui coragine laborat, ut coraginosum jumentum apud Vegetium de re veterinaria. Cornua etiam vocantur dentes elephāti à Plinio lib. 9. cap. 5. & lib. 18. in præfat. licet lib. 8. cap. 3. ita scribat de Elephantis: Prædam ipsi in se expectandam sciunt solam esse in armis suis, quæ luba cornua appellat, Herodotus tanto antiquior, ἐξ ἐθισμοῦ τὸ μέλιον dentes.

Coriannicum: id est, Corium, vel Coriandrum, apud Dioscor. lib. 3. cap. 12.

Corias, riæ, Piscis genus. Plin. lib. 33. cap. 11.

Coriarius, Vide CORIVM.

Corinthias, adis, Herba alio nomine Menais dicta, cujus succo in aqua decocto, serpentium ictus protinus sanari prodidit Democritus, referente Plin. lib. 24. cap. 17.

Coriolana pyra, quæ dicuntur, vide Plinium libro 15. capite 15.

Corion, [κόριον. Gall. *Mille pertuis*. Ital. *Perforata*. Germ. Sant Johans kraut. Hisp. *Coracon Zillo, mil forado*. Pol. *Zwonczyky, S. ianiziele*. Vng. *Szent János füve*. Ang. *S. Iohnes worte*.] Herba est, oleraceo frutice, tenui, cubitali, rubente folio rutæ, odore acri, semine in siliqua nigro: aliis nominibus Hypericum, & Chamæpitys appellata, teste Plinio libro 26. capite 8. In officinis *Hyperici* nomen retinet. Vulgus *Perforatam*, & *D. Iohannis herbam* appellat.

Coris, κόρις Dioscoridi, Frutex est folio eruca, sed minore, & pinguiore, & rubente, palmum altus, sapore grato, acri, odorato,

rato. Quidam Hypericum appellant. Plin. libro 26. capite 8. ¶ Est & aliud Hypericon, quod alii Corin appellant, folio tamaricis, & sub ea nascitur, sed pinguioribus foliis, & rubentibus.

Corytus. Vide CORYTHVS.

Cŏrĭum, n. s. Animalium est, præsertim eorum quæ crassiorem pellem habent ac duriorem: quanvis quandoq; de quacunq; pelle dicatur, etiam rerum inanimatarum. [עור *hor*. βύρσα, κοῦρος, δέρμα. Gall. *Cuir, ou peau*. Ital. *Cuoio, pelle*. Germ. Ein haut oder läder. Belg. Leder. Hisp. *Cuero ò corteça*. Pol. *Skora*. Vng. *Bőrből, valo*. Ang. *Made of an hide*.] Cæs. 2. bel. Civil. Super lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua immissa lateres diluere posset. Cic. 1. de Nat. deor. Quarum aliæ coriis tectæ sunt, aliæ villis vestitæ, aliæ spinis hirsutæ. Apud Plin. Corium terræ est, nō tām cutis ejus, faciesq; summa, quàm tectorium, & stratumen quoddam crassius, cui & aliud quoq; subesse potest corium. Nam in parietibus struendis, ordines ipsi laterum Coria à Vitruvio dicuntur: hoc est, quæ vulgò turba opificum appellat *Corsim*. Budæus in annotationibus in Pand. ¶ Dicitur & Corius, masculini generis. Plaut. in Pœnul. Heri in tergo meo tres facilè conos contrivisti bubulos. ¶ De alieno corio ludere, proverbio dicuntur qui securiùs agunt, sed alieno periculo. Apul. in Asino aureo, lib. 7: Coriaceum auxilium, κοινὸν ἀνωφελές, apud Atticos infirmum & imbecille dicebatur. Refertur apud Hesychium.

Cŏrĭăcĕum. Quod ex corio est. [κοιάκινος. Gall. *De cuir*. Ital. *De cuoio*. Ger. Das auf läder ist. Hisp. *De cuero*. Pol. *Skorjany*. Vng. *Bőrből, valo*. Ang. *Made of an hide*.]

Cŏrĭărĭŭs, m. s. Qui coria concinnat, præsertim crassiora. [βυρσοδέψης. Gall. *Corroyeur, habilleur de cuir*. Ital. *Cuoiaio*. Germ. Ein läder läder gerber. Hisp. *Curtidor que adoba cueros*. Pol. *Garbarz*. Vng. *Szigyártó, timár*. Ang. *A currier or dresser of leather, a tanner*.] Plinius lib. 17. cap. 9. In coriariorum officinis pilo madefacto. ¶ Coriarius præterea est herba sylvestris, foliis myrti, cauliculis brevibus, venena & tineas pellens: & frutex coriarius appellatur, subrutilus, cubitalis crassitudine digitali, cujus aridis foliis, ut malicorio, coria perficiuntur. Alio nomine Rhus appellatur, teste Plin. lib. 24. cap. 11.

Cŏrnĕtum. Vide CORNVS.

Cŏrnĕŭs. Vide CORNV, & CORNVS arbor.

Cŏrnĭcĕn. Vide CORNV.

Cŏrnĭcŏr, Cŏrnĭcŭlă. Vide CORNIX.

Cŏrnĭcŭlărĭus. Nomen est ordinis in militia, sicut Commentariensis & Accensus. Docet Asconius Cornicularium à Corniculo sic inclinari, ut à Cornu Cornicinem. Nam qui Corniculo militabat, is & Cornicularius dicebatur. Maternus videtur ostendere Cornicularium officium fuisse super sententiis damnatorum, quum ait lib. 2: Quod si in his locis Mars se aliqua societate conjunxerit, vel si cum his fuerit inventus, cruent homicidiis publici præpositi, & exceptores earum sententiarum, quæ de hominum capitibus proferuntur, aut cornicularii, aut commentarienses, sed quibus jura committantur.

Cŏrnĭcŭlum. Vide CORNV.

Cŏrnĭgĕnus, Cŏrnĭgĕr, Cŏrnĭpes. Vide CORNV.

Cŏrnix, f. t. [κορώνη. Gall. *Vne cornoille*. Ital. *Cornice, cornacchia*. Germ. Ein krähe. Belg. Ein kraey. Hisp. *Corneja*. Pol. Wrona. Vng. *Varrú*. Ang. *A crowe*.] Avis vivacissima, minor corvo, quæ cæterarum avium dux esse dicitur. Annosa cornix, Horat. 3. Carm. Improba cornix, Virgilius 1. Georg. Idem 9. Aeglog. Antè sinistra cava monuisset ab ilice cornix. ¶ Cornix scorpium, κορώνη σκορπίον, subaudi rapuit. Quadrat in hos, qui parant eos lædere, unde tantundem mali fiunt accepturi vicissim. Quemadmodum cornix correpto scorpio, arcuata illius cauda vulnus accepit lethale perituq;. ¶ Cornices etiam accipi solent pro iis qui se sapientiores, ac duces aliorum videri volunt: unde cornicū oculos configere proverbio dicimus, pro eo quod est, veterum scientiam novo invento obscurare, & efficere, ut priores nihil scisse videantur. Cicero pro Murena: Inventus est scriba quidam Cneus Flavius, qui cornicum oculos confixerit, & à prudentibus juris sapientiam ipsorum compilarit. ¶ Est etiam cornix annulus ferreus, quo ostiū pulsatur, à figura aut potius garrulitate sic dictus.

Cŏrnĭcŭlă, f. p. diminutivum. [κορωνίς. Gall. *Corneille ou greille emmanelée*. Ital. *Picciola cornacchia*. Germ. Ein kleine krähe. Hisp. *Pequenna corneja*. Pol. Wrona. Vng. *Varrisska*. Ang. *A little crowe, a dawe*.] Hieronymus ad Paulinum: Malo alieni operis interpres existere, quàm (ut quidam faciunt informes corniculæ) alienis me coloribus adornare. Alludit ad corniculam illam, quæ (ut in fabulis est) alienis pennis ornata, reliquis avibus aliquandiu non parvę fuit admirationi, donec deprehenso fuco, suas quæq; pennas aves repetentes, nudam corniculam destituerunt. Quam fabulam ita tangit Horat. in Epist. ne si repetitum venerit olim Grex avium plumas, moveat cornicula risum Furtivis nudata coloribus.

Cŏrnĭcŏr, aris, penul. product. deponēs, p. Significat more cornicū garrio. [κρώζω. Vng. *Kákogyok, varrú módra viháskodik*.] Pers. Satyr. 5: Nescio quid tecum grave cornicaris, inepte.

Cŏrnu, n. q. & hic Cornus, secundum Priscianum, à cursore (ut scribit Varro) nominatur. [קרן *kéren, κέρας*. Gall. *Corne, cornet*. Ital. *Corno*. Ger. & Belg. Ein horn. Hisp. *Cuerno*. Pol. *Róg*. Vng. *Szarv (anagy) Szarv*. Ang. *An horne*.] Plin. lib. 28. cap. 11: Dentes mobiles confirmat corvini cornus cinis. Idem lib. 11. cap. 37: Omnibus autem cava & in mucronem demum concreta sunt cornua: cervis autem solida & singulis annis deciduа. ¶ Tollere cornua, pro eo quod est animo efferi, nunc quoque tristissimum est. Horatius in Epod. Nanque in malos acerrimus, Parata tollo cornua. ¶ Sic addere pauperi cornua, Horatius de Baccho. ¶ Pauperem sumere cornua, Ovidius de ebrietate. Tractum à pecoribus, quæ cornibus oppositis minantur. ¶ Hinc fiunt Vnicornis, μονόκερως: Bicornis, δίκερως: Tricornis, Quadricornis. ¶ Per translationem cornua, fluminum dicuntur flexus & curvitates alveorum quod multis in locis ad cornuū similitudinē flectantur. Cicer. Attic. lib. 9: Ab utroq; portus cornu moles jacimus. Valer. Flac. lib. 1. Argonaut. - clatis cornibus omnes. ¶ Item cornua antennarum, significant utramq; partem antennæ κεραία. Virg. 3. Aeneid. Cornua velatarū obvertimus antennarum. ¶ Similiter in prælio Cornua dicūtur acici partes ab utroq; latere prominentes, κέρατα. In exercitu enim est dextrū & sinistrū cornu, & quod inter utrūq; est dicitur Media acies. Terent. in Eunuch. - in medium huc agmen cum vecti, Donax, tu Simalio in sinistrū cornu, tu Syrisce in dextrū. Cæsar 1. bell. Gal. Ipse à dextro cornu prælium commisit. ¶ Item Cornu, βουκερατίνη, genus est tubæ obtortæ, à quo cornicines, βουκερασταί, dicti sunt & dicitur cornu etiam si ex ære sit, propterea quòd primùm ex cornibus fierent. Varr. lib. 4. de lingua Latina.

Cŏrnŭărĭŭs. [κερατοποιός. Pol. *Ten ktori trabi pregu cpini*. Vng. *Kürt (anagy) trombita csinálo*.] Qui cornua militaria fabricat. Arcadius D. lib. ult. tit. 6. l. 6. Cornuarios recenset inter eos quibus aliquam vacationem munerum graviorum condono tribuit.

Cŏrnŭcŏpĭæ, κέρατα ἀμαλθείας, Cornu fuisse existimatur, quod Hercules cum Acheloo in speciem tauri mutato congressus, ei detraxit: hoc Najades acceptum & omnem fructum pomiferis refertum, Copiæ consecraruntunde apud Ovidiū: Achelous rigidum fera dextera cornu Dum tenet, infregit, tūcq; à fronte revellit. Najades hoc pomis & odoro flore repletum Sacrarunt, diversq; meo bona Copia cornu est.

Cŏrnĕsco, scis. [הקרין *hikrin*. κερατίζομαι. Gall. *Devenir dur comme corne*. Ital. *Diventar duro como corno*. Germ. Hart werden als ein horn werden. Hisp. *Hazerse duro como cuerno*. Pol. *Twardzieje iako rog*. Vng. *Szarú meggyára vttg kemény lődöm*. Ang. *To waxe hard like an horne*.] Plin. li. 11. cap. 49: Vrso quoq; simul ut expiraverit, cornescere ajunt genitalia.

Cŏrnĭcŭlum, n. s. diminutivum à cornu. [κερατίον. Gall. *Petite corne*. Ital. *Picciol corno*. Germ. Ein kleines horn. Hisp. *Pequenno cuerno*. Pol. *Rożek*. Vng. *Szarvacska*. Ang. *A little horne*.] Plinius libro 11. cap. 28: Aliis cornicula ante oculos prætenduntur ignava. Idem lib. 9. cap. 32, de cochleis: Oculis carent, itaq; corniculis prætentant iter. ¶ Hoc etiam nomine vocatum est oppidum apud Tarquinios, κερατυλλίς. Stephano, à quo oppidani Corniculani, κερατυλλανοί, appellati sunt. ¶ Et Corniculum ornamenti genus, quo donabantur milites ab Imperatoribus pro re bene gesta. Livius lib. 10. scribit Papyrium Consulem equites omnes ob insignem 10 bellis operam, donasse corniculis armillisq; argenteis.

Cŏrnĭcŭlătŭs, [κερατωτός. Pol. *Rogati*. Vng. *Szarvas*.] ut, Luna corniculata, apud Apulejum de Deo Socratis.

Cŏrnĭcĕn, pen. cor. m. t. Qui cornu canit. [κερατίς, βουκερατής. Gall. *Corneur*. Ital. *Sonator di corno*. Ger. Ein hornblaser. Hisp. *Trompeta bailarda, ò que tanne el cuerno*. Pol. *Piszczek na rogu grający*. Vng. *Kürtös*. Ang. *That blowetb on an horne*.] Iuvenal. Quadraginta dedit Gracchus sestertia dotem Cornicini, sive hic recto cantaverit ære. Hisce etiā olim in prelis utebantur, quemadmodum & tubicinibus. Liv. 2. ab Vrbe: Cornicines, tubicinesq; in equos impositos canere ante vallum jubet.

Cŏrnĭgĕnŭs, a, um. Quod est ex genere cornua habentū: sicut Caprigenū, quod est ex genere caprarum, [κερατοφυής. Vng. *Szarvas fajbol valo*.]

Cŏrnĭgĕr, pen. cor. m. s. Gerens cornua: [מקרן *makrin*. κερατοφόρος. Gall. *Cornu, portant cornes*. Ital. *Cornuto, che porta le corne*. Germ. Der hörner hat. Hisp. *Cosa que tiene ò trae cuernos*. Pol. *Rogaty*. Vng. *Szarvas*. Ang. *Horned, that hath hornes*.] ut, Cervi cornigeri, Ovid. 7. Metam. Caput cornigerū. Ovid. Epist. 5. Navius corniger, Virg. 8. Aen. Taurus corniger, apud Cic. de Natur. Deor. Bacchus etiam corniger dictus est, quia simulachro Liberi patris cornua adjiciebantur, quòd vini inventor fuerit: homines enim nimio vini potu truces redduntur.

Cŏrnĭpĕs,

Cōrnipēs, pen. cor. com. t. Animal corneos habens calceos, sicut equus & capra, & hujusmodi unguium aut pedum animalia. [κερατόπους. Gall. *Qui a les pieds dures comme corne.* Ital. *Che a i piedi duri come corne.* Germ. Das hornin schuh oder füß hat. Hisp. *El que tiene los pies de cuerno.* Pol. *Zrogatomy nogamy albo bataty.* Vng. *Kemeh szarvas lábu.* Ang. *Hard footed lik an horne.*] Ovid. libro 2. Fast. Cornipedi Fauno cæsa de morte capella. Nam Faunus caprinos pedes habere fertur.

Cōrnipēdā, penultima correpta. Animal quod cornibus petit: id est, ferit. κερατοβόλον.

Cōrnītēs, a, um. Quod habet cornua. [מקרין *makrin.* κεραοειδής. Gall. *Cerne, ayant cornes.* Ital. *Cornuto.* Germ. Gehörnet. Hisp. *Cosa que tiene cornuos.* Pol. *Rogaty.* Vng. *Szarvas.* Ang. *That hath hornes.*] Varr. 2. de Re Rust. cap. 7: Aetas coniciunt equorum & ferè omnium qui ungulas indivisas habent, & etiam cornutorum. ¶ Potest etiam dici cornutum, quod procedit ex cornu. Martial. Occubuit tantùm cornuto ardens pontus. Cornutæ quadrupedes à veteribus dicebantur elephantes, quos in his dentes multi dicūt, cornua sunt.

Cōrnūta, æ, Lyra altera: alias Coccyx alter. Piscis marinus est ostagonis, colore pumicei, totus squammis osseis cōtectus: anātis lyræ piscis similis. De Cornuta. Plin. lib. 9. cap. 27. lib. 32. capsulæ. Priore loco sic legendū: Attollit è mari cornuta semipedantra ferè cornua, quæ ab his nomen traxit.

Cōrnūtus, a, um, adjectivum nomen. [κεραόεις. Gall. *De corne.* Ital. *De corno è coloratu come si corno.* Germ. Hornin. Hisp. *Cosa de manera de cuerno.* Pol. *Zrogowypisany.* Vng. *Szarvaból valo.* Ang. *Of an horne.*] Unde hybernæ coronæ Corneæ dictæ sunt: quoniam negante tum flores terra, laminis è cornu tinctis fieri solebant. Unde Corneum rostrū, Cic. de Nat. Deor. Cùm sint aves exsilia, cruribus rigidis, corneo, proceroq; rostro. Corneus color, qui cornu vel cornī similitudinem refert. Plinius.

Cōrnūlus, diminutivum. [κεράτιον. Gall. *Petite corne.* Ital. *Picciol corno.* Germ. Ein liten hörnin. Hisp. *Pequeño cuerno.* Pol. *Rożeczka.* Vng. *Szarvacska valamika.* Ang. *A little horne.*] Cicer. 2. de Nat. Deor. Sed duros & quasi corncolos habēt introitus, multisq; cūspidibus, quod his naturis relatus amplificatur sonus.

Cōrnus, fœmin. gen. tàm quartæ quàm secundæ declinationis, secundùm Prisciānum, Arbor ramos habens, duritie & rigiditate cornibus similes, fructum circa solstitia ferens, primò viridem, postea sanguineum. [κρανία. Gall. *Cornoiller.* Ital. *Cornio, corniolo.* Germ. Zhiertrinbaum oder cornebaum. Hisp. *Hombre silvestre.* Pol. *Głóg.* Vng. *Som fa.*] Virgil. 2. Georg. & bona bello Cornus: id est, apta hastilibus. Itala cornus. Virgil. Aeneid. libro 9. Conjecto flernit jaculo, volut Itala cornus: id est, telum ex corno factum.

Cōrnum, com. gen. neut. Fructus arboris corni. [κρανέον. Gal. *Le fruit d'un cornoiller, cornouille.* Ital. *Cornola, frutto del cornolaro.* Germ. Zhiertis, oder Hertertirsen. Hisp. *La cereza silvestre.* Pol. *Jagoda z głogu.* Vng. *Som.*] Idem 3. Aeneid. baccas lapidosaq; cerna Dant rami.

Cōrnūs, 2. um. Quod ex corno est. [κρανίνος. Gall. *De cornoiller, fait de bois de cornoiller.* Ital. *Fatto di legno di corniolaro.* Germ. Zhiertbaumin, cornebaumin. Hisp. *Cosa de cereza silvestre.* Pol. *Głogowy.* Vng. *Som faból valo.*] Plaut. Duram ac corneam virgam. Cornea pyxis, Plin. li. 21. cap. 20. Venabula cornea, Ovid. lib. 4. Virgulta cornea, Virg. 5 Aeneid.

Cōrnūtum, ti, Locus consitus cornis. [Vng. *Somas erdő.*] Hinc Cornūta, locus in urbe intra sacram viam & macellum, à cornis, quæ imputatæ loco reliquerunt nomen, ut esculentum à esculis dictum, laurentum à lauro, fagutal à fago. Varr. lib. 4. de lingua Latin.

Cōrōn, ωνος, Dioscoridi herba eadem est cum sylvestri ruta.

Cōrōll. I. Corollarium, Vide CORONA.

Cōrōn. II. p. Sertum. [עטרה *hatarah.* στέφανος. Gal. *Couronne, chapeau de fleurs.* Ital. *Corona, ghirlanda.* Germ. Ein kron. Belg. Kroon. Hisp. *Corona que se da al vencedor.* Pol. *Wieniec.* Vng. *Koszorú koronа.* Ang. *A crowne or garland of flowers.*] Plaut. in Amph. Tum si coronas, serta, unguenta jusserit Ancillam ferre Venei. Cicero 6. Verr. Unxisse unguentis, complesse coronis & floribus. ¶ Fuerunt autem apud Romanos varia coronarum genera: Triumphalis, quæ Imperatoribus post victoriam ad urbem redeuntibus ad triumphum mittebatur. Hæc antiquitus ex lauro fiebat: postea etiam ex purissimo auro fieri cœpit, quod etiam inde aurum coronarium vocatur. Obsidionalis, quam liberati ab obsidione dabant ei, qui ipsos liberarat ex agmine decepto inde, ubi obsessos ille servasset. Nam (ut ait Plinius) summum apud antiquos signum victoriæ erat, victos porrigere herbam è terra Civica, quam civis ciri, a quo servatus est in prælio, testem vitæ, salutisq; percepta fuit: & hæc erat primo lignea: postea magis placuit ex quercu, quod ante inventas fruges arboris ejus glandibus homines vicitarent. Muralis erat, qua donabatur ab Imperatore qui primus murum ascendisset, inq; oppidum hostium venisset. Hæc corona ad incitandos ad oppugnationem militum animos ex auro fiebat. Vallaris, quæ & Castrēsis dicitur, similiter aurea, habens insigne valli, qua donabatur, qui primus hostiū castra pugna introisset. Navalis quoq; aurea, quibusdam quasi rostris navium insignita, qua donari consueverat, qui primus maritimo prælio in navem hostium vi transiliisset. Ovalis myrtea erat, qua utebantur Imperatores, qui ovantes introibant civitatem. Ovantes autem Imperatores, urbem introibant quum bellum non rite indictum erat, neq; cum justo hoste gestum: utpote subactis servis, aut piratis, aut humili alio quovis hoste: aut etiam quoties facta repentè deditione, victoria citra pulverē (quod dici solet) obtigerat. His itaq; mittebatur corona ex myrto, quæ est arbor Veneri sacra, quòd hujusmodi victorias Venereas magis judicarent, quàm Martias. ¶ Unde myrteam coronam cupere aut ambire μυρτοῦν dicebatur, qui tyrannidem aut magistratum ambiret. Suidas. ¶ Corona etiam dicitur ornamentum muliebre. Horatius lib. 1. Carm. Et scindit hærentem coronam crimini bus. ¶ Item ponitur pro conventu hominum circunstante [ὁ δῆμος πολὺν ἀθροίσας, ὅχλος, σύστημα]. Gall. *Une compagnie de gens, ou amas de people autour de quelqu'un.* Ital. *Cerchio de homini.* Ger. Ein versamlung vieler Leuten / besonder die in einem Kriegsheer umbstehen oder sünst. Item, Ein besetzt Gericht. Hisp. *Cerco ò cerrilio de hombres.*] Cicero pro Flacco: A' judicibus oratio avertitur, vox in coronam turbamq; effunditur. Idem pro Milone: Nō enim corona vester consessus cinctus est, ut solebat. ¶ Item pro circulo circa lunam. ἅλως. ¶ Item pro signo cœlesti supra humerum Artophylacis. Virg. 1. Georgic. Gnosiaq; ardētis decedat stella Coronæ. Ferunt Ariadnem coronam dono accepisse à Theseo, inde nupsisse Libero patri: & post ejus mortem coronam à Libero in cœlo fuisse collocatam. Alii dicunt hanc coronam dedisse Baccho datam Ariadnę, quum à Minoēm in Cretam venisset. Alii dicunt coronam dedisse Baccho datam à Venere, quum Ariadnem uxorē duceret. Hæc Cancro & Leone exonente occidit: exoritur cū Scorpione Nonis Octobris: habet stellas novem in orbem dispositas.

Cōrōllā, diminutivum, Parva corona. [στεφανίον. Gall. *Petite couronne, petit chapeau de fleurs, chapelet.* Ital. *Coronetta.* Ger. Ein kronetin, krönlin. Hisp. *Pequeña corona.* Pol. *Wieniek.* Vng. *Kaszorúska, bukréta.* Ang. *A litle crowne or hats of flowers.*] Propertius: Me juvat externis positum languere corollis.

Cōrollārium, n. s. autore Varrone lib. 1. significat id, quod addirum est supra mensuram, præterquàm quod debitū est, tanquam auctuariū quoddam: à corollis nomē deductum, quōd hæ, quum placuerant actores, in scena dari solitæ sint: [ἐπίφημα, ἀφορμὴ πόλεως, ἐπίδοσις, ἐπιμισθία]. Gall. *Le pardessus ou parensus, le surplus ou surcroist.* Ital. *Corollario, dāte, daretti vn corollario anchor per gratia.* Ger. Zusatz / das man über die rechte maß noch darzu gibt. Hisp. *La corona o augmentacion que se añade à otra.* Pol. *Przepinek, naddatek.* Vng. *Szórzó.* Ang. *That is cast per to more than the measure, the overplus.*] unde & Corollaria dicuntur ipsæ coronæ. Suet. in Aug. Itaq; corollaria & præmia alienis quoque muneribus ac ludis, crebra & grandia de suo offerebat. Plin. lib. 21: Paulatim & Romæ subrepsit appellatio Corollis, inter initia propter gracilitatē nominatis, mox & Corollariis postquam è lamina ærea tenui inaurata aut inargentata dabātur. Cicero in Frumentaria: Nolo hic colligere, qui numulis corrogatis de nepotum bonis, ac de scenicorum corollariis decimā emerunt. ¶ Hæc autem quum pretii parvi forent, factum est, ut Corollarium pro re leviori accipiatur. Plin. lib. 9. cap. 35: At illa corollarium id esse, consumptoramq; se ea in cœna taxationem confirmans. Apuleius symbolicus Corollarium vocavit posticum concubitū, quum ait: Mihi jam fatigato, de propria liberalitate Photis puerile obtulit corollarium.

Cōrōnō, as, Coronam capiti impono. [עטר *határ.* στεφανόω. Gal. *Couronner.* Ital. *Coronare, incoronare.* Ger. Krönē. Belg. Kroonen. Hisp. *Coronar.* Pol. *Koronować.* Vng. *Meg koronázom.* Ang. *To crowne.*] Plin. li. 15. cap. 4: Atheniæ quoq; victores olea coronant. Virg. 1. Aen. Crateras magnos statuunt, & vina coronāt.

Cōrōnātus, partic. Corona donatus, qui coronā habet in capite. [עטור *hatúr.* ἐστεφανωμένος. Gal. *Couronné.* Ital. *Incoronato, coronato.* Ger. Bekrönt. Hisp. *Coronado.* Pol. *Koronowany.* Vng. *Meg koronázot.* Ang. *Crowned.*] Cic. 2. de Leg. Sequebantur epulæ, quas ibirent propinqui coronati.

Cōrōnārius, ii, m. s. Qui coronas nectit: [στεφανοπλόκος. Gall. *Qui fait bouquets ou chapeaux de fleurs, ou qui les vend.* Ital. *Artefice de ghirlande de fiori.* Ger. Ein kronenmacher / oder krannmacher. Belg. Een kranzmater. Hisp. *El que haze ò vende coronas.* Pol. *Robiacy koronę, albo wiance wiyący.* Vng. *Koronaszövő, koszorúkötő.* Ang. *A maker of hattes or garlandes of flowers.*] cujus fœmininum est Coronaria, στεφανοπλόκος, ἡ. Mulier coronas conficiens. Plin. lib. 21. cap. 2: Factum id est ex ingenio, Pausaniæ pictoris atq; Glyceræ coronariæ, dilectæ admodum illi.

Cōrōnārius, a, um, adject. Quod ad coronas pertinet: [στεφανωτικός.

Gall. De couronnes ou daquoy on les faict. Ital. Cosa de far ghirlande. Germ. Das zu den kronen oder kräuzen gehört / oder auß dem man sie machet. Hisp. Cosa pertenecienta à corona. Pol. Wszystko co należy do korony. Vng. Koronahoz valo. Ang. Belonging to crownes.] unde, Aurum coronarium, ex quo coronæ conficiebantur. Cicer. pro lege Agrar. Quod ad quenq; pervenerit ex præda, ex manubiis, ex auro coronario. ¶ Coronarium opus, in modum coronæ factum. Plin. lib. 15. cap. 30. Ramos spargit à radice dodrantales, topiarii ac coronarii operis.

Cōrōnamēntum, ti. n. s. Coronarum materia: hoc est, flores, aut frondes coloris aut odoris gratia coronarū confectioni congruentes. [στεφανωμα.] Gall. Fleurs & autres choses à faire chapeaux & bouquets. Ital. Fiori, viole, rosa & simili cose da far ghirlande. Germ. Der zeug oder die matery auß welcher man kräuz machet / als blumen/kreuter/ꝛc. Hisp. Flores y otras cosas para hazer coronas. Pol. Materya do wieńców spossobna. Vng. Koszorúnak valo virág és fű. Ang. Flowres and such like things to make garlandes of.] Plin. lib. 21. cap. 3: In hortis seri & coronamenta jussit Cato. Idem eodem lib. cap. 9: Folia similacis & hederæ in coronamenta se dedere, coronæq; earum obtinet principatum.

Coroneola. Genus rosæ est autumni tempore in rubo proveniens. [Τριφυλλον ροδον (ανωγη) ροδον.] Plin. lib. 21. cap. 4.

Cōrōnis, coronidis, pen. prod. fœm. gen. Summitas, seu apex alicujus rei, velut montis, aut structuræ alicujus. [ראש resh. κορυφη.] Gall. Le sommet & fin bout de quelque chose, la fin. Ital. Summità, cima, altezza. Germ. Der oberst spitz oder gipffel eines Bergs. Item, Das oberst eines gebews. Hisp. El fin, altura, ò cumbre de qualquier cosa. Pol. Wierzchołek, miąż hołek. Vng. Tetö, vég, begy. Ang. The nose of a ships, the end or toppe of a thing.] Significat & extremam navis partem: hoc est, incurvum quiddam supra puppim in rostri modum eminēs. ¶ Deniq; Coronidem per translationem accipimus pro quocunque fine, & ultima manu rei alicui imposita: sive etiam pro eo, quod rei absolutæ ornatus magis quàm necessitatis ergò accedit. Martial. lib. 10: Sed nimius videor, seraq; coronide longus esse liber: legito pauca, libellus ero. Idem: Et mage principio grata coronis erit. Postremò Grammatici, quoties persona actoris eodem metri genere finit quo cœperat, Coronidem vocant: camq; notant veluti rostri figuram exprimentibus lineis. ¶ Ad coronides usque, μέχρι τῶν κορωνίδων: Quum extremum rei cujuspiam significamus.

Cōrōnātūs, [κεκορωνισμενος. Gall. Corne de cerf. Ital. Stella. Germ. Rappenfuß. Hisp. Guida bella. Pol. Wrona noga. Vng. Varró lab. Ang. An hearbe called the hartes horne.] Oblonga herba est, fissis foliis per terram repens, cujus radix cœliacis præclarè facit in cinere tosta. Plin. lib. 22. cap. 19, & lib. 21. cap. 16, hanc herbam inter graminis genera affignat, & à Romanis Gramen scaleatum vocari asserit. Vulgò ab olitoribus Dens canis aut Cornu cervi appellatur. Ruellius.

Corophium. Piscis de genere cancrorum. Plin. lib. 32. cap. 11.

Cōrpōrālē, Corporatio, Corporatura, Corporeus, Vide CORPVS.

Cōrpūs, poris, generaliter dicitur quicquid tactu percipitur. [גוף ghuph. גויה ghevvah. σωμα.] Gall. Corps, chair. Ital. Corpo. Ger. Ein leib. Belg. Lichaam. Hisp. El cuerpo. Pol. Cyało. Vng. Test. Ang. A bodie.] Cic. 2. de Orat. Etenim corpus intelligi sine loco non potest. ¶ Aliquando Corpus accipitur pro massa totius animalis ex partibus similaribus & organicis compacta, quæ unà cum anima totum constituit animal. Cic. pro Marcel. Vita corpore & spiritu continetur. ¶ Aliquando pro sola carne ponitur. Cic. Gal. lib. 7: Ego hic cogito commorari, quoad me reficiam: nam & vires & corpus amisi. Martialis utranque significationem uno versu complexus est: Vivebant lacerti membris stillantibus artus, Inq; omni nusquam corpore corpus erat. ¶ Corporum tria genera Pomponius esse affirmat. Vnum, quod una specie continetur: ut, Homo, Lapis, Lignum. Alterum, quod ex contingentibus: hoc est, pluribus inter se cohærentibus constat, ut Aedificium, Navis, Armatiū. Tertium, quod ex distantibus compactum est, ut puta ex pluribus corporibus, uni nomini subjectis: ut Populus, Legio, Grex. Aliter Philosophi corpora distinguunt: ut quædam sint inanimata, ut lapis, ferrum: alia Animata, ut arbor, leo. Ex his rursus quædam sunt anima vegetativa duntaxat prædita, ut plantæ: quædam sensibili, ut bruta omnia animalia: quædam rationali, ut soli homines. ¶ Corpus, pro opere aliquo scripto, & volumine. Cic. ad Lucceium libro 5: A' principio enim conjurationis usq; ad reditum nostrum, videtur mihi modicum quoddam corpus confici posse. Idem ad Quint. Frat. lib. 2: Sed utros ejus habueris libros (sunt enim duo corpora) an utrosq; nescio. ¶ Corpus pro parte seu tribu ac multitudine populi. Livius 1. ab Vrb. Sui corporis creari regem volebant. ¶ Corpus civitatis. Liv. 6. bel. Pun. Corpus nullum civitatis, nec Senatum, nec plebis consilium, nec magistratus esse. ¶ Collegiorum corpus. Caius in l. j. §. in collegia. ff. quod cujusq; univers. Item collegia Romæ certa sunt, quorum corpus Senatusconsultis atque constitutionibus principalibus confirmatum est. ¶ Corpore effugere, proverbiali figura dictum est, periculum jam imminens ac pene premens arte quadam declinare. Translatum à gladiatoribus ictum modico corporis flexu fallentibus. Cic. 1. invect. in Catil. ¶ Corpus sine pectore proverbii quadam specie dixit Horatius, pro corpus sine mente. Vide locum in Epistolis ad Albium, & Ovid. in Heroid. ¶ Toto corpore atque omnibus ungulis, dixit Cicer. Quæst. Tusc. 2. pro summa pertinacia. A' feris sumpta metaphora, quæ dentibus, unguibus, totoq; corpore renitere solent, quod nolint extorqueri. ¶ Corpus animæ esse sepulchrum, Plato dicebat in Gorgia his verbis: καὶ τῷ σῶμα ἐν ᾧ ἐστιν ἐκείνῃ, quod & Maro imitatus: clausa, inquit, tenebris & carcere cæco. Huic non absimile quod Basil. Mag. de Pythagora refert in suo ad Nepot. Quod scil. is cùm intelligeret quendam ex familiaribus suis ciborum copia, ut pinguis fieret, se curare dixerit: hic non cessat molestiorem sibi carcerem instruere, cap. 14.

Cōrpūscūlum, diminutivum, parvum corpus: [σωμάριον. Gall. Petit corps. Ital. Piccial corpo. Germ. Ein teblin. Hisp. Pequeño cuerpo. Pol. Cyałko. Vng. Testecske. Ang. A little bodie.] unde atomos Corpuscula vocat Cicer. 1. Acad. & 1. Tusc. Iuven. Satyr. 10: -mors sola fatetur Quantula sint hominū corpuscula.

Cōrpūlēntūs, Obesus, gravis, pinguis. [παχυσαρκος. Gall. Corpu & fourni, charnu, corpulent. Ital. Corpulento grasso. Pol. Cyałosty, mięsisty, tłusty. Vng. Testes. Ang. Grosse, fleshy, corpulent.] Plaut. in Epid. Euge corpulentior videre, atq; agilior. Sic corpulentum pecus, apud Colum. lib. 6. cap. 3.

Cōrpūlēntīa, f. p. Carnositas. [παχυσαρκια. Gall. Corpulence. Ital. Corpulentia. Ger. Grösse des leibs vnd dicke. Hisp. Aquella mucha carnosidad. Pol. Mięsistość cyała. Vng. Testesség. Ang. Grossenesse, fleshinesse.] Plin. lib. 11. cap. 53: Somno concoquere, corpulentiæ, quam firmitati utilius.

Cōrpŏrālē, Corporatum, corporeum, corpus habēs, quicquid tangi demonstrariq; potest. [σωματικον. Gall. Corporel, appartenant au corps. Ital. Corporale, corporeo. Germ. Leiblich. Hisp. Cosa de cuerpo. Pol. Rzecz która może być widziana, y dotknioną. Vng. Testes. Ang. Corporall, that hath a bodie.] Seneca Epist. 59: Dicunt quædam corporalia esse, quædam incorporalia. ¶ Aliquando accipitur pro eo quod est corporis: unde Corporalia bona, apud Gell. lib. 18. cap. 1. & Corporalis vita apud Senec. Epist. 54. ¶ Corporalis possessio pignoris, quam habemus de pignore corporeo. Papin. l. Debitor. ff. de pignor. action. Soluta pecunia, creditor possessionem pignoris, quæ corporalis apud eum fuerat restituere debet.

Cōrpŏrālĭtēr, adverb. [σωματικως. Pol. Cyałostnie. Vng. Testszerint, szerint, szerszám.] Paulus D. lib. 41. Tit. 2. l. 1: Per servū corporaliter pignori datum non acquiri nobis possessionem.

Cōrpŏrēūs, a, um. Corporalis, corporatus, concretus. [σωματικος, συσσωματωθεις. Gall. Corporel, qui a corps. Ital. Corporeo. Germ. Leibhaftig. Hisp. Cosa del cuerpo. Pol. Cyało na sobie mający. Vng. Testes, testi. Ang. That hath a bodie, bodely.] Cic. 2. de Natur. deor. Contrà ille corporeus, vitalis & salutatis omnia conservat, alit, auget, sustinet, sensuq; afficit.

Cōrpŏrō, as, act. p. Cogo, coagmento, & in unum corpus redigo. [σωματοποιω. Gall. Demenir corps, prendre forme de corps. Ital. Incorporare, venire in uno corpo. Ger. Zu einem leib machen / einicherley zusammen setzen / vnd also in ein Begriff bringen. Hisp. Encorporar, como en collegio. Pol. Wiedno cyało z'ciąć, sfoliam. Vng. Megtestesítém. Ang. To make to a bodie, to tak the shape of a bodie.] Plin. lib. 7. cap. 15: Semine è' maribus coaguli modo hoc in se glomerante, quod deinde tempore ipso animatur, corporatur q; Hinc Corporo, & Incorporo, composita: de quibus suis locis. ¶ Apud antiquos Corporare legimus pro interficere, quasi corpus solum sine anima relinquere. Ennius apud Nonium: Corpus contemplatur, unde corporet vulnere. Accius: Corporare abs tergo ex ausus.

Cōrpŏrātūs, ra, tum, Corporeus, corpus habens. [σωματικος. Vng. Testbűn'lt, testbi.] Cicero de Vniversitate: Semper fuerit, nullo generatus ortu: si ortus sit, an ab aliquo tempore principium ortus sit: quandoquidem cernitur & tangitur, & est undiq; corporatus. ¶ Item Corporati dicuntur etiam collegæ, qui ejusdem societatis sunt. Imperatores L. 4. C. de sacrosanctis ecclesiis: Nulli alii corporatorum præter dictū numerum per patrocinia immunitate concessa.

Cōrpŏrātĭō, f. t. Quantitas vel habitus corporis. [σωματοποιια. Gall. Corsage, composition & facon de corps. Ital. Corporatura. Ger. Des leibs grösse / oder das wäsen eines leibs. Hisp. Encorporamiento. Pol. Cyała podciąta, pław. Vng. Testbűség, testbűn'lés. Ang. The state, plight or liking of a bodie.] Col. li. 7: Custodiendū est, ne in corporatione, vel statura, vel viribus impar cum valentiore jungatur: nam utraq; res inferiori celeriter affert exitium.

Corporatura, æ, f. p. Corporis quantitas: hoc est, habitus & status ipsius corporis. [τὸ σῶμα καὶ τὸ, κρᾶσις σώμ. Gall. Corsage, constitution de corps. Ital. Corporatura. Ger. Leibs grösse/leibs gestalt. Hisp. Encorporacion. Polon. Cpał a kształt. Vngar. Testnek állapatya. Ang. The plight or estate of the bodie.] Veget. lib. 1: scribit corporaturam boni tyronis implere sex pedum longitudinem. Columell. libro 7: Humilis enim & modica corporatura, pecoris opetam debet esse. Vitr. lib. 6: Sed ex cœlo roscidus aër in corpora fundens humorem, efficit ampliores corporaturas.

Corras, mandibulas intelligi volunt.

Corrado, dis, pen. prod. act. 1. Simul rado, concerno, cōgrego. [לבר לבר. σύνειμι, συνάγω. Gall. Racler & amasser ensemble, retirer d'vn lieu & d'autre, amonceler. Ital. Radere, levar ad altri con industria & diligenza. Ger. Zusamen tragen. Hispan. juntamente raer, arrebatar. Pol. Zgromadzam, strudzuję, zgrzebieram. Vngar. Ösze gyűytöm. Angl. To scrape or rake together.] Terent. in Adelph. Minas decem corradet alicunde. Lactant. lib. 5: Non propter humanitatem, quò nulla in his erat, sed ut omnia cupiditatis & avaritiæ instrumenta corraderent.

Corrēpo, pis, pere, act. 1. Repo, irrepo. [זחל zachal. ἕρπω. Gall. Ramper, se traner en quelque lieu, en aborder secretement. Ital. Rampare, serpere. Germ. Kriechen/rutschen. Hisp. Gatear por el suelo. Polon. Cpał gam się, liezę. Vngar. Bémászok, csúszok. Ang. To creep in, or in place.] Cic. 1. de Nat. deor. Quod cùm efficere vultis, in dameta correpitis. Luc. lib. 8: Exiguam vector pavidus correpitin alnum. Cic. ad Attic. lib. 10: Igitur & occultè in aliquam onerariam corrependum.

Corrideo, des, dere, n. 1. Simul rideo. [συγγελάω. Gallicè, Rire ensemble. Ital. Ridere insieme. Germanicè. Sampt anderen lachen. Hispan. Reirse con. Pol. Wespół się śmiać. Vngar. Egymásnak. Ang. To laugh together.] Lucr. lib. 4: Omnia corrideat concepta luce diei.

Corrigia, giæ, f. p. Cingulum quo cingimur. [שרוך sroch. δεσμός. Gall. Courroye, escourgee. Ital. Corregia, cinta, cintolo. Germ. Gemachten riemen. Hisp. La correa. Pol. Pasek, rzemień. Vng. Bocsatos. Ang. The laces of shoes.] Cic. 2. de Div. Quæ si suscipiamus, dis offendio nobis, & abruptio corrigiæ, & sternutamenta erunt observanda. Quidam hoc nomen à corrigendo dedicunt, voluntq; corrigiam primum lori quoddam genus fuisse dictum, quo teri corrigebantur.

Corrigo, pen. corr. act. 1. correxi, correctum, ex con, & rego, Emendo. [מוכיח מוכיח bochiach. διορθόω, ἐπανορθόω. Gall. Redresser, redresser, corriger, amender. Ital. Corregere, emēdare. Ger. Bessern, oder verbessern. Belg. Verbeteren. Hisp. Corregir. Pol. Poprawiam. Vng. Meg dorgálom, émendálom, vétsgálom. Ang. To amend, to correct.] Lactant. li. 4: Antequam mores aliorum corrigas, tuos corrige. Terent. in Andr. Corrigere mihi gratum porrò enitere. ¶ Aliquando ponitur pro compenso. Cicer. Qu. Fratr. lib. 1: Sic ego, qui in isto homine colendo tam indomito diu, te mehercule sæpè excitante, cursu corrigam tardentem tum equis tum velis.

Corrector, m. 1. Emendator. [מיסר מיסר. ἐπανορθωτής. Gall. Correcteur, corrigeur, redresseur. Ital. Correttore. Ger. Ein verbesserer/besserer. Hisp. Corregidor y castigador. Polon. Poprawca. Vngar. Dorgáló, émendáló, vétsgáló. Ang. He that amendeth or correcteth.] Terent. in Adel. Illud quod cecidit sorte, id arte ut corrigas. D. Corrector. ¶ Corrector atque emendator, Cic. pro Cor. Balb. Asperitatis corrector, Horat. Epist. 1.

Correctio, onis, f. 1. Emēdatio. [מוכחת מוכחת tochächath. διόρθωσις. Gall. Correction, amendement, redressement. Italicè, Correzione. German. Besserung. Hispan. Castigo, ò emienda. Pol. Poprawienie. Vng. Dorgálás, émendálás vétsgálás. Ang. A correction or amending.] Cic. 4. de Finib. Hæc videlicet est correctio philosophiæ veteris & emēdatio, &c. ¶ Correctio etiam figura est apud Rhetores, quæ tollit id quod dictum est, & pro eo quod magis loucū videtur, reponit. Exemplū ejus est in Rhetoricis libris. Nam postquam isti vicerunt, atq; adeò victi sunt: Tum enim quomodo victoriam appellem, quæ victoribus plus salutaris, quàm boni dederit?

